8 *Officialis adminiſtrans iuriſdictionē, finito anno officij tenetur parere ſyndicatui, quid ſi fuerit confirmatus, alio temporis ſpatio? & quando hoc tacitè actum intelligatur à* Principe, *n. 9.*

10 *Officium ſi expreſſe prorogetur ante conſtetum opus non diceretur nouum, ſed antiquum extenſum ob prærogatiuas.*

11 *Officialis infra quod tempus de iure Regni teneatur ſtare ſyndicatui, & an poſſit procedi contra ipſum per viam generalis inquiſitionis, licèt non præcedat infamia, & quando num. 12. 13. & 14.*

15 *Syndicatores officialium qui ſint de iure nouiſsimo Regni, refertur obſeruantia.*

16 *Sydicatores dicuntur Iudices Delegati.*

17 *Officialis ante completum officium propter criminis enormitatem poteſt remoueri, & pendente cauſa remotionis ſuſpendi ab officio. Sed prius debent dari capita, & in omnibus audiri.*

18 *Cauſa remotionis, & ſuſpenſionis ab officio, eſt accuratè inquirenda, propter dedecus quod afficit.*

19 *Remotus ab officio per viam reſtitutionis, an poſſit illud iddem exercere, & an recuperabit prærogatiuas, medio tempore legitimè occupatas.*

20 *Reſtitutus quando recuperat locum ab altero occupatum.*

21 *Reſtitutus ob impedimentum omnia iura occupata recuperat, et refertur exemplum in Collegio DD. Neapolit.*

22 Reſtitutus *an, et quando recuperet fructus, medio tempore, perceptos ab alio exercente eius officium, examinatur, n. 23. et 24.*

25 Cauſæ ex quibus Iudex durãte officio poterit remoueri enucleantur.

26 *Iudex non eſt de facili remouendus, ſed prius indaganda innocentia.*

27 *Iudex debet ſuſpendi, quoties crimina oppoſita ſunt benè probata.*

28 *Iudex non poteſt puniri ſi piretum alicuius pedibus inculcauerit, ex quo ipſum non ſalutauerit.*

29 *Concuſsionis crimen quid ſit, et an ſit publicum.*

30 Extortio *an ſit idem, ac concusſio.*

31 *Baractaria, an idem ac ſubornato, et vnde dicta.*

32 *Iuſtitiam denegare eſt plus quam facere iniuſtitiam, et num. 33. et qua pœna ſic plectendus Iudex ob hos defectus. num. 36.*

34 *Negligentia in adminiſtranda iuſtitia prouenit ex ignorantia.*

35 *Imperitia in iudice ſatis periculoſa.*

37 *Accuſatio de corruptione, ac contra Iudicem debet infra triduum proponi de iure R.*

38 *Corruptelæ crimen habet probari per teſtes omni exceptione maiores de iure* R. *n. 39. Quando tales dicantur, n. 40. et an ſit qualitas probandi per fiſcum n. 41.*

42 *Mediatores, et proxinetæ in delicto*



Digitized by Google

corruptionis ſunt ſocij criminis, et non probant contra officialem, et num. 44. etiam quod eſſent magnæ fidei, et clerici nu. 45.

43 Mediatores, et corrumpẽtes Iudicẽ ſunt puniendi maiori pena, quam Iudex corruptus, tanquam venditores fumi.

46 Fama qualiter probetur.

47 Officicialis probat ſuam bonam famam ex literis ſuperiorum.

48 Coitus in quibus caſibus ſit punibilis remiſſiuè.

49 Stuprum qualiter puniatur ſi fiat cum raptu, et violentia, et quid in muliere vilis conditionis, n. 50.

51 Vis intelligitur etiam ſi inducatur aliquis ad conſentiendum falſis perſuaſionibus.

52 Stuprum commiſſum cum raptu, conſentiẽte tamen muliere, an puniendum, et iſte cõſenſus debeat probari per inquiſitum.

53 Stuprum debet plenè probari, et non ſtatur aſſertioni eiuſdem mulieris, & quare n. 55. et an debeat inferri tortura, et quam tunc probationem faciat num. 55. & qualiter interrogandã, num. 56.

57 Stuprum commiſſum ab officiale cum muliere carcerata eſt graue delictum, ſed non probatur ex eius dicto.

58 Carceratus non eſt idoneus teſtis contra Iudicem maxime ſi examinetur, ſub ſpe impunitatis.

59 Iudex debet iudicare ſecundum ll. alias eſſet in dolo, etiam quod cauſa ſit commiſſa eius arbitrio, & conſcientia.

60 Leges traſgredi poſſe ob delicti atrocitatem, intelligitur in modico, & delicto iam probato.

61 Iudex iniuſte, vel immoderatè torquens inquiſitum debet puniri, & ſuſpendi ab officio.

62 Tortura poteſt inferri ex leuioribus iudicijs ob delicti atrocitatem, & quid ſi mors ſequatur.

63 Iudex grauiter torquens inquiſitũ, quando excuſetur licet mors ſequatur, n. 64.

65 Tortura poterit inferri omnibus de domo pro delicto furti, vel alio in ea commiſſo, et præſertim famulis n. 66.

67 Tortura modica poteſt inferri teſtibus, & quando ſic dicatur.

68 Tortura modica poteſt inferri quãdo indicia non ſunt ſufficientia ad pleni torquendum.

69 Probatio per teſtes inhabiles habeatur pro non facta.

70 Accuſatores officialium non probantes capita debent puniri pęna corporali, & pecuniaria, n. 72.

79 Calumniatores puniri intereſt Reipublicæ.

1 IVdicium, de quo hucuſque diſſeruimus ex tribus perſonis regulariter inſtituitur, videlicet Iudice, Actore, & Reo, qui ſub nomine litigantium continentur, cum certamen iudiciale dicatur, *cap. forus, de verb. ſignific. & late Iodocum Dambouder. in cap. 19. praxi ciuili cap. 35.* & de vnoquoque videbimus, & primo de Iudice, qui dicitur iuſtitiæ adminiſtrator ius dicens in
2 populo, *d. cap. forus*: & vt ſit bonus debet habere illa quatuor attributa, quibus iuſſit Deus à Moyſe eſſe eligendum Iudicem, videlicet potentiam, timorem, veritatem, & liberalitatem, vt dicitur Exod. cap. 8. ibi, *prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes, in quibus ſit veritas, & qui odiunt auaritiã, & conſtitues ex eis Tribunos, & Centuriones,*

*nes, & quinquagenarios, & Decanos, qui iudicent populum meũ omni tempore*, quæ
3 quidem attributa habet Iudex in conſequentiam eo ipſo quod eſt iuſtus, nam reſpectu potentiæ humanæ, iuſtus quaſi Deo confidens abſque timore erit, *Prouerb. cap. 28.* reſpectu timoris erga Deum, iuſtus eſt ſapiens, *Eccleſ. cap. 9.* Sapiens timet, & declinat à malo, *Prouerb. c. 14.* eſt veridicus, nam de eo loquens *Ezech. cap. 18.* dicit *iudicia mea cuſtodiuit, vt faciat veritatem*: & vltimo odit auaritiam, *vt in d. cap. 18.* ibi, *pignus debitori redidit per vim nil rapuit panem ſuum exurienti dedit nudum cooperuit, & ad vſuram non commodauit.* ex hac potiſſimum ratione ſacri Canones ſtatuerunt ad prouincias regendas accedere illos, qui ad honoris inſignia non ambitione, vel pretio, ſed meritis probatæ vitæ ſolent promoueri, *vt in*
4 *cap. ſancimus 1. q. 7.* nam tales ſunt iuſti, cum iuſtitia non ſit pars virtutis, ſed tota virtus, *ſecundum Luc. de Penna in l. 2. Cod. de tab. lib. 10.* & in ſe virtus eſt bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, *Idem Luc. de Penna in l. propter, Cod. de Metropol. lib. 10.* hinc apud antiquos
5 Romanos, neglectis nummis, officia conferebantur virtuoſis, nam nil eorum, quæ virtuti debebatur emere pecunia licebat, inopiæq; Illuſtrium Virorum publicè ſuccurrebatur, *teſte Valer. lib. 4. in cap. de paupertate.* Sed hæc vtinam ſcirent electores Iudicum, & aliorum officialium noſtrorum temporum, quia certè non inciderent in ſcopulos, de quibus exclamat *Guglielm. de Bened. in cap. Raynutius, verſ. duas habens vxores num. 6. & ſeq. extra de teſtam. & Caſſa. in Cathal. glor. mundi part. 8. conſid. 9.*
6 Sed quod peius eligens indignum tenetur ad emẽdam damni his, qui exindè lædunt, *vt dicit Reg. Rouitus in prag. 1. de offic. ad par. iuſt. vel pecun. vbi tractat de prædictis.* & ex his facilè percipi poteſt quanta commendatione digni ſint Principes, & Superiores, qui apud eos nulla habita perſonarum exceptione, meritis dumtaxat attentis, officia conferũt: & ſimiliter ij, qui promoti sũt ad dignitates, & officia, benè perpenſis oneribus, quibus afficiuntur, ſatis longè honores excedentibus, vel illa non ſuſcipiunt, vel ſuſcepta dimittunt. Sed de his ſatis abunde nouiſſimè tractat *Paul. Staiuanus Iuioer inter Aduocatos primarios in eius reſol. forenſ. 100.* vbi exclamat contra ambientes officia per vias indirectas, & præter eorum merita.

7 NVnc, his præcognitis, eſt primo aduertendum, quòd officia cum habeant iuriſdictionem, ſunt annalia, *§. fin. Auth. de defenſ. Ciuit. l. nem nem, C. de ſuſcept. & arch. lib. 10. Rom. ſingul. 680. & eſt receptum in Reg. per Conſtit. occupatis nobis, & Conſtit. Iudices, vbique, & pragm. 5. tit. de Baronibus*, latè *Marchio Reg. Tapia in ius Reg. d. cap. occupatis, nu. 6. ſub tit. de offic. in Reg. conſt.* verum Iu-
8 dex annalis poteſt à Principe confirmari expreſsè, *vt docet Bald. & Angel. in l. quod dicitur, §. miles, ff. de milit. teſt. bona additio ad eumdem Bald. in l. ſi ante*, C. *de pactis inter empt. & vendit. verſic. prorogatio*, ſed tunc eſt neceſſe, quod prius pareat ſyndicatui, iuxta tradita inferius, *& teſtatur Pariſ. de Puteo in tract. de ſindic. verſic. ſindicatur etiam, nu. 4. verſ.*
9 *tamen aduerte.* prorogatio verò, ſeu reformatio, quæ fit tacitè nõ indiget hac ſolemnitate, nec arctat officialem ad ſyndicatum, puta, ſi Dominus Prorex non prouideat de ſucceſſore, nam tũc, attento iure communi, & Regni, non poteſt officialis deſiſtere, quouſque non veniat ſucceſſor, *l. meminiſſe, ff. de officio procuratoris*, & eſt receptum in Regno, per *pragm. 2. titul. de offic. Iudicis.* hæc tamen tacita prorogatio in Iudicibus M.C. & Auditoribus Regiarum Audientiarum eſt ex antiquo vſu prolata vſque ad biennium, quamuis in patentis dicatur pro vno anno, & deindè in antea ad beneplacitum, *vt in pragmat. 1. §. 2. & 7. de offic. Iudic.*
10 Poterit etiam fieri progatio expreſsè ante finitum tempus officij, & hæc dicitur potius extẽtio eiuſdẽ officij, *l. ſi ſtipu-*

*ſtipulatus ſum à Proculo, ff. de verb. obliga. Ann. alleg.* 11. *n.* 7. *Tiraq. de retract.* §. 1. *gl.* 7. *n.* 24. *ver. & vt verè,* quo caſu talis officialis non intelligeretur acquiſiuiſſe dignitatẽ, & conſequenter ſi poſt tẽpus ſtatutum in prima conceſſione d. officij alius crearetur officialis, in ſedendo, votãdo, alijſq. prærogatiuis, quæ cõcedũtur ob temporis antiquitatem debet frui, *Tiraquell. vbi ſupra verſ. ſed id quærimus.* quod ſecus eſſet ſi, idem officium eſſet collatum eidem officiali, finito tempore primæ conceſſionis, quò caſu diceretur nouum officium, vt *Bar. decidit in l. dies continui, ff. de damno infecto, cum alijs plenè adductis per Regen. Galiota lib. 2. contr. cap. 45. num. 16. cum ſeq.* & *per totum doctiſſimè ſecundum morẽ de præcedentia Officialium tractat.*

11 SEcundo eſt aduertendum, quod officialis finito anno, ſyndicatur, & pro ſyndicatu præſtando tenetur dare cautionem in Reg. Cam. Sum. aliàs nequiret exercere officium collatum, *iuxta obſeruantiam relatam in* Regia *Pragmat.* 1. §. 7. *tit. de offic. Iudic.* verum ſi fuerit confirmatus, in fine integri officij, ſyndicabitur, *vt in prag.* 1. *de ſindic. offic.* nam officialis confirmatus in officio non dicitur nouus, *Natta in conſil.* 57. *num.* 1. *lib.* 1. tempus verò ſtãdi ſyndicatui eſt dierum 40. de iure Regni, *per cap. Regni incip. item ſtatuimus,* & poteſt procedi contra dictum officialem, etiam per viam generalis inquiſitionis, & ſic obſeruatum, & deciſum in fauorem Vniuerſitatis Terræ Stili, in anno 1588. in S.R. Conſ. *refert Reg. Rouitus in d. pragm.* 1. *num.* 25. *verſ.*
12 *& quando ſyndicatores.* Immò ſic proceditur, quamuis non præcedat infamia contra officialem, *vt diſponitur in pragm.* 5. *§. item nec officiales, de officio Iudicis, & latè per Campagn. in cap. generalis & in cap. item ſtatuimus.* Verum ſi taliter fuerit proceſſum non poterit iterũ inquiri per Regiam Curiam; etiam ex officio, *vt latè per Reg. de Ponte in deciſ. Coll. Conſil.* 26. *per tot. ſequitur Marius*
13 *Muta deciſ. Sicil.* 5. *num.* 15. fallit tamen ſi de diſſimulatione, vel colluſione conſtaret, vel adeſſet mala fama, contra ſyndicatum, quia tunc poterit per Proregem ordinari, quod iterum ſindicetur, deputando Iudices ad inquirendum, vt ſatisfiat iuſtitiæ, & reſarciantur damna paſſis, & ſic ſeruatur hodie in noſtris Tribunalibus, *teſte de Ponte d.*
14 *deciſ.* 26. *in fine.* fallit etiam ſi ageretur de maleficijs non cognitis in dicto ſyndicatu, *iuxta diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ* 7. *eod. tit. de ſyndicat. & latè adducta per Mutam d. deciſ.* 5. *num.* 16.

15 Huiuſmodi ſyndicatores de iure antiquo erant ſucceſſores in officio, *Afflict. in Conſtit. Regni, volumus,* hodie tamen per diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ eliguntur per Vniuerſitatem, nec eſt neceſſe, quod interueniant ſucceſſores, *prout de obſeruantia,* S. C. *teſtatur Regens Rouit. d. pragm.* 1. *num.* 13. & quamuis referat nonnullos Regni peritos contrarium ſubſtituiſſe in puncto iuris, reſidet tamen in dicta obſeruantia, deciſione eiuſdem S. C. vallata & nõnullis rationibus confirmata, vt ibi eſt videre, præcipuè, *nu.* 21. *verſ. verum*
16 *ego, adhuc perſiſto.* huiuſmodi ſyndicatores dicuntur Iudices delegati habentes merum Imperium, & proindè poſſunt citare teſtes, & ſi non comparuerint eos multare, & ſi falſum depoſuerint punire, *idem Regens num.* 16. & 21. vbi vide reliqua ad hanc materiam ſyndicatus.

17 Sed huc pertinet ſcire, an officiales ante completum tempus officij poſſint remoueri, & ab eo, pendente cauſa remotionis, ſuſpendi? & non eſt dubium, quod ſic, quando adeſt delicti enormitas, *latè Camill. Med. conſ.* 143. *Præſ. de Franch. deciſ.* 8. & *Cappell. Tholoſ. deciſ.* 370. & *Griuell. in deciſ. Senat. Dolan.* 60. verum debet procedi, parte audita, *vt notat Bart. Salyc. & omnes in l. fin. C. vbi Senat. vel clariſſ. Reg. de Ponte in dec. Col-*
18 *lat.* 25. *ſub n.* 7. & proindè eſt ei danda copia capitũ ex quibus prætẽditur ſuſpẽſio, & ſic teſtatur *Doctiſſ. Reg. Sanfel. dec.* 62. *n.* 4. *in fine lib.* 1. ratio eſt, quia



Digitized by Google

hac eſt ſatis ſtrictè procedendum in materia remotionis ab officio, cum remotio dedecus ſit, *l. teſtamento Centurio, in gloſ. fin. ff. de manumiſſ. teſtam. quem ad hoc allegat Præſes de Franchis deciſ. 8. in fine*, immò ipſa ſuſpenſio, pendente cauſa inquiſitionis, *dicit Griuell. vbi ſupra n. 13.* Sed an remotus ab officio poſſit amplius illud officiũ habere? *Alex. in l. conſcius, de Senat. & in l. 1. Cod. ſi nec Prouinc.* ait, quod non, niſi reconcedatur ex gratia Principis cum clauſula expreſſa, ex certa ſcientia, *Pariſ. de ſindicat. in verb. iudicatur etiam officialis, in princ.* & tunc recuperabit officium, & dignitatem cum prærogatiua, *ex celebri doctrina Bald. in l. ſi conſtante, Cod. de donationibus ante nuptias*: Sed hæc intellige, dummodò dicta prærogatiua non reperiatur occupata ab alio, nam tunc eſſet auferre ius tertio quæſitum, quod prohibetur in hac materia reſtitutionis, quia Princeps reſcripto ſuo illud velle adimere non præſumitur, *ad tex. in l. nec diuus, C. de mancip. liber. l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. Bal. in d. l. ſi conſtante.* Hinc ſi reſtituatur ad officium, locum digniorem, in quo ſedebat forſitan à collega, vti vacante legitimo iure occupatum, nequaquam recuperat, nec ad illum reſtitutus intelligitur, *per text. in l. quamuis, de reſcriptis, vbi gloſ. in verſ. cum talis, & in l. 2. ff. de decurionibus, & in l. ordine ff. ad municip. l. & qui, §. ſi in metallum nu. 1. de muner. & honor. vbi Bart. num. 1. & in d. l. 2. ff. de decur.* vbi dicit Doctorem à Ciuitate pulſum, & poſtea reſtitutum, non recuperare locum priſtinum in Collegio Doctorum, ſed pro nouitio habendum, *idem tenet Bar. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 12. & ibi Iaſ. ff. de liberis, & poſt. Menoch. de recuper. poſt num. 10. remed. 101. latè de his Andr. Gayl. lib. 2. obſeruat. cap. 28. nu. 3. cum plur. ſeqq.*

21 Verum hæc procedunt quando reſtitutio procederet præſuppoſito delicto, vel culpa, ſecus ſi ex impedimento, nam tunc nõ adeſt difficultas, quin reſtituatur ad priſtinam dignitatem, honores, & locum, quia non dicitur propria reſtitutio, ſed potius impedi-

22 menti ceſſatio, & ſic fuit obſeruatum in almo Collegio noſtro Neapolitano in anno 1630. in perſonam Reuer. Epiſcopi Maſſenſis, qui licet tempore quo fuit effectus de Collegio erat Clericus regularis, & proinde à nexu Religionis impeditus interuenire, effecto deinde Epiſcopo, recuperauit locum ab alio occupatum, & ſic fuit deciſum

23 per Iudices electos per dictum Collegium. Cæterum an reſtitutus recuperabit fructus, pendente ſuſpenſione, receptos? eſt difficultas nam ſi fuerit reſtitutus ex gratia certè quod non recuperabit, ſecus ex iuſtitia, dummodò in prouiſione, ſeu reſcripto expreſsè dicatur ex iuſtitia, *vt aduertit Regens de Ponte in deciſ. Coll. 25. num. 10. & per totum.* vbi examinat benè hanc quæſtionem; & aduertit hoc non procedere, quando fructus, & emolumenta fuerint recepta ratione ſeruitij, & ſint determinata, & deputata ad illud; quia tunc nulla habita diſtinctione, an ex gratia, vel iuſtitia circa hoc vendicat ſibi locum vulgare dictum, qui non laborat, non manducat, & è conuerſo, *gloſſ. notab. in cap. clericus, in ver. ſtipendia 91. diſt. Gemin. & Turrecremat. in hoc cõcordes in Can. contumaces, 50. diſtinct. Bal. in rubr. C. fruct. & lit. expenſ. Anna in repet. cap. 1. de vaſſal. decrep. ætat. nu. 223. & ſic deciſum in S. C. refert. ibidem num. 225. quam deciſionem ſequtus fuit Collat. Conſil. teſte de Ponte d. deciſ. 25. in fine.*

24 & in dubio officia iudicatus ſub hac regula militant, cum in eis principaliter attendatur labor, probitas, ſcientia, & intellectus, non autem dignitas; & proinde ſalaria, & emolumenta, quæ percipiuntur ex eis dicuntur debita ratione ſeruitij, & laboris, & propterea alijs, quam actu ſeruientibus nequaquam debentur, *vt diſtinguit Bal. in l. 1. §. diuus ff. var. & extraord. cognit. de qua meminit Regens de Ponte, vbi ſupra.*

25 Inſuper hic ſcire opertet, quę nam

cauſæ

cauſæ ſint, ex quibus poterit officialis ſuſpendi ab officio, & certè quod quoties Iudex notatur de graui crimine, tunc poteſt remoueri. dixi de *graui*, qui non eſt ſic de facili deferendum hominum calumnijs, ad quas eſt ſuppoſitus Iudex hinc delegati à Principe circa ſyndicatum, & proceſſationē officialium malè faciunt perquirere paſſim ab omnibus de eorū vita, & geſtis, nam debent eſſe memores eorum, quę Sūmus Pontifex aduertit *in c. cum oporteat, & cap. qualiter il ſecondo, & cap.*
26 *fin. de accuſat.* ex quibus iuribus hoc prohibetur; cum ſint officiales, tāquam ſcopus ad ſagittam exercendo bene, & dum corrigunt, & caſtigant, nulla habita ratione perſonarum, multorum odia incurrunt, *d. cap. qualiter, Boſſ. in tit. de offic. corrupt. num.* 35. *poſt Euerard. conſ.* 9. *verſ.* 30. *quos ſequitur Philip. Teſtay ſiculus, in allega.* 7. *num.* 12. & 13. ideo debent attendere ſolum ſubſtantialia, vt
27 dicit *Praſ. d. deciſ.* 8. *num.* 4. imò ex officio, omni conatu perquirere innocentiam, *Afflict. in conſtit. terminum, prim. notab.* 6. & 7. *quæſt. Bertaz. cōſ.* 137. *lib.* 1. & non admictere, viſi veras, & concludentes probationes, maxime contra officialem probatæ famæ, & quod officium non emerit, *Reg. de Ponte deciſ.* 16 *nu.* 5. & ſi forſitam cognoſcant aliquid
28 feciſſe pro decore officij, eſſet eis indulgendum etiam de ecceſſu, prout fuiſſe obſeruatum in Iudice, qui non contentus inculcare pedibus pileum, eiecit manus violentas contra quendam, ex quo ipſum non ſalutauerat, *teſte Giurba in conſ. criminal.* 38. *per totum*. Sed quia fragilitas humana eſt praua ad malum, & proinde, vt plurimum officiales inclinant in corruptionem ob pecuniæ deſiderium: in *libidinem*, ob commoditatem, & dominium: *in ecceſſum puniendi facinoroſos*, ad demoſtrandum zelum iuſtitiæ: ideo calumniatores ſolunt ſupra his formare capita, & proponere accuſationes; circa quę aliqua breuiter vt noſtrū inſtitutum poſtulat diſſeremus, vt ediſcant irones, & intelligant prouecti, quod me non latent huiuſmodi materiæ criminales.

29 Reſpectu primi ſi Iudex extorqueret pecuniam per vim, vel aliam timoris ſpeciem, commicteret crimē concuſſionis, de quo eſt titulus in pandectis, & notat, *Bart. in l.* 3. *§. eadem l. ff. ad l. Iulium, de vi pub. Grammat. conſ.* 51. *nu.* 13. *cum ſeq. Per. de ſynd. verſ. Iudices, cap.* 7. *verſ. ſyndicantur officiales in fine*, vbi latè, & dicitur publicum, ex eo quod competit actio accuſandi cuilibet de populo, *l.* 2. *ff. de concuſſ. qui text. eſt canonizzetus in cap. concuſſionis,* 1. *quæſt.* 1. & *ibi*
30 *gloſ. ver. publicum*, quæ quidem concuſſio idem importat, ac extorſio, *l.* 3. *ff. quod metus cauſa*, *ideo Carauita ſuper ritu* 14. *deſcribendo extorſionem, allegat text. in d. l.* 2. & iſta extorſio dicitur corruptio, & ſubornatio, quando recipitur à ſponte ſoluente, *Farinat. qu.* 111. *art.* 3. & 4. & in propio ſignificatu dicitur
31 *baractaria*, quæ commictitur, quoties Iudex facit non facienda, vel ommittit facienda ob pecuniam, ſeu aliquid æquiualens, *gl. in l.* 1. *ff. ad l. Iuliam repetend. cum alijs allegatis per Maſcard. de probat. concluſ.* 164. *in princip. & per Boſſ. vbi ſupra de iudic. corrupt. num.* 2. vbi aſſignando æthimologiam *baractaria* ſubdit dici, quia videtur *baractum* facere Iudex cum pecunia, & ſi iuſtum, vel iniuſtum faciat, per *text. in l. omnes, c. ad l. Iul. repet.* & idem eſſet, ſi neutrum
32 iſtorum faceret, ſed ſolum denegaret iuſtitiam alicui ob pecuniam acceptam à parte aduerſa, nam iſta negligentia non ſolum eſt ſpecies iniuſtitiæ, ſecundum *gloſ. in cap. eſcomunicatus, verb. neglexerit, de heret. & probatur per tex. in l. argentarius, §. fin. ff. de edendo, Boſſ. vbi*
33 *ſupra num.* 24. Sed eſt plus, ideo debet magis puniri negligens facere iuſtitiā, quam malè iudicans, vt aduertit *Alex. ad Bart. in l. fin. ff. de var. extraord. cogn. & latè Farinac. de var. crimin. quæſt.* 111. *art.* 15. & 396. *cum ſeq. Schrad. de feud. p.* 10. *ſect.* 4. *num.* 16. *Crauetta conſ.* 132. *cum alijs allegatis per Theſtay. allegat.* 9.



Digitized by Google

*num.*203. *cum ſeq.* fateor tamen quod
34 interdum iſta negligentia non peruenit ex corruptione, ſed ex mera ignorantia, quæ dat iudicium anxium, & proinde negligentes dicuntur habere animum miſerrimum, vt dicit *Viuius deciſ.*302.*num.*20. & tunc etiam eſt crimen graue in iudice, vt dicunt *DD. in tract. de Synd.* quia eſt imperitia, tanquã venenum in corde, imò hanc mundi
35 machinam deſtruit, prout ex *Bal. in cõſ.* 1. *exclamat Gramat. deciſ.*34. *in princip.*
36 merito iſti tales ſunt priuandi ob hoc delictum eorum officio, & faciunt litẽ ſuam, & tenentur ad damna paſſis, *Boſſ. vbi ſupra num.* 24. *&* 25. ſed de alijs pænis, quibus veniret plectendus Iudex corruptus, vt ſupra, vel denegans iuſtitias, latè per *Par. & alios*, qui ſyndicatus tractatum ediderunt, & per
37 *Boſſ. in d. tract. de iudic. corrupt.* & aduerte, quod in Regno eſt limitatum tempus ad proponendas accuſationes de hoc crimine corruptionis contra officiales trium dierum, alias ſi poſt triduũ *tantundem, quantum ob eo datum, vel promiſſum conſtiterit Fiſco componit*, dicit *Conſtit. Regni, corruptelæ crimen.*

38 Sed difficultas conſiſtit in probatione horum criminum, nam quando agitur de corruptela officialis, & conſequenter de ipſo puniendo criminaliter, licet agatur de actu facto in ſecreto probationes debent eſſe claræ, & concludẽtes, vt per *Bal. in l. obſeruare, §. proficiſci, ff. de offic. proconſul. q.*2. *latè Maſcar. cõcluſ.*1131. *Tiraqu. de pænis legum, cauſ.*58. *& eſt communis opinio DD. teſte Serafin. de priuilegijs iuram.*33. *num.*76. *cum alijs plene adductis per Philip. Teſtay. ſicul. in alleg.* 7. *num.* 30. Et vltra diſ-
39 poſitionem iuris communis, hoc expreſsè diſpoſitum per Conſtit. Regni, *corruptela crimen*, ibi, *legitima probatione conuictis*, quod idem eſt, vt teſtes ſint omni exceptione maiores, vt no-
40 tat ibi *Afflict. & Gramat.* & teſtes tales dicuntur, quando de nullo defectu mũdi etiam friuolo, & modico poſſunt notari, *ſecũdum gl. reputatam ſingul. in c.* 1. *de conſanguinit. & affin. Gramat. conſ.* 35. *num.* 35. *Soccin. Iun. conſ.*39. *num.*9. *Natta conſ.*53. *lib.*1. *num.*9. Imò nec de aliquo, ex quo poſſit turbari mens iudicis ad credendum, vt docet *Purpur. conſ.*278. & quod magis eſt iſta quali-
41 tas eſt articulanda, & probanda per fiſcum, alias non præſumeretur, vt per *Afflict. & Gramat. in d. conſtit. & in d. cõſ.* 25. *Maſcard. d. concluſ.*1132. *num.*15. *& concluſ.* 128. *num.* 12. *& per Bertazol. conſ.*181. *vbi latè, & num.*50. dicit hunc defectum poſſe obijci contra Iudicem inquirentem; alias allegat *Teſtay. d. allegat.* 7. *num.*37. *verſ. quæ qualitates, &c.*
42 Sed quia, vt plurimum inquirentes admictunt in hac ſpecie probationis proxenetas, & mediatores, decipiuntur, quia iſti ſunt ſocij criminis, nam corrumpẽs debet puniri, ſicut corruptus, imò maiori pæna, *Bal. conſ.*353. *Gramat. d. Conſtit. corruptelæ crimen, num.*13. 17. *&* 19. *Menoch. de arbitr. Iudi. caſu* 343. *lib.*2. Et ego plus dico, quod iſti
43 mediatores debẽt puniri pæna mortis ex eorum confeſſione de ſolutione pecuniæ facta corrumpendi cauſa Iudicem, nam ſupponitur neceſſario ſe tanquam confidentes d. officialis promiſiſſe expeditum litis euentum ob receptam pecuniam, ad *tex. in l. qui explicandi, C. de accuſ. &c.* & ſic dicuntur vẽditores fumi, qui ſunt pæna mortis plectendi, iuxta Alexandri Seueri Imperatoris ſententiam, de qua latè per *Menoch. de arbitr. caſu* 344. *per totum, & hac de re vti ſocij non probant*, *l. cum omnes, §. fin. ff. de re iudic.* & in ſpecie quod depoſitio horum mediatorum nullam fidem faciat contra officiales, per *text. in cap.* 1. *de teſtibus, incipient. mediator, concludunt omnes* DD. quos congerit *Catald. de Syndicat. quæſt.*96. *Amodeus in eodem tract. num.*187. *verſ. ſed pone, Pariſ. in verbo probatio cap.*2. *incipiente, contra officiales, num.*2. *Farinac. de inditijs, quæſt.*43. *num.*53. *& de oppoſition. contra teſtes quæſt.*60. *num.*422. *Maſcar. de probat. concluſ.*1311. *verſ. ſocius, Boſſius tit. de oppoſit. contra teſtes, num.*57. *cum ſequent.*

Digitized by Google

*quent. Bertazol. conſ.* 341. *num.* 23. *cum ſequente*, vbi ampliat etiam ſi mediator
45 eſſet magnæ fidei, & aliàs cæteris præferetur, *Maſcard. vbi ſupra num.* 33. ac etiam ſi eſſet clericus, *Farinac. vbi ſupra num.* 23. nec prodeſt quod efficiatur teſtis fiſci, *Grammat. deciſ.* 28. *num.* 23. *Maſcard. d. concluſ.* 1311. *num.* 8. *cum alijs allegatis per Teſtaſ. d. alleg.* 7. *num.* 26. 39. &
46 *ſequent.* ex his facilè dignoſcitur quanto minus, ſit habenda ratio de huiuſmodi probatione per famã, quæ vltra, quod habet multa requiſita, & ſignanter, quod debeant declarari perſonæ à quibus eſt orta, vt Iudex valeat diſcernere, an fides ſit adhibenda, vt latè per *Farinac. poſt alios quaſt.* 47. *num.* 157. *cum plur. ſeq.* quis enim ignorat, viles, & ignaros quam eſſe procliuos ad vocitandum gratis, vt eorum falſa imaginatio dictat ſicut, & ab iſtis laus eſt vituperatio, ita è conuerſo vituperatio laus? *Albanus ad Bart. in rubr. de his, qui notantur infam. Farinac. vbi ſupra quaſt.* 47. *num.* 44. *de quo dicit eſſe text. in d. cap. qualiter, & quando il 2. de accuſat.* Et tanto magis in iſta fama non eſt facienda vis ſi contenderet cum
47 bona fama officialis inquiſiti, dum pro integræ vitæ, habili, & confidente eſſet habitus à ſuperioribus miniſtris, ac ab ipſo Prĩcipe, & hoc probaſſet per literas de negotijs commiſſis maximè conſiderationis, & reſponſionibus de ſatisfactione in illis exercendis, vt per *Alex. ad Bart. in l. de minore*, §. *plurium, ff. de quaſtion. Farinac. de indic. quaſt.* 47. *num.* 272. *Bertaz. conſ.* 81. *num.* 7. *Iacobin. in l. teſtium*, §. *eiuſdem, ff. de teſtib.*

48 Secundo reſpectu libidinis, multi ſunt caſus, in quibus coitus punitur, quos congerit *Boſſ. in tit. de crimine punib.* inter quos ſatis conſiderationis eſt
49 ſtuprum in Virgine, quod ſi commicteretur, cum violentia, vel raptu, tunc pæna mortis à *ll. Regni eſt impoſita, vt in Conſtitut. Capitalem*, ſed ſanè hoc
50 intellige dummodo mulier ſit honeſta, & bonæ conditionis, alias ſi eſſet inhoneſta, vel humilis, & vilis conditionis, ſtuprum non eſſet punibile, vel ad ſummum ſatis leui pæna, vt cõmuniter tenent *DD. poſt gloſſ. in l. quæ adulterium, in fine, C. de adulter. Angel. in l. ſi vxor. per illam text. ff. de adulterijs, Gomez in l.* 8. *Tauri, num.* 45. *circa medium, Paleott. in tract. de noth. & ſpurijs cap.* 42. *num.* 5. *Farinac. q.* 147. *num.* 82. *Petr. Cabal. caſu* 200. *num.* 93. *Lupus in tract. de illegit. & nat. comment.* 1. §. 1. *num.* 110. *verſ. vnde contraria, Soccin. conſ.* 148. *num.* 3. & 4. *Crauett. conſ.* 166. *per totum.* Verum ſi commicteretur cum violẽtia aut raptu remaneret delictum violentiæ, & raptus, de quibus latè tractat *Hippol. in comment. ad l. vnicam, C. de raptor. & ibi alij DD.* quod eſſet etiam mitiori pęna extraordinaria puniendũ, per iura, quæ ad hoc allegat *Hippol. in d. l. vnica num.* 13. quæ quidem vis intelligeretur etiã interpretatiuè, vide-
51 licet per blanditias, allicitationes, ſeu doloſas promiſſiones, vt per *Afflict. in Conſtit. Regni, ſi quis rapere 2. notab. 3. q.* Sed attende quod huiuſmodi vis non eſſet habilis ad condemnandum pro pæna in ſtatuto contenta, quia tunc nõ methaforicè, ſed in eius proprio ſignificatu debet intelligi, vt aduertit *Boſſ. vt ſupra num.* 66. *& latè poſt eum Polydo. Ripa in tract. de nocturn. tempore cap.* 23. *num.* 8. *cum ſequent. & de iſta materia*
52 *per totum* verum quo vis modo inferatur vis, de ea non habebitur ratio, ſi mulieres ſtupratæ interueniat conſenſus, cuius vigore ceſſaret iniuria, & conſequenter, nec mulieri, nec reipublicæ competeret ius accuſandi. *Salic. in l. eos, C. de furt. Bart. conſ.* 100. verum iſte cõſenſus cum ſit excuſationis fundamentum deberet probari per inquiſitum, vt aduertit *Diaz in eius praxi*,
53 *ver. ſtupratores.* Cæterum in omni caſu quo Doctores aſſerunt hoc delictum eſſe punibile, ſupponunt neceſſariò eſſe probatum in genere per plures obſtetrices fide dignas, prius eis delato iuramento, ac alias diligentias, de quibus tractat nouiſſime *addit. ad Farinac. conſ.* 25. *litera A. Macerat. var. reſol. lib.* 7. *verſ.*

*verſ.3.per totum,et poſt alios Gagliard.in tract.de delictis tit.de raptu,& ſtupro,nu.44.& nouiſſime Sebaſtian. Guazzin. in tract.de defenſ.reor.defenſ.3.cap.6.per totum,vbi ſub num.14.verſ.& animauer-*
54 *tat Aduocatus.*concludit nullatenus adhibendam eſſe fidem mulieri ſtupratæ aſſerenti fuiſſe carnaliter cogitam, allegat inter alias *Macerat. var. reſol. lib.3.verſ.7.nu.1.cum ſeq.& Horat.Lut. conſ.161.num.10.tom.5.criminal.*vbi firmat, quod ſi ſtaretur aſſertioni mulieris, beatæ eſſent iſtæ mulierculæ pauperes,quia ex eorum atteſtatione, aut ducerent virum,quem vellent, aut dotem conſequerentur,*Riminal.Iunior conſ.571.nu.2.vol.5.Bertaz.conſ.3. nu.4. vol. 1. & ſic dicendum in puero Gramat. conſ.65. num.2. verſ. nec obſtat, Honod. conſ.98.num.5.* vbi de communi teſtatur, cũ alijs allegatis *per Guazzin. vbi ſupra num.17. verſ.nec minus probat cor-*
55 *pus,&c.*verũ licet per hanc aſſertionẽ non probetur corpus delicti, tamen ſi deponeret contra ſtuprantem faceret aliquam probationem ſicut faciunt ſocij criminis,dũmodo depoſitio fiat cũ tortura in faciem nominati ſecũdũ veram opinionẽ DD.de qua per *Marſil. in pract.crimin.§.diligenter nu.61.Blanc. de indit ijs n.38. Iul.Clar. quaſt.21. verſ. quaro nunquid.Vulpell.conſ.30.num.7.& conſ.83.cum alijs congeſtis per eundem Guazzin.in defenſ.19.cap.10. nu.9. verſ.*
56 *idem eſt dicendum in puella*, & eſſet interroganda iuxta formam relatam per *Flam.Carta.in prax.interrogat. reorum cap. 2.num.1. & Moder. Senogall. in tract. de mod. for. proceſſ.inform. lib.4. cap.4.*& ampliatur iſta poſitio,etiam in
57 muliere carcerata de ordine ipſius Iudicis,nam ſi inquiratur de cognitione carnaliter habita cum ea (quod quidẽ eſt graue delictum apud DD.) tunc nec ei credẽdum,vt latè probat *Giurb. et ſic deciſum, refert in conſ.37. criminal.*
58 *per totum*; nec tunc eſſet adhibenda fides carceratis contra iudicem,*Gramat. deciſ.39. num. 10. Bald. in l. ſi ipſius, C. famil. erciſc. cum alijs allegatis per Pariſ. de Puteo,de ſynd. ver. ſuſpicio,* maxime ſi eis promitteretur excarceratio,(vt ſolent imperiti Iudices) quia ob ſpem impuritatis non deponerent ſincerè, *ad tex.in l.non omnes,§.final.ff.de re iudi. Boſſ.de oppoſit.contra teſtes num.21.*
59 Reſpectu tertij capitis, certum eſt, quod Iudex debet iudicare ſecundum *ll.*& dolus præſumitur in eo, qui illas traſgreditur *Bald.in l.non dubium, C.de legibus, & in rubr. de pæn.iud. Salyc. in l. fin. C.eod. & ibi alij DD.* eſt enim tanquam medicus qui debet curare infirmũ,ſecundũ canones medicinę,& ideo etiã ſi à Principe eſſet commiſſa cauſa iudici,vt procederet ſecundum eius conſcientiam, & arbitrium,adhuc deberet ſe regulare ſecundum iurium diſpoſitionem : quia ſic erit tuta conſcientia, & arbitrium regulatum, vt aduertit *Prob.ad Monach.& ibi alij addentes*, qui aſſerunt eſſe eius originale
60 dictum,in *cap. 1. de ſent. excommunic. quem ſequitur Teſtay d.alleg.9.num.213.* Et quauis interdum atrocitas delicti moueat animũ Iudicis ad ſæuitiam, & tunc licitum eſſet leges transgredi, *Innoc.in c.1.de conſtit.*hoc tamen intelligitur cum moderatione, etiam quod punitio talis delicti Reipublicę interſit, iuxta doctrinam T*aciti,pauca admodum ui tractata, vt cæteris quies eſſet*; intelligitur etiã dictũ *Innoc.* quando conſtaret,cũ effectu de delicto,quia tunc potuit excedi in aliquo circa punitionẽ, vt declarat *Farinc.conſ.37.n.26.verſ.et in atrociſſimis,*ſecus vero in procedẽdo contra inquiſitum,quia non adhuc dicitur reus criminis,vt eleganter notat, *Rolan.conſ.12.n.72.lib.3.*)& cõſequẽter ſæuitia eſt moderanda ſecũdum leges, & quia vt plurimum Iudices ad indagandum delictum excedunt in tormentis inferendis, de hoc accuſantur, & præſertim in torquendo ideo leges prouiderunt iudicem nullis prę-
61 cedentibus indicijs, vel aliter iniuſtè, vel immoderatè torquentem eſſe officio priuandum, & alijs pænis plectẽdum, vt abundè tractant in materia

teriæ ſyndicatus. DD. & cenſuit Clar. & ibi addentes in eius praxi §. fin. quæſt. 4. & Ambroſ. in proceſ. informat. lib. 1. Farinac. in eius prax. quæſt. 38. & latiſſimè per plura capit. tractat. Guazzinus in tractat. de defenſ. reor. defenſ. 30. & Intriglio. ſingul. lib. 11. ſingul. 176. per totum. ſint igitur cauti, & ne dubitent, & in primis
62 attendant inditia, quæ licet in delictis atrocibus ſit difficilis ꝓbationis, nō requirūtur tā grauia, ſed leuiora tū ſecūdū cōmunē opinionē DD. de qua per Caſſan. de indic. cap. 5. rub. de non torquen. ſine iudic. num. 5. Franciſ. perſon. de indit. num. 23. verſ. non tamen, Oſaſc. deciſ. 79. num. 55. verſ. nec obſtat, &c. & tunc licet mors ſequeretur in tortura ad nihilum teneretur Iudex, ſecūdū communē opinionē, de qua per Guid. de Suzar. de inditijs num. 83. Amod. in tract. de ſyndic. num. 113. & 115. vbi refert bis caſum
63 ſibi contigiſſe. & ſi pars aſſerat de aliquo dolo iudicis, debet probare, quia non præſumitur, Guido vbi ſupra nu. 86. Amod. num. 114. & Rondinell. de ſyndic. num. 235 poſt Menoch. de arbit. caſu 340. num. 13. Immò dolus pręſumitur abeſ-
64 ſe quando præcederent aliqua inditia & contra inquiſitum de delicto atrociſſimo probatio famæ, vt per Caball. reſol. criminal. caſu 84. Farinac. quæſt. 37. cum alijs allegatis per Thor. in addit. ad deciſ. Salernit. 57. n. 6. verſ. nihilominus ad excuſationem, vbi vide de alijs, huc perti-
65 nētibus. Sed quid dicēdū in teſtibus? certè quod Iudex debet etiam ſe regulare ex ll. diſpoſitionib. de quibus latè tractāt præcitati DD. & Guazzi. defenſ. 19. tit. circa torturam teſtium, inter quas eſt maximè conſiderationis, & ſæpiſſimè accedit in furto, vel alio delicto domeſtico, quo caſu poſſunt omnes familiares de domo torqueri, quia præſumitur, quod ipſi illud commiſerint, vel ſciant delinquentes, & ſic de obſeruantia teſtatur Follex. in prax. crimin. verſ. capiant informationes num. 36. & ſeq. Boſſ. tit. de tortura teſt. num. 11. Blanc. in l. fin. num. 299. de quæſt. alios infinitos cumulat Io. Bapt. Boſſ. tit. de furtis §. eſt num. 40. Perſonal. in d. tract. de indic. num. 35. & ſeq. & de ſeruis domeſticis, qui poſſūt torqueri ab atq. inditijs, latè Farinac. q. 37. nu. 158. & tanto magis, ſi eſſent ſerui, viles, & ignobiles perſonæ, quę, attenta eorū qualitate, ex abrupto poſſūt à Iudice torqueri, iuxta praxim
68 relatam à Iulio Clar. q. 25. verſ. ſed quæro &c. & eſt communis opinio DD. de qua per Villaut. in prax. crim. lib. 8. tit. de teſti. cap. 7. concluſ. 5. inſuper indifferenter poterit inferri tortura teſtibus, quoties eſſet modica, quia tūc eſſet potius terror, quam tormentū, imò nec poteſt ſic dici tortus, vt dicit Bald. in l. obſeruare, quando prouocare non eſt neceſſe, ſicut leuis febricula non habetur pro benè l. ob quæ vitia, ff. de ædit. edict. cum alijs adductis per Gramat. deciſ. 34. nu. 56. hinc ſciant practici, quod inditia, quæ non ſufficerent ad plenè torquendum, eſſent tamen ſufficientia ad terrendum vel leuiter torquendum, ſicut in in minando ipſam torturam, ſpoliari, & ligari mandando, vel etiam parumper releuari, ſiue per paruum temporis ſpatium in tortura detineri, vt ex Farinac. quæſt. 37. num. 105. & quæſt. 38. num. 41. & Foller. in pract. criminal. ver. rei induurati torqueantur, & alijs concludunt Intriglial. ſingul. 179. num. 1. lib. 2. vbi de alijs huc pertinentibus.

69 Supereſt pro coronide huius materiæ ſcire, quod quando iſti accuſatores non probarent capita, de grauibus delictis porrecta, vel probarent per teſtes inhabiles, quod paria ſunt, vt dicit Gloſſ. in Conſt. Regni, peſſimam, & hor-
70 rendam, tanquam calumniatores deberent puniri pœna vltimi ſupplicij, quam alterius caſui præparabant ſi ea, quæ detulerant comprobaſſent dicit Imperator in d. Conſtitut. & conuenit cum ſacris literis, vbi in Eſther. cap. 8. legimus, Aman calumniatorem ſuſpenſum fuiſſe, ex quo innocentē Mardocheum ſuſpendi calumnioſè curauerat. hodie tamen ſeruamus, quod ſit arbitraria, attenta qualitate negotij, & perſonarum, vt refert Caball. reſolut. crimi-

Digitized by Google

*criminal.caſu* 203. *& nouiſſime de obſeruantia* Dominus *meus Regens Sanfelic. deciſ.*54.*lib.*1. Sed rogatos velim iudi-
71 cantes, vt rigoroſam imponant, quia intereſt Reipublicę, hos calumniatores crudeles qui viperinam habent naturā *ſecūdū Demoſt. in oratione* 1. *contra Ariſtog. acriter puniri, vt dicit Ariſtotb. in lib.* 6. *polith. cap.* 5. *& Bouadill. in politica lib.* 5. *cap.* 2. *nu.* 95. *cū alijs allegatis per Menoch. de arbitr. iudic. caſu* 322. & quod de-
72 beant condemnari pæna corporali, & ad expenſas, latè probat *Iudex Taſſonus in tract. de antefato verſ.* 11. *obſer.* 1. *allegat.* 24. vbi vide de obſeruantia, & de alijs huc pertinentibus.

## De Iudice ordinario, & Delegato, & de eorum iuriſdictione, & poteſtate.

### CAP. II.

### SVMMARIVM.

1 *IVdex ordinarius quis ſit.*

2 *Iuriſdictio quid ſit, & eius ethymologia.*

3 *Iuriſdictio quare in Mundo introducta.*

4 *Iudex dicitur in quantum habet iuriſdictionem.*

5 *Iuriſdictionis verbum tamquam genus multas continet ſpecies, & n.* 9.

6 *Iuriſdictio ciuilis quæ, & in quo diſtinguatur à criminali, n.* 7.

8 *Iuriſdictio pleniſſima, ſeu omnimoda, quæ ſit.*

10 *Iuriſdictionis origo à Deo, & qualiter ſit translata in Reges.*

11 *Iuriſdictio pacto, & conuentione hominum non poteſt conſtitui, ſed à Rege, & ab ipſo fluit, & refluit.*

12 *Iuriſdictio à Rege aufertur, & quando fieri poſſit.*

13 *Iuriſdictio conceſſa Baronibus eſt ordinaria.*

14 *Iuriſdictio conceſſa à Rege non eſt totaliter abdicatiua.*

15 *Prorex Regni Neap. & Collater. Conſil. interdum committit officialibus Regijs cognoſcendi de cauſis etiam Baronalibus, cum clauſula,* pro hac vice *num.* 16.

17 *Iudex ordinarius conſtituitur à Rege, vel alio habente iura regalia.*

18 *Iuriſdictio an præſcriptione poſſit acquiri.*

19 *Iuriſdictio an conſuetudine acquiratur, & conſuetudo per quot actus inducatur, num.* 20.

21 *Iudex ex ſola reſcripti præſentatione acquirit ius exercendi iuriſdictionem.*

22 *Iuriſdictio ſimpliciter conceſſa extenditur ad caſus, qui ſecundum ſubiectam materiam intelliguntur comprehenſi.*

23 *Iuriſdictionis prorogatio quando fit expreſsè, & tacitè, nu.* 24.

25 *Iuriſdictionis prorogatio fit tripliciter, videlicet de tempore ad tempus, de re ad rem, & de perſona ad perſonam, & de vnoquoque caſu differitur num.* 26. 27. *&* 28.

29 *Iuriſdictionis prorogatio ceſſat ex pænitentia prorogantis, & quando locus ſit pænitentiæ in præiudicium Domini, n.* 30.

31 *Iudex delegatus quis ſit, & à quo poſſit conſtitui.*

33 *Iudex delegatus ab ordinario nequit ſubdelegare, ſecus à* Principe.

34 *Delegatio quibus verbis cenſeatur facta de iure communi, maximè ſi fiat commiſſio Iudici ordinario, num.* 35.

*& an*

Digitized by Google

*& an poſſit vti vtraque iuriſdi-
ctione, n. 36.*

37 *Delegatio de iure Regni expreſſe fie-
ri debet.*

38 *Conſiliarij Regij dicuntur Iudices
ordinarij, quando congregati diffiniunt
cauſas in aula Sac. Conſil. ſecus ſegre-
gati.*

39 *Delegationes cauſarum ſunt per
Pragmat. Regni prohibitæ, niſi in exa-
ctione redditúum piorum locorum.*

40 *Iudex delegatus tenetur oſtendere
eius commiſſionem, & quare.*

41 *Cauſa an videatur abdicata ab
ordinario ſi committitur Delegato.*

42 *Iudicis delegati poteſtas eſt ſtricta,
attenta qualitate cauſarum, perſona
delegat., & verbis delegationis, ſed
quando amplietur, & extendatur, ex-
plicatur latè n. 43. 44. 45. & 46.*

47 *Cauſa poſſeſſorij delegata, quando
cenſeatur etiam cauſa petitorij, nu. 48.*

49 *Cautela qua vti poteſt Delegatus,
quando reuocatur in dubium eius po-
teſtas.*

50 *Secundæ iuſsiones Principis opera-
tur, ac clauſulæ,* ex certa ſcientia, &
non obſtante, *nu. 51.*

52 *Delegatus an teneatur cognoſcere
de falſitate, mendacii, & ſubreptione
precum ad inſtantiam intereſſe præ-
tendentis.*

53 *Iudex Delegatus an poſſit cogno-
ſcere de veritate ſi aliunde conſtat, ac
ex verbis, & allegatis in reſcripto.*

54 *Iudicis Delegati materia remiſsiuè.*

1 NVnc ſpecialiter, hic præcognitis, eſt de Iudice diſſerendum, qui aut ordinarius, aut Delegatus vocitatur, ordinarius Iudex dicitur, qui in aliquo loco habet poteſtatem reddendi ius vnicuique, *ad tex. in cap. forus, de verb. ſignific.* quæ poteſtas ſignificatur pro iuriſdictione, nam Iudicis conſtitutio eſt actus iuriſdictionis, *l. iuſdicentis, in fine,* ibi *Iudices litigantibus dare, l. imperium,*
2 ibi, *iuriſdictio etiam eſt Iudicis dandi licentia, ff. de iuriſdict. om.* dicitur .n. iuriſdictio à *ditione*, quæ idem eſt ac poteſtas, *ſecundum gloſ. in §. iuſiurandum, auth. de defenſ. Ciuit. & d. l. Imperium, vbi Bart. de iuriſd. omn. Iudic. quem ſequitur Capys in inueſt. feud. ver. ex dictis, col. 2. pag. 220.* vnde rectè diffinitur iuriſdictionem eſſe poteſtatem iure publico introductam, vt vnicuique, quod ſuum eſt officio Iudicis tribuatur, *&c tradit Franciſcus de Claperijs in tractatu de iuriſdictione, & imperio, concluſ. 1. num. 2.* & quamuis alij diuerſimodè hanc iuriſdictionem deſcripſerunt, *vt per gloſſ. in l. 1. uer. poteſt, ff. de iuriſd. omnium Iudicum, & Bart. ibidem, tradit Franciſcus Marcus in deciſ. Delph. 208. num. 1. & deciſ. 368. num. 6. vol. 1. Stephanus Forcatulus in neomemonia iuris, dialogo 120. num. 4. Vaconius à vacuna, in declar. iuris ciuil. lib. 6. declarat. 77. Vulteius in tract. de iuris Prudentia Romanorum, lib. 1. cap. 12. Iacobus* Cuiacius *ad lib. digeſtorum, lib. 2. tit. 1. tom. 2. & alij quos recenſet Borrellus in ſumma deciſ. tit. 41. de iuriſdictione, & imperio, num. 1. cum pluribus ſe-*
3 *quentibus.* omnes tamen tendunt ad eundem ſcopum, & reſpiciunt eundem finem, propter quem iuriſditio eſt in Mundo introducta, nimirum, vt benè, & quietè viuant populi, *ſecundum Ariſt. in lib. 3. polit. & habetur in l. congruit, ff. de*
4 *officio Præſidis*. Hinc iudex in tantum dicitur inquantum habet iuriſdictionem, nam abſque ea iudicium ſicuti ædificium, ſine fundamento corruit, *l. egi tecum, ff. de excep. rei iudicata. l. 1. § hac autem, ff. quod quiſque iuris,* & ideo ſine ea procedendo, eſt nullitas, quæ numquam intelligitur reiecta. *Clem. 1. de ſeq. poſſ. & fructuum. Vant. de null. tit. quis poſſit dicere de null. num. 37. & in tit. de null. ex defectu iuriſd. nu. 4. Gabriel. com. opin. tit. de ſtatutis, concluſ. 3.* hac de cauſa 5



Digitized by Google

in iudicẽdo iudicis poteſtas metitur,&
5 regulatur à qualitate iuriſdictionis,
quæ ei eſt attributa; nam multæ ſunt
eius ſpecies, quæ comprehenduntur
ſub generali vocabulo *iuriſdictionis*,
alia enim dicitur ſimplex,& baſſa,quæ
intelligitur conceſſa in ſimplici conceſ
ſione; *ſecundum Caſſaneum, in conſuet.*
*Burgund.rub.1.tit.dies,ver.iudices nu.18.*
6 & iſta dicitur vulgò,ciuilis tantum, *vt*
*dicit Frecc.de ſubfeud.in 12.auctorit. Ba-*
*ronum num.9.* vel pedania, *vt ex Bar.in*
*l.fin. vti poſſidetis, deducit Franc. Marcus*
*in deciſ. delph.201.num.1. vol.1. additio*
7 *ad Guid.Papam,in deciſ.618.* & ſic dici-
tur ius gladij,& comprehendit omnes
cauſas criminales, vſque ad vulnuſcu-
la ſanguinolenta, *vt explicat Coler.de*
*proceſſ.exeq.p.2.cap.1.num.109. & part.*
*nona. cap.1.num.55. Andreas Kuichen.in*
*comment.de iure Saxan.non protoc.cap.5.*
*tit.de regalijs in ſpecie,num.19.* alia dici-
8 tur pleniſſima,ſeu omnimoda, & com-
prehendit vtranque,nec habet cancel-
las,quibus circumſcribitur, ſed vaſtiſ-
ſimam poteſtatem, ius dicendi tribuit,
ideo merum,& mixtum imperiũ com-
prehendit; *ſecundum gloſſam in Clem.1.*
*in verbo omnimodam, de foro competenti,*
*ſequitur Hermannus Vulteius in d. tit. de*
*iuriſprudentia Romanorum, lib.1.cap.12.*
*num.20. Vueſenbec.in conſil.95. num.11.*
*Antonius Leſcur. de iuriſdict. in prælect.*
*Antonius Gubertus,qq.iur.cap.10. nu.17.*
*Iacob.de Sancto Georgio, in inueſtit.feud.*
*ver.cum mero,& mixto imperio; & multa*
*de his dixi in mea Methodo feud.part. 1.*
*cap.6.num.21.cum ſeq.& nunc addo Bor-*
*rellum in tract. de magiſtr. edictis lib. 1.*
*cap.1.num.112.cum plur.ſeq. in d.tit. de*
9 *iuriſdict. & imperio.* Vbi explicat non-
nullas iuriſdictionis,& imperij ſpecies,
& ſignanter in Gallia,videlicet altam,
mediam,& baſſam, *allegat inter alios Ge-*
*rardum Mainardum in deciſ. Tholoſ.19.*
*lib.2.Maſuer.in pract.tit.de iud.& eorum*
*iuriſdictione num.12.& 13.* vbi vide de
iſta materia,vltra noſtros practicos,qui
diffusè de ea pertractant.
10 Huiuſmodi iuriſdictionis origo à
Deo mediatè, & immediatè dependet,
*vt dicit Afflict.in deciſ.391.nu.8.*& quia
ipſe Deus operatur cum cauſis ſecun-
dis; reſidebat in principio pænes po-
pulos,& ſignanter Romanos,qui dein-
de transtulerunt in vnum Principem,
*l.fin.C.de iure enucl.l.1.C.de leg.& conſt.*
11 *& dixi in præludijs primæ partis Me-*
*th. feud. in principio*, hac de cauſa di-
cimus iuriſdictionem pactis, vel con-
uentionibus priuatarum perſonarum
minimè poſſe tribui, *l. priuatorum,C.de*
*iuriſdict.omn.iud. Præſ.de Franch. deciſ.*
*551.num.10. Mozz. de feud. tit. de nat.*
*feud.nu.119.* Sed omnem reſidere apud
Regem,& ab ipſo fluere, *Regens de Pon-*
*te in deciſ.Collat.2.num.6.* ideo ab ipſo
conſtituuntur iudices, vel ab alijs ha-
bentibus iura regalia, ſub quibus in-
cluditur poteſtas creandi Magiſtratus,
*Andreas de Iſernia,in tit. quæ ſint regalia,*
12 *in vſibus feudor.* & conſequenter ab
eodem concedente ad eius libitum po
teſta auferri, non ſolum expreſsè, ſed
tacitè ad nutum, *vt benè explicat Camil.*
*de Curte in diuerſ.feud.pag.28.num.8.* ni-
ſi eſſet iuriſdictio conceſſa in domi-
nium ſub nomine feudi, vel vendita;
nam tunc intelligitur conceſſa priua-
tiuè, & ſine cauſa non poterit auferri,
*Abb.in cap.cæterum 3.not.extra de iudicijs.*
hanc diſtinctionem approbant noſtri
Regnicolæ,& ſignanter *Anna alleg. 44.*
*& alij, quos ſequitur de Curte, vti ſupra,*
13 & cum iſta iuriſdictio,quæ conceditur
ſic Baronibus ſit ordinaria,conſequens
eſt, quod iudex ab eis conſtitutus ad
illam adminiſtrandam ſit ordinarius,
*Mozz. in tract.de feudis,d.tit.de naturali*
*feud.num.119,* verum non poterit Prin-
ceps,tàm abſolutè,& priuatiuè conce-
dere iuriſdictionem,quin penes ipſum
remaneant radices,& reliquiæ, *vt dixi*
*in Methoda feudali loco citato,* immò plus
remanet penes ipſum,quam concedit,
*ſecundum Afflict.in cap.1.3.not.tit.quibus*
14 *modis feud.amitt.* hinc in dies obſerua-
mus,quod in quibuſdam cauſis Baro-
nalibus exemplaribus, & arduis, Ex-
cel-

Digitized by Google

tellentiſs. Prorex huius Regn. & eius Collaterale Conſilium mandat, quod cognoſcantur per officiales regios, & præſertim Auditores Prouinciarum,& ne videatur præiudicare priuilegijs Baronum,adduntur in fine reſcripti, illa verba, *diſpenſando pro hac vice*,& hoc
16 iure vtimur,quicquid dicat *de Curte vbi ſupra*.hinc etiam obſeruatur,indifferenter, quod, Barone exiſtente contumace in Curia Regia ex cauſa criminali,ſuſpenditur eius iuriſdictio, & per eundem Proregem,& Collat.Conſiliũ deputatur officialis ad iuſtitiam miniſtrandam, de qua obſeuantia in dies videmus prouiſiones, *& teſtatur Anna in ſingulari* 52.

17 His diſcuſſis, eſt primò aduertendum hic,quod iudex ordinarius conſtituitur non ſolum à Principe,*l.vnica, ff.ad l.Iuliam de ambitu*, ſed etiam à lege,*l.1.in princ.ff.de offic. eius,& l. more maiorum,ff.de iuriſdictione omn. Iudicũ, & Zaſius latè ibidem*.Item præſcriptione,*vt docuit Iacobus in in pract. Papienſ. tit.de confeſſ.in rem act.verſ.quid de præſcriptione,latè* Regens Tapia *in ius reg. in comment.ad conſtitut.quatriginale,nu*.14. *ſub tit. de præſcript. lib*.4. nam poſſe ac-
18 quiri iuriſdictionem præſcriptione, non eſt dubium, *vt latè per Bellue. in ſpecul.princ.tit.de iuriſdictione*, §.*& quia quotidiana,num*.10.*& Borrell. in ſumma*
19 *deciſ.tit*.41.*de iuriſdict.& imperio*.Item ex conſuetudine poteſt conſtitui iudex *l.1.C.de emancip.liber. l.viros ſpectabiles C.de diuerſ.offic.& appellat.lib*.12.*DD.in*
20 *d.l.more*. Verum iſtud conſuetum non inducitur per duos actus ſimpliciter, *ſecundum gloſſ.in l.2.C. de epiſcopali audientia*, ſed debet concurrere ſpatium decem annorum, & tunc conſuetum attenditur in conflictu, non obſtante, quod aliter appareat actum in proximis præcedentibus tribus annis, *prout de obſeruantia teſtatur Regens Rouitus in pragm*.2.*de adminiſtr.vniuer*.

21 Secundò aduertendum eſt,quòd iudex conſtitutus à Principe,vel alio habente facultatem,habet iuriſdictionẽ, & exercitium illius in loco vbi conſtituitur, ex ſola reſcripti præſentatione, quia tunc videtur actu illa vti,*ſpecul.in tit.de competent.Iud.adit.* §.*viſo, num*.3. *Verall.deciſ*.324.*nu*.4.*lib*.1 *Bal.in l.falſi num*.17.*C.d.furtis,Galleſius in oblig.in form.cam.tit.de proceſſ.num*.5.*Alex.Raudenſ.criminal.reſolut..ib*.1. *cap*.67. & eo ipſo videntur ei conceſſa omnia, quæ ad illius iuriſdictionem pertinent, de quibus debet certiorari, *ex dictis per Verall.in deciſ*.114. *num*.1.*lib*.1. Verum
22 iuriſdictio non ſemper ſtat inter cancellas,quibus cõceditur:interdũ enim ſecũdũ ſubiectã materiã extenditur ad omnes alios actus ſub eadem iuriſdictionis ſpecie compræhenſos,*Cynus,& cæteri in l.1.C.de emancip.liber. Alexan. conſil*.68.*num*.18.*vol*.2.*cum alijs allegatis per Borellum in d.tit.de iuriſdictione,& imperio,num*.176. Sic etiam ad omnia alia ſine quibus iuriſdictio cõceſſa explicari,& exerceri non poteſt, *l.cui iuriſdictio, ff.de iuriſdictio, omn.iud. l.ad rem mobilem, ff. de procurat. Hyppolyt. Marſil. ſingul*.175. *Cotta in memorab. verb.conceſſo. Franc. Marcus, deciſ*.449. *num*.1.*vol*.1.

23 Item extenditur ex vi prorogationis quæ, non ſolum ſit expreſsè ſubmittendo ſe partes iuriſdictioni alicuius, *ſecundum Guid.Pap. deciſ*.370.*in princ.Ferdin.Vaſqu. in tract. contr. vſufreq.lib*.4. *cap*.14. *vbi latè*, modo actus ſint voluntarij,alias ſecus, puta, ſi eſſent abſtricti præſtare cautionem de iudicio ſiſti,*Bal.in auth.offeratur num*.2. *C.de litis conteſt. Franc.Marcus in deciſ. Delphyn*.1057.*vol*.1.*& deciſ*.529. *nu*.6. *vol*.2.

24 Sed etiam tacitè,puta, ſi partes litigauerunt coram Iudice vſque ad ſententiam, nihil opponentes de incopetentia, *benè Franc. Marcus in deciſ*.68. *num*.2.*vol*.1.*facit text.in auth.conſequen-*
25 *ter,C.de interlocut.omn.iud.* & regulariter prorogatio fit tripliciter,primo de tempore ad tempus, ſecundo de re ad rem.3.de perſona ad perſonam,*vt poſt gloſſam in cap. P. & G. in verbo proroga-*



Digitized by Google

tio,de offic.delegati, voluit Afflictus deciſ. 177.num.4. Gratian.deciſ. Marchia 78. num.2.Viuius deciſ.126.num.1.Coſta de de facti ſcientia, & ignorantia, centur.2. diſtinct.66.num.3.& 4.& latiſſimè Ferd. Vaſq.d.contr.vſufreq.lib.4.cap.14.nu.14.
26 cum ſeq. Verum reſpectu primi, videlicet de tempore ad tempus, non poteſt fieri vltra triennium, gloſ.in l.2.§.ſi iudex ff.de iudicijs.Viuiusd.dec.126.ſic etiã quando in reſcripto eſt limitatum tẽpus, vt per d.§.& ſi iudex, deducit Gra-
27 tianus d.deciſ.78.num.24. Prorogatio reſpectu ſecundi, de re ad rem, poteſt etiam verificari in quantitate, vt poſſit fieri de maiori,& minori ſumma, gloſ. in d.§.& ſi iudex, Bal. in l.ſi quis ex conſenſu col.4.C.de Epiſcop.audientia, Afflict. d.deciſ.117.Guido Papa, deciſ.285.nu.1. & 682.num.2.attamen quando res creuit,vel diminuit ex acccidenti, puta,ſi iudex poterit cognoſcere de cauſis vſque ad centum, & eiuſdem valoris fuerit petita res coram ipſo,tunc ſi tractu temporis recipiat augmentum,vel detrimentum, poterit adhuc de illa cognoſcere, non ex vi prorogationis, ſed ex quo attenditur actio primordialis intentata, Iaſ. Lanfranch. deciſ. 98. Gratian.deciſ.126.num.3. Sed non procedit ſic indiſtinctè in omnibus perſonis, ſed in illis, de quibus talis iudex poterit cognoſcere, Afflict. deciſ. 354. num.14.& 15.Gayllus in tractatu de pace publica lib.1.cap.17.num.10.alias ſecus, vt eſt in clerico,vel milite Sancti Iacobi de Spata, Molin. in tract. de Hiſpan. primogenit.lib.1.cap.13.num.98. Cardin. Creſcent.deciſ.3.num.1.tit.de foro compet. Sed non ſic è conuerſo,nam laicus poterit prorogare iuriſdictionem Eccleſiaſticam,l.Epiſcopale iudicium,C.de epiſcopali audientia,Gratian.deciſ.9. num.1. Franc. Marcus deciſ.544. num.1. & ſic prorogando poterit coram Eccleſiaſtico ſe obligare,Viuius deciſ.125. num.2. cap.inclita,11.quaeſt.1. cap. ſignificaſti,de foro compet. vbi DD. Cæterum in caſi-
29 bus,in quibus procedit prorogatio eſt locus pænitentiæ,l.ſi conuenit,ff.de iuriſdictione omnium iudicum. dummodò nõ ſit conſenſus iuratus, vt per Balbum in deciſ.48. & ſic procedunt adducta per Guid.Papam,deciſ.77.nu.1.& 2.& Hier. Theater.diſp.ſelect.lib.1. diſp.3. theſ.12.
30 Sed indifferenter iuuat pænitentia quando ageretur de præiudicio domini,nam ſemper prorogatio facta,intelligitur, ſoluo iure domini, cui nullo modo præiudicat, Felin.in cap.cæterum, col.2.de iudicijs,& in cap.paſtoralis,nu.3. limit.6.de offic.ord. & ſic deciſum in S.C. refert Capyc.dec.9.Præſes de Franch.529. Regens Rouit.in pragm.2. num.2. vbi de delict.quis conueniri oportet.Item prædicta procedunt quando Iudex prorogatus eſt capax iuriſdictionis alias ſecus,vt explicat,Afflict.deciſ.354.nu.14. Gayll.de pace publica lib.1.c.2. Borrell. in contra.dec.tit.41.n.74.lib.1.quæ incapacitas arguitur ex multis, & ſignanter ſi iudex etiã ad certam cauſarum ſpeciẽ, in certo loco electus, vt authoritate Anton.de Anato varia.reſol.c.33.n.16.& aliorum nouiſſimè deducit Paul. Staiuanus Iun. in reſol.forenſ. cap.37. num.7. cum ſequent.

31 DElegatus Iudex eſt ille,cui cauſa committitur ab alio habente poteſtatem delegandi,vices illius gerens,nihil propriũ habens,à ſic diffiniuit,Alex.in rubr.ff.de officio eius,& ſequitur Alciatus, in rubr. de officio ordinarij, ſed Menochius de arbitr. Iudic. quaeſt. 12. num.6, deſcribit, his verbis, delegatus eſt, cui ad cauſam cognoſcendam, vel decidendam, vel exequendam, vel totum ſimul perficiendum, vel à Rege, vel data iuriſdictio, proprium nihil habens, ſed totum à Superiore recognoſcens,& licet ex antiquo iure,iuriſdictio data differebat à mãdata,hodie ex l.5.C.de iudicijs,æquiuocè vſurpatur, vt aduertit Theſaur. in quaeſt.forenſ.50.verſ.3.lib.3. Cæterum
32 dum in iſta deſcriptione dicitur,quod iudex poteſt conſtitui,non ſolum à Rege,& Principe,ſed alio habente poteſtatem: eſt ſciendum quòd includitur iudex ordinarius,qui poteſt delegare,

ſecun-

Digitized by Google

ſecundum DD. in d. l. more maiorum, ff. de iuriſdictione omn. iudic. præter in cauſa appellationis, ſecundum Innocentium in cap. ſuper quæſtionum, de officio iud. deleg.
33 verſ. item quando ciuiliter. Sed huiuſmodi Iudex delegatus à Iudice ordinario, non poterit ſubdelegare, l. iudices C. de iudicijs; niſi in cauſa abſentiæ, vel infirmitatis, quo caſu erit ei integrum ſubdelegare, etiam cauſas meri, & mixti imperij, l. 1. ff. de offic. eius cui mandata, & Regens Rouit, in comment. ad Pragm. Reg. rubr. de offic. S. R. C. num. 19. verum iſta diſtinctio non attenditur in delegato Principis; cum ei licitum ſit indifferenter ſubdelegare, etiam cauſas criminales, DD. in d. l. 1. Guido Papa in deciſ. 624. Boer. deciſ. 6. latè Menoch. de arbitr. Iud. q. 34.

34 Hia cognitis; eſt nunc videndum, ex quibus verbis intelligatur facta delegatio, Menoch. d. quæſt. 11. num. 4. author. Bart. in l. ambitioſas, num. 34. ff. de decr. ab arbitr. facien. dicit quod ſi fuerit dictum in reſcripto; Caius videat, & noſtra authoritate cognoſcat, ac iuſtitiam faciat, is
35 delegatus cenſetur, & per modum iuriſdictionis poterit cognoſcere. Sed ſanè hoc intelligas, dummodò huiuſmodi reſcriptum ſit collatum in perſonam ordinarij Iudicis, qui ex natura, & qualitate eius poteſtatis poſſit de illis cognoſcere, quia tunc prædicta, & ſimilia verba non inducerent delegationem, ſed potius excitationem iuriſdictionis; iuxta textum, & ibi communiter notata in l. licet, de officio ordinarij, & DD. quos cumulat Triuiſ. deciſ. Venet. 1. num. 1. &
36 quamuis iſta opinio ſit controuerſa apud DD. nam alij tenent contrarium, videlicet vt talis ordinarius procedat, delegatus, & allegant text. in l. & ſi prætor, ff. de officio eius, vbi Dec. quem ſequitur Antonius de Butrio, in cap. cum ex officij, de præſcript. alij tandem quod in iſto caſu poſſint vti vtraque iuriſdictione, videlicet ordinaria, & delegata, arbitrati ſunt, vt per Felin. in d. cap. ex officij, & Dec. in d. l. & ſi prætor. num. 1. qui adducunt text. in cap. ſignificauit, de corpor. vitiat. in illis verbis, noſtra, & tua veri-
37 tate, hodie tamen quicquid ſit de hoc, in praxi eſt receptum, quod nullo modo per huiuſmodi reſcriptum collata in Iudicem ordinam intelligatur delegatio, niſi expreſsè picatur, quod procedat tanquam delegatus, vt eſt diſpoſitum in Auditoribus Prouinciarum huius Regni, per pragm. 11. vulgariter dictam 89. capitum §. 14. tit. de officio Iu-
38 dicum. Illud tamen eſt inſuper in praxi ſciendum, quod licet Regij Conſiliarij quando ſunt congregati in conſilio, & proferunt decreta, dicantur Iudices ordinarij ſi tamen conſiderētur ſegregati ſinguli, vt ſinguli, dicuntur delegati, & ideo non poterunt procedere niſi in cauſis commiſſis à Præſide S. C. Regens Ronit. in comm. ad Pragm. Reg. rubr. de offic. S. R. C. num. 4. & eſt quædam delegatio, quæ in decretis domi latis non excludit extraordinariam appellationem, cui defertur ab eodem Præſide, & fit in ſupplicatione cum decretatione de verbo faciendo in Sacro Conſi-
39 lio, & quamuis olim per Proregem, vel eius Collater. Conſilium his Conſiliarijs delegabantur cauſæ ciuiles, appellatione remota, & cum alijs clauſulis in reſcripto delegationis apponi ſolitis, hodie eſt prohibitum ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ æditæ tempore Cardinalis Zapatæ, & ſolum eſt permiſſum in cauſis exactionis reddituum piorum locorum, vt eſt diſpoſitū in pragm. 1. de deleg.

40 Ex his deducitur quod Iudex delegatus neceſſariò tenetur oſtendere commiſſionem, vt ex ea poſſit cognoſci poteſtas ei tributa, alias non creditur, l. 1. C. de mandatis, Princip. Bald. in d. l. falſis, nu. 17. C. de furtis, Alex. Raudenſ. var. reſolut. lib. 1. cap. 67. Anna alleg. 24. & 143. & eſt ſummā ratione diſpoſitum, & ſignanter reſpectu modi procedendi, qui arguitur ex tenore reſcripti, ad text. in cap. cum dilecta, & ibi latè
41 Felyn. de reſcriptis. Cæterum ſi alteri, quam Ordinario committatur aliquid ſpeciale negotium, de quo poterat cogno-

gnoſcere idem Ordinarius, non videtur ab eo ordinario adempta poteſtas, ſed ſolum ponitur in ſuſpenſo eius iuriſdictio, *Thom. Triniſ. in deciſ. Venet.* 11. *& Praeſes de Franch. firmat, & benè reſoluit hanc quaeſtionem affirmatiuè in deciſ.*723. maximè quando in ſpeciali reſcripto, & commiſſione adeſt verbũ, *poteſt*, cum pręcedenti negatiua, *nam*, ad quod allegat *text. in l. nemo poteſt, de leg.* 1. *cum concord. & ſic deciſum teſtatur in Sacr. Conſ. in fauorem Conſulum nationis Raguſeorum.*

42 Inſuper, his cõſideratis infertur ꝙ poteſtas Iudicis delegati eſt ſatis ſtricta, & limitata, *DD. in d. l. 1. ff. de offic. eius, & c. cum dilecta, extra de reſcriptis*, & *colligit Ricc. in collect.* 130. verũ vt procedamus ordinatè, iuxta noſtrum inſtitutum, ſic conſideratur, primò, reſpectu qualitatis cauſarum, cum non omnes cauſæ regulariter poſſint delegari, præcipuè illæ, in quibus venit infligenda pœna mortis, & corporis afflictiua, *l. quicunque ff. de ſeruis fugitiuis, l. qui iniuriam, ff. de iniurijs, Ioannes Saiuxen. in conſuet. Turonenſ. tit. de Deoicts debaſſe iuſtice, gloſſ. col. 3. quem ſequitur Nicolaus Intrigl. de feudis, art.* 80. *num.* 32. *sent.* 2. *vbi latè.* verum cauſæ quando ſunt arduæ indifferenter à Prorege, & Coll. Conſil. huius Regni delegantur, & in multis M. C. ex delegatione procedit, *vt in prag.* 1. *de deleg.*

43 Secundò, eſt ſtricta reſpectu perſonę delegati, nam cum videatur in negotio ſibi commiſſo electa induſtria perſonę, *ad text. in Auth. vt nulli iudicum, §. & hoc quoque iubemus* per eius mortem extinguitur poteſtas iudicandi, & conſequenter non tranſit ad ſucceſſorem in officio, quod ſecus eſt in Iudice ordinario, *d. l. more maiorum, ff. de iuriſdictione omn. iudic. vbi Bart. num.* 7. *Dec. n.* 52. *& Iaſ. nu.* 65. *& declarat bene hac Me-*

44 *noch. de arbitr. Iud. quaeſt.* 68. Verum executio decreti lati poteſt fieri etiã mortuo delegato, ſi tamen præceſſerit decretum citationis, quia per illud perpetuatur iuriſdictio, *Verall. deciſ.* 124. *num.* 1. *vol.* 2. *Caroc. deciſ. ſiuè caſu* 29. *nu.* 17. *latè Borrellus iſt ſumma deciſ. tit. de iuriſdictione, & imperio num.* 234. Item nõ expirat delegatio quoties ſit ordinario de re ad ipſum non ſpectante, nam tũc ad ſucceſſorem in eodem officio tranſit, licet ſit facta per nomen proprium delegatio, *ex adductis per Thor. in compend. deciſ. Archiepiſcopal. verb. Vicarius epiſcopi.*

45 Tertiò, ſtricta eſt poteſtas delegati reſpectu verborum, nam regulatur ex verbis expereſſis, adeo quod omne aliud cenſetur omiſſum, *ad text. in l. quicquid aſtringendi, de verb. oblig.* Sed hæc ſanè intelligenda ſunt, nam quoties expreſſum ex proprietate verborum recipit interpretationem, ad illud extenditur, hac de re in conceſſione ſimplicis iuriſdictionis, imperium ei inhærens (quod eſt modica illa coertio, ſine qua iuriſdictio non poteſt exequi) intelligitur conceſſum, *l.* 1. *§. qui mandatum, ff. de offic. eius, Menoch. de arbitr. Iud. q.* 91. *num.* 15. ſic etiam dicende connexis, & acceſſorijs ad validitatem delegationis, vt hæc omnia etiam intelligantur conceſſa ex iuris interpretatione, *ad text. in cap. prudentiam, §. Sexta nobis, in fine, cum §. ſequent. de off. deleg. l.* 2. *& ibi DD. ff. de iuriſd. omn. iud. Bal. in cap.* 1. *num.* 1. *de capit. qui cur. ven.*

47 vnde conceſſa cauſa poſſeſſorij ſimpliciter, & in genere, propter connexitatem, non ſolum nudum poſſeſſorium, ſed etiam petitorium intelligitur conceſſum, *per text. in cap.* 1. *de ſequeſtr. poſſ. & gloſſ. ibi in verb. diſtinctè, & in cap. cũ ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. Bal. in l. ſi de proprietate, nu.* 4. *C. ſi à non compet. iud.* erit tamen tunc in optione actoris à quo velit incipere, & ſi eligat petitorium, lata ſuper eo ſententia, non poterit ad poſſeſſorium recurrere, quia Iudex functus eſt officio ſuo, & petitorium abſorbet poſſeſſorium, *cap. cum dilectus de cauſa poſſ. et propriet.* ſecus ſi à poſſeſſorio incæperit, *Abb. in d. cap.* 1. *num.* 12. *de ſequeſt. poſſ.* verum de petitorio peni-

48 tus poterit cognoſcere quando cauſa poſſeſ-

Digitized by Google

poſſeſſionis nuncupatiui, & in ſpecie ſit commiſſa, quia tunc de proprietate non poterit cognoſcere, niſi incidéter, & per viam reconuentionis, dummodò cauſæ ſtatus reconuentionem patiatur, *Abb. vbi ſupra, per text. in cap. 1. de mut. petit. & l. 1. C. de ordin. cognit. & benè hac explicat Andr. Gayllus obſeruat. 35. lib. 1.*

49 Attamen ſi verteretur in dubiū tenor reſcripti, ſi vel ne aliquid contineatur, cautela erit pro delegato, vt obtineat à delegante geminatas litteras, ſiue, vt aiunt *ſecundam iuſſionem*, nam tunc iſta ſecunda iuſſio operatur, ac ſi adeſſet in reſcripto clauſula motus proprij, *Bal. in l. nec damnoſa, C. de precib. Imper. offer.* item ex certa ſcientia, *Corſet. in tract. de poteſtate Regia, quaſt. 16, Rebuff.*

51 *in tract. de reſcriptis, in præfat. num. 85.* Item clauſula, *non obſtante*, ex qua potiſſimum excluditur quæuis alia oppoſitio, & ſecundæ iuſſioni omninò ſtādum erit, *vt ex Franc. Marco in dec. 809. concludit Gaill. d. obſeruat. 35. num. 5. vſque ad 7. verſ. cautela, eſt tam &c.* ſed non

52 eſt obliuioni tradendum, nimirum ſi aliquis contra quem reſcriptum delegationis eſt collatum intendat arguere illud de falſitate, mendacio, vel ſubreptione precū, tenebitur idē delegatus petitis deferre aliàs puniretur, *ad text. in l. 3. C. ſi contra ius, vel vtilit. publicam. Berous in cap. ſuper literis, nu. 25. extra de reſcriptis, & gloſſ. ie. d. l. 3. verſ. iudices*, ad hunc propoſitum dicit hæc verba: *non ergo timeant miſeri Prælati ſi veritatem ſequuntur, cum Deo, & Papa per*

53 *hoc placeant.* vnde eſt hic notandum, quod ſi delegatus cognouerit ex narratis in reſcripto non poſſe haberi veritas, ſed aliundè, vtcunque haberi, & detegi poteſt, ſecundum illam poterit iudicare, & exercere delegationem, quia illud pro expreſſo habetur, *vt benè probat gloſſa in l. 2. ver. ſententiam, & in d. l. 3. in d. ver.* Iudices, *ff. de officio eius,*

54 &c. reliqua circa materiam Iudicis delegati, & ordinarij tractat, *Maranta in eius praxi*, cuius dicta, & aliorum non decet tranſcribere, hac de re ibi in caſu occurrenti videas; & dicemus aliqua infra in præludijs Tertiæ Partis.

## De Arbitris, & Compromiſſis faciendis inter coniunctos in Regno.

### CAP. III.

### SVMMARIVM.

1 *Arbitri ſunt eligendi de Iure Regni pro dirimendis litibus inter coniunctos: & Iudicibus ordinarijs æquiparantur.*

2 *Arbitrorum materia à multis tractatur.*

3 *Arbiter, quam poteſtatem habeat.*

4 *Arbiter, & Arbitrator Electi ſeruata forma Reg. Pragmat. tenetur ſententiare ſecundum Ius, niſi aliter à partibus ſit conuentum.*

5 *Arbitrorum poteſtas regulatur facultate à partibus tributa, & ſtrictè interpretatur, & explicatur exemplis, num. 6.*

7 *Arbitrorum poteſtas extenditur ad decidendum ſuper fructibus, quamuis in compromiſſo non ſit dictum.*

8 *Laudum latum pro bono pacis eſt validum etiam vltra poteſtatem tributam in aliis vero caſibus, eſt ipſo iure nullum, nec poteſt ratificatione validari, & quando præſumatur poteſtas ſufficiens.*

9 *Electus vt Arbiter, & Arbitrator, ex modo procedendi cognoſcitur qua poteſtate velit vti.*

10 *Compromiſſum in Regno in quo actu iudicij ſit petendum, &c.*

11 *Arbitri an poſſint expedire commiſſiones pro examinandis teſtibus refertur*

*tur praxis.*

12 *Compromiſſum in Regno petitur inter coniunctos, & vſque ad quot gradus coniunctionis.*

13 *Compromiſſum in R. an poſsit peti inter vxorem, & virum. Quid inter præuignum, & Nouercam, & de alijs remiſsiuè nu. 14. & 15.*

16 *Compromiſſum an poſsit peti à ceſsionario coniuctorum.*

17 *Compromiſsum, ad remouenda ſcandala debet fieri inter Magnatos etiam non coniunctos.*

18 *Minores ſeruata forma Regia prag. debent cōpromictere, ſed præcedente decreto Iudicis, & n. 19.*

20 *Filius familias, an poſsit cōpromictere ſine conſenſu Patris, & mulier ſine Munualdo, & quid in marito n. 21.*

22 *Arbiter electus vigore Reg. Prag. intra quod tempus teneatur diffinire negotium.*

23 *Compromiſſum factum iuxta formam Reg. Pragm. ſemel expiratum, quot vicibus ſit faciendum.*

24 *Arbiter, iuxta formam Reg. Prag. quis eſſe poteſt; & ſi eligetur Iudex ordinarius, vel Sacr. Reg. Conſil. an requiratur licentia Principis 25. 26.*

27 *Arbitri, quot ſunt eligendi, iuxta formam Reg. Prag.*

28 *Arbitri electi pro tertio, qualiter attendatur votum.*

30 *Arbitri, vel Arbitratores, an poſſint allegari ſuſpecti.*

31 *Compromiſsum de quibus cauſis debet fieri, ſeruata forma Reg. Pragm.*

32 *Cauſe Inſtrumentales, quando ſunt, vel nè compromittenda; & 33. et quando ſeudales, n. 35.*

34 *Cauſa ſuper qua eſt ſententiatum quando poſsit compromitti.*

36 *Cauſa, articuli ſit compromictendum, vel non, an ſit compromictenda.*

37 *Appellatio an admictatur à Laudo, et quid ſi interueniat enormiſsima leſio nu. 38.*

39 *Appellari an poſsit à laudo, et quid ſi eſt appoſita pœna in compromiſſo.*

40 *Appellatio à laudo, ad quem ſit facienda in Regno.*

41 *Appellari ad quem poteſt à confirmatione facta, laudi per ordinarium Iudicem, et ſi contineat plura capita an pro vno valeat appellatio.*

42 *Laudi exequutio impeditur per remedium nullitatis.*

43 *Nullitas laudi eſt ſi vltra poteſtatem ſit latum.*

44 *Nullitas laudi reſpectu iuſtitiæ attenditur, ſecus ordinis, propter ſolitas ampliſsimas clauſulas apponi in cōpremiſſis, et alijs nullitatem deremiſsiuè.*

45 *Arbiter, vel arbitrator qualiter poſsit allegari ſuſpectus.*

1 IN hoc Regno Neapolit. ad remouenda litium odia, & rancores ſtatutum eſt cauſas inter coniunctas perſonas debere compromitti coram arbitris, *vt in pragm. 1. incip. odia litium, tit. de arbitris*, qui arbitri ſtatuto cogente, electi iudicibus æquiparantur, immò Iudices dicuntur, *arg. tex. in l. cū ſpeciali, & l. apertiſſimi, C. de iudicijs, & ibi Caſtrenſ. num. 5.* & licet multi aſſerāt æquiparari iudicibus delegatis, ex quo vigore ſtatuti neceſſariò eliguntur, verius eſt quod ordinario æquiparentur, *Grat. diſcept. forenſ. cap. 66. num. 15. Thor. in compend. deciſ. verſic. compromiſſum petitum, tom. 2. Marian. Socc. ſen. conſil. 27 vol. 4. verſ. ſed termini noſtri vol. 1. Arnon. in problem. 25. incip. quæro. Marant. in eius ſpecul. diſtinct. 14. num. 3.* Ideo poſt quam

quam tractauimus de iudicibus (ſe-
2 ctando materiam) ſequitur titulus iſte, de cuius pleniori explicatione, & ſi multi ad ſaturitatem tractauerint, & præſertim *Petr. Rebuff. ad gall. conſt. tit. de arbitr. & arbitr. art. 1. gloſſ. 5. tom. 3. Marant. vbi ſupra Blanc. Io. Baptiſta Peruſin. & Borrell. in tract. partit. & in ſum. deciſ. tit. 63. de compromiſſ. arbitr. &c. nouiſſimè Regens* Tapia *in ius Regni, de arbitr. & Regens Rouit. in comment. ad Prag. Regni eodem tit.* ego tamen breuiter, & diſtinctè de his, quæ ad praxim pertinent, actenta diſpoſitione dictæ Pragmaticæ dumtaxat, agam hoc ordine.

*Primò, Qui dicantur arbitri, et arbitratores.*

*Secundò, Quo tempore debeat peti compromiſſum.*

*Tertiò, Qui poſſunt petere compromiſſum, et in quo gradu conſanguitatis, vel af- affinitatis.*

*Quartò, Quot vices peti poſsit.*

*Quintò, Arbitri qui poſsint eſſe.*

*Sextò, Quæ cauſæ ſint compromittendæ, vel non.*

*Septimò, à laudo arbitrorum an appelletur, et quid deinde à ſententia Iudicis confirmantis, vel reuocantis laudum.*

3 QVòad primum arbiter dicitur, qui habet poteſtatem iudicandi de iure tantum, *l. qualem, ff. de arbitris,* ad differentiam arbitratoris, qui poteſt iudicare de iure, & de facto, *l. ſocietatem §. arbitrorum, ff. prò ſocio*, & proinde in proferendo laudo eſt melior eius conditio, quam cuiuslibet Iudicis, & de eo propriè videtur loqui *Seneca de beneſic. lib. 6. cap.* 3. dicens *huic libera, & nulla obſtricta vinculis religio, & detrahere aliquid poteſt, & adijcere ſententiam ſuam, non prout humanitas, & miſericordia impulit regere.* Ad hãc breuem deſcriptionem Arbitri, & Arbitratoris ſe reducunt omnes, quæ ſeriòſius tradunt, *DD. & præſertim Ioannes* Coraſius, *Miſcell. lib. 4. cap. 18. & lib. 5. cap. 11.* de his
4 etiam loquitur dicta Regia Pragmat. nam vigore illius poterunt litigantes eligere arbitros, vel arbitratores; attenditur enim in hoc eorum voluntas declarata in compromiſſo. i. ſimultanea promiſſione, *vt dicit Coraſ. d. cap.* 18. *num.* 4. quam alij tranſactionenem vocant, *ex tex. in auth. ſi vero contingerit C. de Iudicis. Innoc. in cap. Quintauallis, extra de iur. Bar. in d. §. arbitrorum, & Gaill. pract. obſer. lib. 1. obſer.* 141. *num.* 4. verum quando de poteſtate nil dictum erit in compromiſſo intelligitur, *ſeruata forma d. Reg. Prag.* quod illam habeant in procedendo de iure, & de facto, in ſententiando vero de iure tantum, vt ibi expreſsè dicitur, & dic de iure, 1. etiam conſuetudinario, *ſecundum Duar. in reg. 56. & Mart. in voto 46. num.* 8. cæterum poteſtas tributa alicui vti arbitro, vel arbitratori, colligitur ex voluntate in compromiſſo declarata, *vt dicit Bart. in d. §. arbitrorum num.* 9. licet Notarius vt plurimum confundat hæc nomina,
5 *vt dicit Innoc. in d. cap. Quintauallis.* caret enim omni difficultate ſcire, quòd omnis facultas arbitri, vel arbitratoris regulatur à poteſtate eis tributa à partibus in cõpromiſſo, adeo quod quicquid vltra diſpoſitum eſt nullius momenti reputatur, *ad l. non diſtinguemus, §. de officio, ff. de arbitr. cap. peruenit ad nos, extra eodem tit. Afflict. deciſ.* 117. *num.* 14 *Chacher. deciſ. Pedem.* 39. *num.* 5. & ideò habens poteſtatem cognoſcendi ſecundum ius, nulliter decidit contra il-
6 lud, *Anne ſingulari* 111. iſta poteſtas, quæ ei tribuitur, de ſui natura ſtrictè debet interpetrari, ideo non tranſgreditur perſonas, & ſic ad authorem laudatum per conuentum non extenditur, *Marant. in ſpecul. part. 4. 6. diſtinct. num. 27. & part. 6. 5. memb. num. 2. Reg. Tapia, vbi ſupra, & nouiſſimè Thor. qui affert deciſionem S.C. in d. compend. deciſ. part. 2. verſ. compromiſſum petitum*; nec ad emergentia, puta, damna, & intereſſe, *vt benè probat pract. Papinienſ. in for-*

*ma libelli qua petitur pœna ex compromiſ. ver. ad ipſum*, & procedit quamuis com promiſſum ampliſſimas cõtineat clauſulas, nam tunc includeret res dependentes, ſed leuis præiudicij, *vt optimè fundat Regens Valenz. in conſ.* 11. *per totum, & præcipuè num.* 69. hinc dicimus, quod valet condemnatio ad fructus, quamuis non ſit dictum in compromiſſo, *Innoc. in cap. ex parte, de arbitr. Arnp. in epilh.* 35. *Bart. in l. terminatio, col.* 2. *ver. item pronunciauit, C. de fruct. & lit. expen. Char. deciſ. Genuenſ.* 5. *num.* 9. & 10. & ſic pronũtiatum in Sacr. Conſ. in cauſa Marchioniſſæ Piſcariæ, *refert Anna ſing.* 35. *licet contra teneat Gratian. deciſ.* 6. *quē refert Viſcont. concl. iur. arbiter, & arbitrator*, verum pro quiete, & bono pu-

8 blico poterunt excedere facultatem conceſſam, & vltra eam decidere, *Blan. in d. tract. quæſt.* 6. *num.* 16. *quem ſequitur Raudenſ. deciſ. Piſan.* 23. *num.* 33. vnde ſi eſſet factum incundæ pacis gratia inter litigantes inimicos, vt ſortiatur effectum pax, erit licitum vltra decidere ſi credimus *Corſet. in ſing. in ver. arbitres incip. laudũ ab arbitrio*, imò tunc nec requireretur decretũ Iudicis ſi eſſet factũ inter perſonas prohibitas contrahere, puta, duas Vniuerſitates ad euitanda ſcandala, rapinas, & homicidia, vt latè fundat *Scipio Bilotta in eius erudito conſilio* 90. *poſt quæſtiones feudales*. Verum (præter hos, & alios ſimiles caſus, pro limitatione d. regulæ à DD. paſſim traditos) concludimus laudum latum vltra poteſtatem, adeo eſſe nullũ, quòd vti tale non ſubſtinetur, quamuis ſubſequatur partium ratificatio, niſi tanquam pactum de nouo initum, *arg. l.* 2. *C. communia vtriuſque iud. Bal. in cap.* 1. *§. ſententia quoque, de pace Coſtantiæ. Afflict. in d. deciſ.* 117. *num.* 6. *vbi Vrſill. n.* 1. & 2. *Polid. Ripa in obſeruat. ſingul.* 310. *num.* 2. *Barz. in deciſ. Bonon.* 112. *num.* 10. 11. & 12. eſt tamen verum, quod ſi non appareat de poteſtate ex lectura compromiſſi, & exibeatur laudum antiquũ, in quo de ea fiat mentio, vel coſtet fuiſſe latum, partibus præſentibus, & conſentientibus, eo caſu præſumitur præceſſiſſe compromiſſum cum tali poteſtate factum, *Afflict. d. deciſ.* 117. *& ibi Vrſill. Vin. deciſ.* 131. *num.* 2. *Franc. Mar.*

9 *deciſ.* 440. *num.* 2. *vol.* 2. cæterum, redeũdo vnde digreſſi ſumus, eſt ſciendum, quòd quoties quis eligitur, vt arbiter, & arbitrator in eius poteſtate erit, qua poteſtate velit vti, & cognoſceretur ex modo procedendi, vt per *Bart. in d. §. arbitrorum num.* 12. vbi dicit quòd vtēs vno modo non poterit variare, *ſequitur Bald. in conſ.* 43. *col. fin. vol.* 5. & in dubio videtur procedere, & iudicare, vti arbitrator, maximè quãdo in rubrica laudi dicitur, nos tales arbiter, & arbitrator, *Maſcard. de probat. conc.* 326. *nu.* 5. *vol.* 1. *Vin. deciſ.* 444. *cum alijs relatis per Viſcon. in eius concl. iur. d. ver. arbiter, & arbitrator*, attamen ſi iſte talis electus erit Iudex ordinarius in dubio præſumitur procedere, ſecundum poteſtatem ordinariam, *Felin. in rubr. de offic. & poteſtate Iudic. deleg. in princip.*

10 QVoad ſecundum, tempus ſtatutum in dicta Pragmatica, quo peti debet dictum compromiſſum inter litigantes, eſt quandocunque ante dationem termini, poſtea verò ſicut cuiuslibet exceptioni dilatoriæ, intelligitur renunciatum, *Afflict. deciſ.* 185. & *Capyc. deciſ.* 48. *num.* 4. *Viuius deciſ.* 131. *num.* 80. *Hieron. Magon. in deciſ. Lucenſ.* 73. *ſub num.* 11. Immò incontinenti, & immediatè poſt, dummodò non ſit ad citationem teſtium, & præſentationem articulorum proceſſum, *vt per Capyc. vbi ſupra, & poſt eum Borrell. in d. tract. de compromiſſ. §.* 2. *gloſſ.* 2. *num.* 25. & *in d. ſumma deciſ. eod. titul. de compromiſſ. num.* 244. *verſ. declara etiam*. verum à

11 die, quo petitur, Iudex non poterit cognoſcere de meritis cauſæ, niſi de his, quæ concernunt exequutionem petitionis compromiſſi, *vt benè tradit Riminald. ſenior in conſ.* 574. *num.* 2. *vol.* 3. & ſic in dies obſeruamus in commiſſione pro examinandis teſtibus, quæ fit per Iudicem ordinarium, & ſic per S. C. quando cauſa erat iam incæpta, vt dicis

Digitized by Google

dicis *Borrell.in d.pragm. odia litium,§.3. gloß.2.* & ideo facta electione per arbitros,commiſſiones fiũt per S.C.quia arbitri carent poteſtate in teſtes,de hac praxi teſtatur etiam *Regens Capio.Latro deciſ.33.num.15.*

11 QVòad tertium, compromiſſum, actentis terminis huius Regiæ Pragmaticæ,debet peti quando lis vertitur inter coniunctos vſque ad quartum gradum conſanguinitatis,vel affinitatis incluſiuè,computandum ſecundum ius ciuile, vt dicitur ibi expreſsè.hinc dicimus quod debet prius 1
cõſtare de affinitate, vel conſaguinitate, tanquam de qualitate neceſſaria, maximè ſi circa eam ſit dubium, *Paul. de Caſtro in conſ.178.vol.2.Alex.6.col.5. vol.2. verſ. venio ad ſecundum, Capbal. conſ.72.nu.7.vol.1.Gabr.conſ.33.nu.12. vol.2.*

13 Sed hic eſt aduertendum, quod reſpectu iſtius qualitatis requiſitæ à ſtatuto,plura oriuntur dubia, quæ paſſim à DD.qui in hac materia ſcripſerunt, in medium adducuntur; & ſignanter,ſi lis vertatur inter vxorem, & virum,an ſit compromittenda? & concluditur, quod ſic,quia dicuntur affines, *ad text. in l.quod ſeruus,ff.de condit.ob cauſam,& in ſpecie probat Antonius de Roſellis, in*
14 *tract.de ſucc.ab inteſt.ſub num.172.* quid de priuigno, & Nouercha, affinitate ceſſante? *Bald.tenet quod non,in l.affinitatis,C.communia de ſucceß.* ſicut nec de ſocero,& genero,mortua vxore, *probat latè Muſcatell. in eius praxi S. C. prima inſtantia,gloß.gradum,num.30.V in deciſ. 181.Blanc.in d.tract. de compromiß.q.3. verſ.ſoluto matrimonio.* ſic de filijs naturalibus, *habetur per Ripam in repet.l. ſi vnquam,quæſt.28 col.1.& 2. in fine,de reuocand. donat. Felin.in probem. decret.*
15 *num.7.* & tàm de his,quàm de alijs,lõga ſerie tractant, *Iodocus Damhoud, in prax.rerum ciuil. cap.205. Petr. Gregor. Syntgm.iur.vniuerſ.lib.47.cap.30.& Borrell.reaſſumit omnes in d.tract.de compromiſſ.§.1.gloß.3.* cuius dicta repetere eſſet mere tranſcribere, quod mihi eſt
16 exoſum, non tamen omiſſum faciam nonnulla alia notare, & præcipuè huiſmodi facultatem petendi compromiſſum,non tranſire in ceſſionariũ affinẽ,vel conſanguineũ comprehẽſos in diſpoſitione d.pragm. etiam ex cauſa oneroſa, *Afflict.deciſ.74.num.3. Marant.vbi ſupra,Borrell.d.tract.de compromiſſ.§.1.gloß.3.num.304.& in d.ſumma deciſ.num.25.verſ. durum eſt recedere.* ratio eſſe poteſt, quia diſpoſitio dict. pragm.fundatur in odijs coniunctorũ, quæ ſunt maiora alijs extraneorum.
17 vnde hac ratione actenta,quando Sacr.Conſ.cognoſcit cauſam arduam, & intricatam vertere inter magnates, & diù extitiſſe indeciſam, propter odia, & rancores conceptos ex quibus de facili poſſunt ſuccedere ſcãdala,& turbationes publicæ quietis, & pacis,ſolet cogere Partes ad compromictendum,& tunc diceretur huiuſmodi compromiſſum neceſſarium, inſtar illius quod fit vigore d. Regiæ Pragmaticæ, *Afflict.deciſ.149.num.6. Vrſill.ead.deciſ. num.8.Verall.in deciſ.166. num.2. lib.1. Dec.conſ.445.in princ.Arnon.in comment. cap.164.*

18 Sed redeundo vnde diſgreſſi ſumus, pro materia huius tertij quæſiti,eſt inſuper ſciendum,quod,nulla conſiderata conditione perſonæ, omnis coniunctus admittitur,& poteſt cogi ad compromictendum,nam d.pragm.loquitur indefinitè, hinc minores, pupilli, & ſimiles perſonæ poſſunt petere compromiſſum, & vigore dictæ Regiæ Pragmaticæ abſtringi ad illud faciendum, *Surd.deciſ.Mantuan.46.nu.3. Tiraquell. de vtroque retr.§.1.gloſ.13.num.13.Alex. conſ.254. vol.1.* & ſic ſemper fuit iudicatum in pluribus cauſis, *Anda ſingul. 115.* verum tunc requiritur decretum
19 Iudicis mandantis cauſas d. minoris debere compromitti, *ad tradita per Menoch.de arbitr.Iud.lib.2. cent.2. caſu 171.num.44.cum ſequen. verſ.tutores,& curatores,allegat Blanc.vbi ſupra q.3. & addo Ottauian.Simoncell.de decret. minor. lib.2. tit.6. inſpect.8. num.21. cum ſeq.*

D 2 Man-

Digitized by Google

*Manſuer. in pract. tit. de arbitr. num.* 12. *Capic. deciſ.* 93. *num.* 3. *Card. Puteus in deciſ.* 105. *num.* 4. *lib.* 1. & quamuis in puncto iuris poſſit ſubſtineri contrarium, nimirum, compromiſſum poſſe fieri à minoribus quando eſt neceſſarium, abſque decreto, & alia ſolemnitate, *vt per DD. quos allegat Viſcont. in eius concluſ. ver. compromiſſum neceſſariũ:* nihilominus contrarium obſeruatur, & *Anna in ſingul.* 115. dicit ſeruari quod minores compromictunt, ſed non ſine decreto Iudicis. fateor tamen, quod pro interponendo decreto quod cauſa compromittatur non exigitur ſcrupuloſa, & exacta cognitio, nam ſufficit, quòd iudex cognoſcat per compromiſſum euitari litis expenſas, *Menocb. vbi ſupra, num.* 45. & in dies obſeruamus in S. C. alijſque Regijs Tribu-
20 nalibus huius Regni. quid de filiofamilias? DD. dicunt quod vigore huius pragmaticæ abſtringitur, niſi obſtaret aliud ſtatutum, quo caueretur requiri conſenſum patris ad contrahendum, *Viſcont. vbi ſupra. Beron. conſ.* 129. *nu.* 2. *vol.* 1. *Bal. in l. non ſolum, §. neceſſitate, C. de bon. quæ lib.* ſic etiam dicimus in mulie-
21 re, ſimiliter prohibita contrahere ſine conſenſu cõiunctorum vigore alterius ſtatuti, vt tunc nequeat ſine illo compromictere, *Tiraquell. de legibus connub. gloſſ.* 5. *num.* 202. *poſt Lanfr. Orian. in d. tract. de arbitr. par.* 5. *q.* 5. *latè Stephan. Lamberteng. de contract. mulier. gloſſ. in alienantibus num.* 372. & quamuis aliqui contrarium ſubſtinuerint, iſta eſt approbata *à Borrell. in d. tract. de compromiß. & ſumm. deciſ. d. num.* 12. & ſecũdum eam obſeruamus in dies quid in marito an valeat compromictere de re dotali? certè quod non, ad exemplum Tutoris, & Curatoris, qui nequeunt tranſigere, *l. ſi pro fundo, C. de tranſact. cum alijs allegatis per Paul. Staiban. Iun. in reſolut. forenſ. cap.* 57. *num.* 24. vti de alijs ad hanc materiam.

22 QVòad quartum, noto quod licet in d. pragmat. ſtatuatur tempus duorum menſium, quo arbitri electi debeant diffinire negotium ſi fuerint concordes, ſi vero diſcordes vltima die, vel prius debeant eligere tertium; nihilominus ſi ex cauſa expirat, erit iterum faciendum compromiſſum pro vna vice tantum, *Afflict. deciſ.* 46. *faciunt adducta per Pract. Papienſ. in forma libelli quæ peti poterit ex compromiſſo verb. infra duos menſes*, vbi loquitur quando à partibus eſt tributa poteſtas prorogandi, vt non intelligatur vltra vnam
23 vicem, verum iſta opinio Afflicti eſt reprobata ex adductis p *Iaſ. in l. præter ait, n.* 10. *ff. de edendo.* vbi loquens etiam in terminis ſtatuti, dicit quod debet fieri toties quoties expirat, alias eſſet legis diſpoſitio imperfecta, ideo tamdiù debet compromitti, donec intentio ſtatuti impleatur, & ſic ſeruat Sacr. Conſil. *Anna ſingul.* 110. *Io. de Amico in conſ.* 83. *col.* 3. *Marant. vbi ſupra, part.* 7. *actu* 2. *num.* 4. *Io. de Arnon xantel.* 57. *Viu. deciſ.* 8. *Balbus, deciſ.* 127. *Tholomeus in deciſ. Rom.* 867. *lib.* 3. *cum alijs allegatis per Borrell. in d. ſum. deciſ. tit.* 63. *num.* 251. *&* 252. Sed hoc intellige dummodò abſit fraus, & dolus, nam ab omni diſpoſitione excluditur id, quod eſt factum in fraudem, *vt dicit Afflict. deciſ.* 84. *num.* 2.

24 QVòad quintum, ex quo in dicta pragm. non determinatur qualitas perſonæ coram qua debeat fieri compromiſſum, ſed indifferenter dicitur in duos coniunctos, vel communes amicos; conſequens eſt dicere, quod quilibet ex iſtis poterit eſſe arbiter, & poterit inuitus cogi ad recipiendum hoc onus, *Regens Rouit. in d. pragm. num.* 28. *&* 29. *benè apoſtil. Felin. in cap. paſtoralis, col.* 2. *ver. compromiſſum, extra de reſcriptis*, nam cum ſit introductum pro bono publico dicitur neceſſarium, & fauorabile, *Afflict. deciſ.* 46. *Anneus Robert. rer. iudicat. lib.* 3. *cap.* 8. *Moſcard. de ſtatut. interpret. concl.* 4. *num.* 142. ſed non ſic generaliter tranſit iſta poſitio; limitatur enim, quoties quis ex
25 acceptatione aliquod damnum ſibi inferret, nã tunc poterit petere de indẽ-

nitate

Digitized by Google

nitate prius ſibi caueri *Bart. & cæteri in l. apud Iulianum, ff. ad Trebell. Viu. deciſ. 47. num. 9.* limitatur etiam in Monacis, & clericis regularibus, qui nequeunt iudicare vti arbitri, vel arbitratores, *Reg. Rouit. in rub. de arbitr.* item in Iudice ordinario DD. *in l. Iudex ſi, §. ſi quis, ff. de arbit. Pet. Cauedo in collect. iur. Cano. 127. num. 2. part. 2. Manſuer. in d. pract. ciuil. tit. de arbitr. num. 8.* verum nos ſeruamus contrarium, nimirum, quod Iudices ordinarij poſſunt eſſe arbitri, immò totum Sacrum Regium Conſilium, *prout de obſeruantia teſtatur Anna in ſingul. 114. vbi affert deciſiones.* verum requiritur licentia ſuperioris, *ad text. in l. ſi quis litigantium, in fine, C. de Epiſcop. aud.* & in hoc Regno ſic ſer-
26 uamus, maximè quod vigore Regiæ Pragmaticæ 9. §. *item ſtatuimus, tit. de offic. Iudic. de qua meminit Viuius deciſ. 144. num. 5. Viſcont. in eius concluſ. iur. ver. compromiſſum non poteſt fieri*, nullus officialis poteſt eſſe arbiter, arbitrator, vel amicabilis compoſitor, niſi præcedat licentia Proregis, vel ipſius Collateralis Conſilij, & tunc non recipient trigeſimam, vel aliquid aliud, *pragm. 2. § 13. de commiſſ. & pragm. 9. § 3. de offic. Iud.*

27 Sed huc ſcire pertinet, primo quot debeant eſſe Arbitri eligendi vigore dictæ Regiæ Pragmaticæ? & licet non determinetur ibi certus numerus, tamen, vt plurimum vnus eligitur pro vna parte, & alter pro altera, & in caſu diſcordiæ eligitur tertius, & ſic paſſim fuit intellecta, & practicata diſpoſitio d. Regiæ Pragmaticæ, verum ſi iſti duo
28 diſcordarent in eligendo tertium, Iudex ordinarius illos cogere poterit, quod tertium eligant, *Petr. Greg. Syntagm. iur. vniuerſ. lib. 47. cap. 39. ſub n. 17. Franc. Marcus in d. deciſ. 463. nu. 2. vol. 1* & ſi neglexerint exequi ordinem Iudicis ipſe eligere poterit, *arg. l. item ſi vnus §. fin. ff. de arbitr. Petr. Rebuff. ad Gall. Conſt. tit. de arb. art. 1. gloſſ. 2. num. 7.*
29 *in fine.* Sed quid dicendum ſi iſte tertius diſſentiat in votando ab vtroque? ex quo fit electio ex neceſſitate ſtatuti, ſicut Iudicis eius opinio attenditur, & cum ea votare debent alij duo, *vt ex multis probat Angel. in conſ. 152. Mar. Socc. Sen. conſil. 54. col. 1. vol. 1. cum alijs allegatis per Gabriel. in comm. concluſ. lib. 2. tit. de arbitr. concl. 1. n. 2.*

30 Cæterum an iſti arbitri, poſſint allegari ſuſpecti ſicut Iudices? *text. in l. non diſtinguemus, §. cum quidam, ff. de arbitr.* determinat quod ſic, *Bero. conſil. 16 num. 29. vol. 3. Maſtrill. deciſ. 91. nu. 7. qui ſic deciſum teſtatur.* Sed non ſic de tertio eſt dicendum, *ſecundum Annam alleg. 22. quamuis teneat contrarium Borr. in d. ſum. deciſ. ſub num. 398.*

31 QVò ad ſextum, ex diſpoſitione d. Regiæ Pragmaticæ omnes cauſæ ciuiles, & mixtæ ſunt compromictendæ, vt ibi dicitur, & mixtæ vocitantur illæ, in quibus Fiſcus, & Pars participant de pœna, *vt ex Alex. conſ. 82. in fine vol. 1. & ex alijs concludit Borrell. in d. tract. de compromiſſ. §. 2. gloſ. num. 63.* vnde ſequitur, quod de cauſis criminalibus non poſſit peti compromiſſum, vigore d. pragmaticæ, immò nec de cauſa, quæ incaleſcit ſpolij ex interdicto vnde vi, *ſecundũ Afſli. in dec. 84. & ibi Vrſill.* fallit ſi ageretur ciuiliter, *Afflict. ibidem n. 2. Ioannes Baptiſta Coſta, in tract. de arbitr. lib. 3. quæſt. 11. num. 1. Bertazol. in conſil. criminal. 469. num. 14. vol. 2. Petr. Gregor. Syntagm. iur. d. lib. 47. cap. 39. num. 12. Manſuer. de ar-*
32 *bitr. num. 11.* Cæterum omnes aliæ cauſæ exceptuatæ in dict. pragmat. non compromictuntur, videlicet vbi eſſent inſtrumenta, ſententiæ, obligationes li-
33 quidæ, & tandem feudales. Sed circa hæc aliqua diſſeramus, & primo quoad *Inſtrumenta* intellige modo ſint liquida, alias ſecus, *vt per DD. ibidem*, & ampliatur etiam quod dicta inſtrumenta non producantur in forma probante, ſed ſolum copiæ reaſſumptæ à protocollo facto à notario infra dietam à Ciuitate Neapol. *vt deciſum refert Minad. deciſ. 11.* Verum ſi habens inſtrumẽtũ liquidum, & eo noluit vti contra

prin-

principalem, ſed cōtra tertium, ſimiliter coniunctum vigore hypothecæ, tunc etiam eſſet cauſa compromittenda, & erit caſus non comprehenſus in dicta exceptione, ſicut deciſum fuit in Sacro Conſilio in cauſa Franciſcij, & Anelli Pandolfi, de qua deciſione à me allegata in 1. editione huius praxis meminit deinde *Thor. in compend. deciſ. ver. compromiſſum, tom. 2.* Sed quid dicendum de teſtamento? omnes concludunt, quod non eſt compromittenda cauſa, quæ de eo tractatur, ex quo de per ſe non probat, abſque probatione extrinſeca, *Dec. conſ. 39. & 44.*

34 Secundo, quò ad ſententias, intellige, niſi partes declarauerint eſſe nullas vel conſtet euidenter de nullitate, *Marcus deciſ. Delph. 466. Bald. in l. data opera, col. ante penult. Cod. qui accuſare poſſ.*

35 Tertio reſpectu cauſarum feudalium, intellige hoc procedere, quia de iure Regni per conſtit. *Conſtitutionem, Diuæ memoriæ*, cauſæ feudales non poſſunt compromicti abſque aſſenſu, vnde ſi ageretur de aliquo facto circa rem feudalem, tunc non requirerentur aſſenſus & eſſet cauſa compromictēda, *Andr. in conſtit. R. Comitib. & ibi Ant. de Alex.* hinc ſi ageretur de iudicio poſſeſſorio, quod eſt quid facti, poterit compmitti, *Troyſ. in d. prag. odia litiū, n. 130.* ſic de taxatione vitæ militiæ tantū, non autem ſi debetur vel non, & ſic in dies ſeruamus in S.C. *Afflict. deciſ. 43. Minad. in Conſti. Regni, in aliquib. ver. filiorum, num. 13. & in deciſ. 3. Reg. Rouitus, vbi ſupra in pragm. 5. de arbitr. & Borrel. in d. titul. deciſ. num. 175. cum alijs allegatis per Conſ.* Capic. Latro. *deciſ. 33. n. 10.* inſuper alia vrget ratio quare cauſæ feudales non ſunt compromictendæ videlicet, quia de eis agitur de intereſſe fiſci propter dominium directum, quod retinetur à domino, ex quo multa oriuntur iura, de quibus diximus *in 4. parte noſtra meth. feud.* ideò, quando eſſent cauſæ, ex quibus aliquo modo fieret præiudicium fiſco, Regia Camera erit Iudex competens, alias poterit eſſe etiam Sacr. Conſ. puta, ſi ageretur de poſſeſſorio ſummarijſſimo, & ſic practicamus indifferenter, & deciſum refert iunctis aulis *in cauſa caſtri Luſeti, Conſ. de Giorgio in repetit. feud. cap. 49. num. 8. & 9. & in cauſa ſucceſſionis Principis* Conchæ, *Reg. Capicius Latro in dicta deciſ. 33. num. 14.*

36 Illud tamen non eſt hic omictendū, videlicet ſi dubitatur an cauſa ſit, vel nè comprehenſa in dictis exceptionibus, tunc hoc incidens non eſſet compromictendum, *ſecundum Bar. in l. ſi quis in conſcribendo, prima lectura num. 5. ver. quod eſt vtile ſcire, Cod. de pactis, qui gloriatur nunquam ad hoc illam legem fuiſſe allegatam.* verum opinio *Bart.* procedit quando dictus articulus conſiſteret in merò puncto iuris, ſecus in facto, *vt exemplificat, & declarat* Capyc. *deciſ. 7. col. 1. verſ. & quidem.*

37 Qvò ad ſeptimum, non eſt dubiū, à laudo horum Arbitrorum poſſe appellari, vt expreſsè dicitur in dict. pragm. & cum tempus ibi non ſtatuatur erit ſecundum ius commune 30. annorum, *ex traditis per Tho. in ſumma deciſ. ver. recurſus à laudo to. 1.* & non inuenitur cautela, qua poſſit renuntiari huic appellationi, ſeu (vt proprio vtar vocabulo) reductioni ad arbitrium boni viri, quæ ſpecies appellationis eſt, *l. non diſtinguemus, §. cum quidam ff. de arbitris,*) quando adeſt iniquitas magna, *vt dicit* Dec *conſ. 39. nu. 6 col. 3. propè finem. Peregr. in conſ. 74. nu. 2. vol. 3. Riminald. Iun. conſil. 106. num. 8. vol. 1. & latè per Grabriel in com. concluſ. titul. de arbitris concluſ. 3. per totum, Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 23. nu. 1. col. 1. lib. 2. Gayll. obſeru. 150. num. 8. lib. 1.* Immò data enormiſſima læſione, non obſtante iuramento in compromiſſo appoſito, poterit appellari, & eſt communis opinio DD. de qua teſtatur *Vital. de clauſ. 32. pag. 413. Paſcal. de virib. patria poteſt. cap. 8. p. 1. num. 38. & ſeq. & latè congerit ad hoc DD. Borrell. in ſum. deciſ. titul. de iuramento 90. num. 280. to. 1* & læſio in iſto caſu remittitur arbitrio

Iudi-

Digitized by Google

Iudicis, *ſecundum Menoch. de arbitr. Iud. caſu* 73. *cent.* 1. *lib.* 2. *Ladouic. in deciſ. La-*
39 *cenſ.* 27. *Dec. conſ.* 39. *num.* 7. *Verum Regens Rauitus in pragm.* 1. *num.* 6. *cum plurib. ſequent.* concludit quod ſi eſt data facultas arbitrandi, ſecundum liberam voluntatem non poterit prohiberi appellatio, ſed committitur tunc pena forſitan appoſita. Sic dicendum ſi eſſet dictum quod Arbiter poſſit lædere vnã ex Partibus in totũ, vel in partẽ, *ad tradita per Socc. in conſ.* 220. *in ſecunda difficultate vol.* 2. *& latè per citat. DD.* Aduerte tamẽ, antequã vlterius pgrediamur, quod appellatio debet fieri ad Iudicẽ ordinariũ loci vbi latum eſt laudũ, *vt dicitur in d. pragm.* verum ſi arbitrorũ vnus eſſet clericus, & alter laicus, ad Superiorem clerici eſt appellandum, *Bald. in l. præcipimus, C. de appellat. Arnol. ſingul.* 83. *Anchar. conſ.* 309. *Cotta in memorabil. ver. compromiſſum, mihi fol.* 312. niſi partes expreſsè tunc conuenerit, quod in caſu appellationis Iudex ſit ordinarius laici, prout paſſim fieri ſolet. & ſi cauſa fuerit cõpromiſſa in vnũ ex Regijs Conſilijs S. C. tunc in caſu
40 grauaminis ſeruabitur ordo ipſius S. C. & partes adeundo Spectab. Preſidem obtinebunt cauſæ commiſſionem, & ſic obſeruamus, *et authoritates allegat Borrell. in d. ſum. deciſ. titit. de arbitr. num.* 188. at ſi erit compromiſſa in totum Sacr. Conſ. tunc laudum, inſtar ſententiæ S. C. erit prius exequutioni demandandum, & deinde appellatio admittenda, *Grammat. deciſ.* 9.

41 Cæterum indifferenter concludimus, quod à ſententia Iudicis ordinarij confirmantis, vel reuocantis laudũ, appellari poſſit, *vt latè poſt Alexan. in conſil.* 106. *num.* 6. *col.* 3. *probat Muſcatell. in eius praxi; gloſ. ſententiam num.* 87. *Paſcal. de viribus patriæ poteſt. vbi ſupra num.* 46. *Beuint. in deciſ. Roman.* 15. vbi docet modum formandi huiuſmodi appellationem verum, attenta diſpotione *dictæ Pragmaticæ primæ*, non auditur appellans, niſi prius facta reali exequutione præſtita per Victorem cautione de reſtituendo in caſu retractationis, *Aſflict. meminit in conſtit. appell. tempora, num.* 47. *& Capyc. deciſ.* 53. *num.* 4. & aduertè, quod ſi laudum cõtineret plura capita etiam ſeparata, & diuerſa non poteſt vnum acceptari, & ab alio appellari, quia cũ dependeat à voluntate indiuidua partium, quæ videntur tranſigere, nam tranſactioni æquiparatur, vt concludit *Preſ. de Franch. deciſ.* 172. *num.* 4. *cum ſequent.* verùm quando ſunt penitus ſeparata, & vnum non habet connexitatem cum alio, non erit tuta opinio *Preſ. ex deductis per Cancer. var. reſol. cap.* 17. *lib.* 3. *num.* 80. *cum ſequenter*, qui, refutatis rationibus adductis *per Preſ.* ſic ſeruatum in nonnullis tribunalibus refert, & ad hãc obſeruãtiã in facti contingẽtia in diſcuſſione articuli S. C. licet deinde nõ fuit deciſum, inclinaſſe teſtatur. *Staiua. d. c.* 57. *à n.* 28. *vſq. ad* 36. cæterum, licet per appellationem pro obſeruantia d. Reg. Prag. non impediatur executio laudi tamen im-
42 pediretur ſi fuerit dictum, & doctum de nullitate, quia iſtud remedium non intelligitur excluſum à d. pragm. *ſecundum Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſump.* 48. *num.* 24. *Vin. deciſ.* 220. & hoc tanto magis procedit ſi nullitas eſſet, ex quo
43 fuit latum vltra contenta in compromiſſo, *vt benè per Regen. Velanz. in d. conſ.* 11. nec obſtabit pactum forſitan appoſitum in compromiſſo, quia nullitas euidens adhuc, ipſo non obſtante, poterit opponi, *Minad. dec.* 15. *Anna ſingul.* 199. nam nulliter latum, non dicitur laudum, *l.* 2. *ff. de pœnis*, & ſic paſſim ſer-
44 uatur in S. C. alijſque Regijs Tribunalibus, modo agatur de nullitatibus cõcernentibus iuſtitiam, nam ſi reſpicerent ordinem, ſtantibus clauſulis ampliſſimis in compromiſſo hodie apponi ſolitis, de eis nõ habebitur ratio, *ad quod conferunt adducta per Baptiſtam de Sancto Blaſio in tractat. de arbitris quæſt.* 70. *concluſ.* 5. *quem ſequitur Io. Lopez de Palat. Rubios in repet. cap. per veſtras notab.* 6. *§.* 12. *num.* 3. *de donat. inter virum,*

&

Digitized by Google

*& vxorem*.& de nonnullis alijs nullitatibus huiuſmodi laudi, late tractat nouiſſimè *Paul. Staiuan. Iunior d. c.57. vbi refert deciſionem* S.*Conſ*.& ibi vide, quia doctè ſcripſit.

45 Sed tandē hic nota, quod ſi eſſet ſuſpectus arbitrer, vel arbitrator poterit recuſari *in deciſione* ad *tex.in l.licet cum, gloſ.ff.de receptis arbitris*,& non erit ſeruanda ſeries diſpoſitionis pragmaticarum, quæ proptiè loquntur de iudicibus, ſecundum *ll*.communes, vt aduertit *Regens Galiota in cap.49.num.11.lib.1.controuerſ*.& ibi per totum, de cauſis ſuſpectionum differit, de cuius materia lubnectimus immediate ſequens capitulum,& proprie ſub *nu*.8.

## De Suſpictione Iudicis,& qualiter recuſetur in Regno.

### Cap. IV.

*SVMMARIVM.*

1 *PEriculoſum eſt ſub Iudice litigare ſuſpecto.*

2 *Cauſæ ſuſpictionum ſunt benè conſiderandæ antequam proponantur, & quare.*

3 *Iudex ne dum ordinarius, & delegatus, ſed quilibet Commiſſarius, & Doctor de Collegio poteſt recuſari, vt ſuſpectus.*

4 *Suſpictio generalis de toto Collegio, vel Doctoribus Ciuitatis an admittatur.*

5 *Suſpictio particularium Ciuitatis, Collegij, & ſimil. quando extendatur ad omnes de cætu, n.6.*

7 *Prorex, vel Baro, & ſimil. ſuſpecti an ſic erunt omnes eius officiales.*

9 *Barone ſuſpecto, an ſic intelligantur eius officiales, & quid tunc obſeruandum in praxi.*

9 *Cauſa ſuſpictionis ex quibus Iudex eſſet ſemel declaratus ſuſpectus, ſi ceſſauerit adhuc erit ſufficiens ſi caſus iterum acciderit.*

10 *Recuſationis Iudex quis eſt ſi recuſatur Conſiliarius S. C. vel officialis Baronis.*

11 *Iudex, pendente ſuſpictionis cauſa an valeat procedere in cauſa principali.*

12 *Acta facta coram Iudice, pendente cauſa ſuſpictionis, quando valeant, et quid poſt declaratum ſuſpectum. n.51.*

13 *Iudex recuſatus ex cauſa, etiam illa ceſſante, non poterit amplius procedere.*

14 *Tempus quod ſtatuatur in Regno ad recuſandum Iudicem, & quid ſi cauſæ ſuperueniant pendente recuſatione, n.15.*

16 *Terminus ad probandas ſuſpictiones quando datur, & quot dierum, & à quo dies currat.*

17 *Suſpictiones ad recuſandum Iudicem qua forma ſint proponendæ in Regno?*

18 *Depoſitum pro pæna ſi ſuſpictiones non militarent cuius quantitatis eſſe debeat? recenſentur pluures caſus, & quando non requiratur, nu.19.*

20 *Suſpicionum capita non recipiantur, nec diſcutiuntur, niſi præcedat decretũ eſſe admittenda.*

21 *Pæna quæ ſit ſi capita ſuſpictionum non admittantur.*

22 *Iudex recuſationis, quo tempore teneatur cauſam expedire, & quid ſi reperiatur infirmus die aſſignata.*

23 *Cauſæ ſuſpicionis qualiter probandæ*

24 *Iu-*

Digitized by Google

24 *Iudex an teneatur deponere vti principalis ſuper capitibus ſuſpicionũ.*

25 *Cauſæ ſuſpicionum quando non poſſunt probari ſine ſcandalo, quid obſeruandum in praxi.*

26 *Suſpiciouis cauſæ notoriæ nullius conſiderationis reijciuntur abſque aliqua ſollemnitate, & refertur praxis.*

27 *Cauſæ ſuſpicionum, quando ſunt notoriæ abſq. excuſſione, & depoſito ex eis recuſatur Iudex, & refertur obſeruantia.*

28 *Cauſa ſuſpicionis quando non ſunt expreſſe in Iure remittuntur arbitrio Iudicis.*

29 *Iudex ſemel allegatus ſuſpectus, an iterum ex alijs cauſis poſſit allegari.*

30 *Cauſæ omnes ſuſpicionis reducuntur ad duo principia* 53. amoris, vel odij.

31 *Conſanguinitas quando ſit cauſa recuſationis Iudicis, & qualiter probanda, n. 29.*

32 *Conſanguinitas ſpiritualis an ſit cauſa recuſationis.*

33 *Affinitas quando ſit cauſa recuſationis, & quid in ſecundo genere affinitatis, referuntur plures deciſiones S. C. n. 32.*

34 *Cauſa ſuſpicionis eſt ſi ageretur de intereſſe proprio.*

35 *Iudex ſuſpectus ex cauſa propria, rit etiam talis in delegando.*

36 *Intereſſe quando faciat cauſam propriam, ex qua Iudex poſſit recuſari declaratur exemplis.*

37 *Aduocatus effectus Iudex, quando cenſeatur ſuſpectus.*

38 *Iudex qui in vno articulo iuris ſcripſit, an ſit ſupectus ſi idem coram ipſo veniat diſcutiendus.*

39 *Suſpicionis cauſa, quæ militat in agente nomine alieno; an officiat principali, & quid in locumtenente.*

40 *Iudicis motiua ſuper meritis cauſæ quando ſunt permiſſa, & non inducant ſuſpictionem.*

41 *Inimicitia quando ſit cauſa, ſuſpicionis.*

43 *Suſpicio ex eo, quod quis eſt patrocinatus in vna cauſa, quando militer.*

44 *Suſpicionis cauſa qualiter conſideretur reſpectu nimiæ familiaritatis.*

45 *Suſpicionis cauſa eſt voti propalatio.*

46 *Suſpectus ex cauſa inimicitiæ erit etiam talis in delegando.*

47 *Inimicitia quando ſe extendat ad alios de familia, & agnatione.*

48 *Appellationum admictatur à decreto, quo Iudex declaratur ſuſpectus, nec aliud remedium, ſuſpenſiuum exequutionis.*

50 *Inimicitiæ cauſæ quomodo probetur in materia recuſationis iudicis.*

51 *Decreto quo Iudex recuſatur, an partes valeant renunciare, & iterum procedere coram eodem, n. 52.*

POſtquã de Iudice hucuſq. diſſeruimus, ſequitur de eius ſuſpicione immediate diſſerendum, cum periculoſum ſit ſub Iudice litigare ſuſpecto, *l. apertiſſimi*, C. *de iudicijs*. triſtiſſimi enim ſequuntur euētus ex hoc, quos edocet *Crauett. conſ.* 132. *num.* 25. *Pariſ. conſ.* 31. *n.* 89. *vol.* 1. adeo quod, non ſolum humani, ſed etiam diuini iuris ratio ſuggerit, ne lis à ſuſpecto Iudice definiatur, *Cap. quod ſuſpecti*, 3. *quæſt.* 5. *Lucas de Penna in l. facultas, num.* 10. & 12. *C. de iure Fiſci, lib.* 10. *Menoch. de arbit. iudicum, caſu* 152. *in princip. lib.* 2.

 ideo

ideo dicitur exceptio, quæ nec ſtatuto tolli poteſt, *Schrad. de feud. tom. 2. p. 10. ſect. 3. num. 9.* huic eſt, quod ſtatim atq. eſt allegatus ſuſpectus Iudex, & propoſitis nullitatibus, iuxta ſollenitatem requiſitam à regijs ſanctionibus, eius partes quieſcunt in procedendo, *gloſſa in l. apertiſſimi, ver. executor, C. de iudicijs*, & ſi procederet augeret cauſas allegatas circa eius ſuſpectionem, *Maſtril. deciſ. 151. num. 64.* Imò eſſet noua cauſa ſuſpictionis, quamuis allegatæ non militarent *Regens Rouit. Pragmat. 1. num. 42. tit. de ſuſpict. offic. quem ſequitur* Doctiſſ. *Regens Sanfel. deciſ. 85. num. 4. lib. 1.* & licet.

11 Nec Princeps poterit committere cauſam hoc remedio recuſationis remoto, vt aduertit *Hippolyt. ſingul. 292. incip. voluit eſt tamen graue, & periculoſum*. ideo facilius quam teſtis recuſatur, *gloſſ. in cap. cum R. Canonicus, de officio delegat. Anna ſing. 8.* Sed hodiè non procedit iſta poſitio propter ſtrictas pragmaticarum ſanctiones, vt
2 infra, vnde debent Partes prius benè, & accuratè excogitare, & perpendere, ſi habent cauſas ſubſiſtentes, & illas probare poterint, ne fortè victus magis exinde acerbum Iudicem habeat, *Caualc. de Bracchio Regio part. 3. nu. 311. Giurba deciſ. 54. nu. 1. & deciſ. 48. nu. 3.* ideo benè eſt attendenda iſta materia recuſationis, de qua licet multi II. interpretes abundè ſcripſerint, *& ſignãter ſpeculat. in titulo de recuſat. Lanfranc. in tract. de recuſat. Aufr. & cæteri, quos refert Couar. pract. quæſt. cap. 26. Iacob. de Laurentijs in amplo tractatu de ſuſpictione Iudic. nouiſſimè Regens Tappia in Ius Regni, & Regens Rouit. in comment. ad prag. hoc etiam titulo Intrigl. ſiculus in ſing. 80. lib. 3.* vbi multa ad hanc materiam congerit. Ipſe vero breuiter aliqua hoc ordine tangam.

*Primò, Qui Iudices poſsint allegari ſuſpecti.*

*Secundò, Coram quibus.*

*Tertiò, Quæ ſint requiſita circa ordinem, vt ritè recuſetur iudex in* Regno.

*Quartò, Quæ ſint cauſæ ſuſpicionis, quibus poſsit recuſari iudex.*

*Quintò, à decreto, quo Iudex declaratur ſuſpectus, an poſsit appellari, vel alio remedio impediri exequutio.*

3 QVòad primũ omnis Iudex, aut ordinarius aut delegatus ſit, poterit allegari ſuſpectus, *d. l. apertiſſimi, et l. fin. C. de iudic. Auillalob. comm. opin. verſ. ſuſpictionis cauſam nu. 161.* immò etiam is, qui quouis modo ad aliquid præiudiciale peragendũ deſtinatus ſit, *Gaill. de obſeru. 35. lib. 1. num. 3. Miſing. obſer. 52. in princ. col. 2. Decianus, reſponſ. 26. num. 5. & ſequent. vol. 1. vbi loquitur de regimine, ſequitur Andr.* Knichen. *in comment. de Sax. non prouoc. iur. cap. 2. num. 8.* & de Doctoribus Almi Collegij Neapolitani, *teſtatur Regens Rouit. in d. prag. 1. num. 68. de ſuſpict. official.* & intellige, vt omnes poſſint recuſari, vt ſuſpecti, *vt tenet* Decius *quem multi ſequuntur, in cap. 1. nu. 15. de iudicijs.* ſic etiam dicendũ de Conſilio, & Synodo, *Pariſ. conſ. 31. vol. 1. & latè Roland. conſ. 19. vol. 3.* & ſic de Doctoribus alicuius Ciuitatis, *vt probat Albert. in tract. de ſtatut. p. 2. quæſt. 109. Gratian. reſponſo, 134. vol. 2. Boer. deciſ. 269.* verum aduertè quod in
4 praxi non attenditur ſuſpicio nimis generalis, vaga, & indefinita, puta, ſi fieret de toto collegio, prout à magnis viris audiuiſſe obtentum teſtatur *Aegid. in tract. vtrum Conſiliarij, vel Aſſeſſores recuſentur. Alber. vbi ſupra*, ſic de toto Concilio, & Senatu, quia debent ſinguli, & reſpectu ſingulorum allegari cauſæ, & ſic procedit communis opinio, & obſeruantia S.C. relata per Viuium, *in opin. comm. 867. n. 2.* & ſic etiam reſpectu Doctorum de Ciuitate, vt non
5 valeat generalis, & ſic obſeruari, *teſtatur Anna ſing. 276.* aduerte tamen quod tunc demum in conſequentiam eſſent ſuſpecti omnes de Collegio, Conſilio, Ciuitate, & ſimil. quando allegarentur ſuſ-

Digitized by Google

ſuſpecti,& ex iuſta ſuſpicione recuſarentur principaliores, & capita ipſorũ *vt poſt Bald.in l.1.col.2.verſ.nota quod ſi caput,C.ſi* Rect. *Prouinc. de communi teſtatur Grat. d. conſ.*134. *per totum vol.*2. *Azeued.tit.de las recuſat.num.*16. *Caualc. de Graccb.reg.p.*3.*num.*315. *Marta voto*, 142.verum iſta concluſio in praxi non tranſit ſic generaliter, nam declaratur
6 procedere quoties caput eſſet tale, cui alij inferiores eſſent quodammodo ſubiecti,& proinde non auderent contradicere, vel ſine eo conſilium non ſubſiſteret, nam tunc certè quòd, ſuſpecto capite, cæteri erunt tales, *vt explicat Marius Giurba in deciſ.Sic.*27. *& latè Capiblanc.de Baron.lib.*1 *ſub pragm.* 3.*num.*165. *vbi de prædictis*, & adducunt exemplum in Prorege ſuſpecto,vt
7 omnes Regij Officiales, & tribunalia ſuſpecta cenſeantur,*vt ibi num.*9.*verſ. ideo ſuſpecto Prorege allegat nonnullos, ſed latè Reg. Rouit.in d.pragm.*1. *num.*8. *verſ.an autem Prorex,& nouiſſimè Doctiſ. Regens Sanfelic. in deciſ.* 84. *lib.*7. *vbi multas adhoc literas regias, & obſeruantias affert*, ſed quid dicendum in Præſide S. C. an ipſo ſuſpecto etiam Regij Conſiliarij intelligãtur ſuſpecti? *Regens Rouit. vbi ſupra num.*7. dicit, quod non ſic obſeruatur, quia non militat eadem ratio ſicut militaret in Epiſcopo ſuſpecto,vt etiam talis intelligatur eius vicarius, ſecundum *Giur-*
8 *bam vbi ſupra num.*10.Sed quid dicendum de Barone ſuſpecto ex capite inimicitiæ contractæ cum Vaſſallo, qui porrexit capita grauaminum contra ipſum,an dicantur ſuſpecti eius officiales? certe quod non, quia ſunt termini diſpares, nam Baro, eo ipſo quod cõſtituit Capitaneum,& officiales pro iuſtitia adminiſtranda,videtur pęnitus circa hanc functionem perſona diſtincta,vt aduertit *Capiblanc.vbi ſupra*, qui diſputant hunc articulum; verum pro bono regimine, & aliquo reſpectu in hoc caſu remittitur cauſa ad eundẽ Baronem, dummodo eligat Iudicem in Ciuitate, & ſic ſeruamus in noſtris tribunalibus, teſte *Reg. Tapia in ius R. in Conſtit. Statuimus, num.*34. *ſub tit. de magiſt. iuſtit. lib.* 2. *reprobata opinione Frecc.*qui in hoc caſu,*tit.de different. inter feudum quate.& plan.& ſub.num.*31. *in fine dixit* ex ſtylo Iudicem eſſe eligendum per eundem S.C.& attenta dicta obſeruantia relata per *Reg. Tap. nouiſſime refert deciſum in fauorem Marchionis Murbonij,reuocato decreto M.C.refert* Reg.*Capic.*Latro, *deciſ.*90. ſed ne tanti viri deteſtetur authoritas, apud peritos Iudices obſeruatur opinio *Frecc.* quoties Baro erit negligens in eligendo,vel non ſine dolo vellet eligere perſonam eius adherentem, & ſic in dies expediuntur,prouiſiones.

9 Cæterum hic aduerte, quod ſi cauſæ ſuſpicionis fuiſſent aliquo tempore propoſitæ,ex quibus iudex eſſet declaratus ſuſpectus,maxime ob inimicitiã, & deinde ceſſauerit ob temporis mutationem,reconciliationem,aliudque accidens; tunc quia effectus dicitur conſumatus ſemper durat cauſa,& ſic in dies ſeruamus.*Præſ.de Franch. deciſ.* 719.*late per Thor.in eius comp.deciſ.*1.*p. verſ.officialis recuſatus,poſt* Reg.*Rou.in d.*1.*prima de ſuſpect.off.num.*45.*& nouiſſime teſtatur* Regens *Capyc. Latro dec.*81. *huc adſtipulatur doctrina Bald. in cap.ſuper,de off.deleg.*per quam determinatur quod ſemel cõtracta offenſio in iudice ſemper dicitur cauſa ſuſpicionis, iuſta exemplum relatum per *Reg. Sanfel. dec.*79.*lib.*1. Cæterũ an arbitri, vel arbitratores electi à partibus pro derimendis eorum controuerſijs poſſint allegari ſuſpecti,dixi ſupra titulo præcedenti, *addo Maſtrillum deciſ.Sicil.q.*1. *tom.*1.

10 QVòad ſecundum, Iudex debet recuſari coram Iudice Superiore, inſtar appellationis, cui æquiparatur, *Gayll. obſeruat.* 34. *num.*6. *lib.*1. *Cacher. deciſ.*84.*n.*10, & licet olim allegabatur ſuſpectus corã Eccleſiaſticis, hodie eſt receſſũ ab aula, immò expreſsè prohitum, *ex pragm.*3. *eodem titul.* verum ſi allegaretur ſuſpectus Regius Conſilia-

ideo dicitur exceptio, quæ nec ſtatuto tolli poteſt, *Schrad. de feud. tom. 2. p. 10. ſect. 3. num. 9.* huic eſt, quod ſtatim atq. eſt allegatus ſuſpectus Iudex, & propoſitis nullitatibus, iuxta ſollenitatem requiſitam à regijs ſanctionibus, eius partes quieſcunt in procedendo, *gloſſa in l. apertiſſimi, ver. executor, C. de iudicijs*, & ſi procederet augeret cauſas allegatas circa eius ſuſpectionem, *Maſtril. deciſ. 151. num. 64.* Imò eſſet noua cauſa ſuſpictionis, quamuis allegatæ non militarent *Regens Rouit. Pragmat. 1. num. 42. tit. de ſuſpict. offic. quem ſequitur* Doctiſſ. *Regens Sanfel. deciſ. 85. num. 4. lib. 1.* & licet.

1 Nec Princeps poterit commictere cauſam hoc remedio recuſationis remoto, vt aduertit *Hippolyt. ſingul. 292. incip. voluit eſt tamen graue, & periculoſum*. ideo facilius quam teſtis recuſatur, *gloſſ. in cap. cum R. Canonicus, de officio delegat. Anna ſing. 8.* Sed hodiè non procedit iſta poſitio propter ſtrictas pragmaticarum ſanctiones, vt
2 infra, vnde debent Partes prius benè, & accuratè excogitare, & perpendere, ſi habent cauſas ſubſiſtentes, & illas probare poterint, ne fortè victus magis exinde acerbum Iudicem habeat, *Caualc. de Bracchio Regio part. 3. nu. 311. Giurba deciſ. ſic 54. nu. 1. & deciſ. 48. nu. 3.* ideo benè eſt attendenda iſta materia recuſationis, de qua licet multi ll. interpretes abundè ſcripſerint, *& ſignãteer ſpeculat. in titulo de recuſat. Lanfranc. in tract. de recuſat. Aufr. & cæteri, quos refert Couar. pract. quæſt. cap. 26. Iacob. de Laurentijs in amplo tractatu de ſuſpictione Iudic. nouiſſimè Regens Tappia in Ius Regni, & Regens Rouit. in comment. ad prag. hoc etiam titulo Imrigl. ſiculus in ſing. 80. lib. 3.* vbi multa ad hanc materiam congerit. Ipſe vero breuiter aliqua hoc ordine tangam.

*Primò, Qui Iudices poſſint allegari ſuſpecti.*

*Secundò, Coram quibus.*

*Tertiò, Quæ ſint requiſita circa ordinem, vt ritè recuſetur iudex in* Regno.

*Quartò, Quæ ſint cauſæ ſuſpicionis, quibus poſſit recuſari iudex.*

*Quintò, à decreto, quo Iudex declaratur ſuſpectus, an poſſit appellari, vel alio remedio impediri exequutio.*

3 QVòad primũ omnis Iudex, aut ordinarius aut delegatus ſit, poterit allegari ſuſpectus, *d. l. apertiſſimi, et l. fin.* C. *de iudic. Auillalob. comm. opin. verſ. ſuſpictionis cauſam nu. 161.* immò etiam is, qui quouis modo ad aliquid præiudiciale peragendũ deſtinatus ſit, *Gaill. de obſeru. 35. lib. 1. num. 3. Miſing. obſer. 52. in princ. col. 2. Decianus, reſponſ. 26. num. 5. & ſequent. vol. 1. vbi loquitur de regimine, ſequitur Andr.* Knichen. *in comment. de Sax. non prouoc. iur. cap. 2. num. 8.* & de Doctoribus Almi Collegij Neapolitani, *teſtatur Regens Rouit. in d. prag. 1. num. 68. de ſuſpict. official.* & intellige, vt omnes poſſint recuſari, vt ſuſpecti, *vt tenet Decius quem multi ſequuntur, in cap. 1. nu. 15. de iudicijs.* ſic etiam dicendũ de Conſilio, & Synodo, *Pariſ. conſ. 31. vol. 1. & latè Roland. conſ. 19. vol. 3.* & ſic de Doctoribus alicuius Ciuitatis, *vt probat Albert. in tract. de ſtatut. p. 2. quæſt. 109. Gratian. reſponſo, 134. vol. 2. Boer. deciſ. 269.* verum aduertè quod in
4 praxi non attenditur ſuſpicio nimis generalis, vaga, & indefinita, puta, ſi fieret de toto collegio, proùt à magnis viris audiuiſſe obtentum teſtatur *Aegid. in tract. vtrum* Conſiliarij, *vel Aſſeſſores recuſentur. Alber. vbi ſupra*, ſic de toto Concilio, & Senatu, quia debent ſinguli, & reſpectu ſingulorum allegari cauſæ, & ſic procedit communis opinio, & obſeruantia S.C. relata per Viuium, *in opin. comm. 867. n. 2.* & ſic etiam reſpectu Doctorum de Ciuitate, vt non
5 valeat generalis, & ſic obſeruari, *teſtatur Anna ſing. 276.* aduerte tamen quod tunc demum in conſequentiam eſſent ſuſpecti omnes de Collegio, Conſilio, Ciuitate, & ſimil. quando allegarentur ſuſ-

Digitized by Google

ſuſpecti,& ex iuſta ſuſpicione recuſarentur principaliores, & capita ipſorũ *vt poſt Bald.in l.1.col.2.verſ.nota quod ſi caput,C.ſi* Rect. *Prouinc. de communi teſtatur Grat. d. conſ.*134. *per totum vol.*2. *Azeued.tit.de las recuſat.num.*16. *Caualc. de Gracch.reg.p.*3.*num.*315. *Marta voto*, 142.verum iſta concluſio in praxi non tranſit ſic generaliter, nam declaratur
6 procedere quoties caput eſſet tale, cui alij inferiores eſſent quodammodo ſubiecti,& proinde non auderent contradicere, vel ſine eo conſilium non ſubſiſteret, nam tunc certè quòd, ſuſpecto capite, cæteri erunt tales, *vt explicat Marius Giurba in deciſ.Sic.*27. *& latè* Capiblanc.*de Baron.lib.*1.*ſub pragm.* 3.*num.*165. *vbi de prædictis*, & adducunt exemplum in Prorege ſuſpecto,vt
7 omnes Regij Officiales, & tribunalia ſuſpecta cenſeantur,*vt ibi num.*9.*verſ. ideo ſuſpecto Prorege allegat nonnullos, ſed latè Reg. Rouit.in d.pragm.*1. *num.*8. *verſ.an autem Prorex,& nouiſſimè Doctiſ. Regens Sanfelic. in deciſ.* 84. *lib.*7. *vbi multas adhoc literas regias, & obſeruantias affert*, ſed quid dicendum in Præſide S. C. an ipſo ſuſpecto etiam Regij Conſiliarij intelligãtur ſuſpecti? *Regens Rouit. vbi ſupra num.*7. dicit, quod non ſic obſeruatur, quia non militat eadem ratio ſicut militaret in Epiſcopo ſuſpecto,vt etiam talis intelligatur eius vicarius, ſecundum *Giur-*
8 *bam vbi ſupra num.*10.Sed quid dicendum de Barone ſuſpecto ex capite inimicitiæ contractæ cum Vaſſallo, qui porrexit capita grauaminum contra ipſum,an dicantur ſuſpecti eius officiales? certe quod non, quia ſunt termini diſpares, nam Baro, eo ipſo quod cõſtituit Capitaneum,& officiales pro iuſtitia adminiſtranda,videtur penitus circa hanc functionem perſona diſtincta,*vt aduertit Capiblanc.vbi ſupra*,qui diſputant hunc articulum; verum pro bono regimine, & aliquo reſpectu in hoc caſu remittitur cauſa ad eundẽ Baronem, dummodo eligat Iudicem in Ciuitate, & ſic ſeruamus in noſtris tribunalibus, teſte *Reg. Tapia in ius* R. *in Conſtit. Statuimus, num.*34. *ſub tit.de magiſt. iuſtit. lib.* 2. *reprobata opinione Frecc.*qui in hoc caſu,*tit.de different. inter feudum quate.& plan.& ſub.num.*31. *in fine dixit* ex ſtylo Iudicem eſſe eligendum per eundem S.C.& attenta dicta obſeruantia relata per *Reg.* Tap. *nouiſſime refert deciſum in fauorem Marchionis Murtoni,reuocato decreto M.C.refert* Reg.*Capic.*Latro, *deciſ.*90. ſed ne tanti viri deteſtetur authoritas, apud peritos Iudices obſeruatur opinio *Frecc.* quoties Baro erit negligens in eligendo,vel non ſine dolo vellet eligere perſonam eius adherentem, & ſic in dies expediuntur,prouiſiones.

9 Cæterum hic aduerte, quod ſi cauſæ ſuſpicionis fuiſſent aliquo tempore propoſitæ,ex quibus iudex eſſet declaratus ſuſpectus,maxime ob inimicitiã, & deinde ceſſauerit ob temporis mutationem,reconciliationem,aliudque accidens; tunc quia effectus dicitur conſumatus ſemper durat cauſa,& ſic in dies ſeruamus.*Præſ.de Franch. deciſ.* 719.*late per Thor.in eius comp.deciſ.*1.*p. verſ.officialis recuſatus,poſt* Reg.Rou.*in d.*1.*prima de ſuſpect.off.num.*45.*& nouiſſime teſtatur* Regens Capyc. *Latro dec.*81. *huc adſtipulatur doctrina Bald. in cap.ſuper,de off.deleg.*per quam determinatur quod ſemel cõtracta offenſio in iudice ſemper dicitur cauſa ſuſpicionis, iuſta exemplum relatum per *Reg. Sanfel. dec.*79.*lib.*1. Cæterũ an arbitri, vel arbitratores electi à partibus pro derimendis eorum controuerſijs poſſint allegari ſuſpecti,dixi ſupra titulo præcedenti, *addo Maſtrillum deciſ.Sicil.q.*1. *tom.*1.

10 QVòad ſecundum, Iudex debet recuſari coram Iudice Superiore, inſtar appellationis, cui æquiparatur, *Gayll. obſeruat.* 34. *num.*6. *lib.*1. *Cacher. deciſ.*84.*n.*10, & licet olim allegabatur ſuſpectus corã Eccleſiaſticis, hodie eſt receſſũ ab aula, immò expreſsè prohibitum, *ex pragm.*3. *eodem titul.* verum ſi allegaretur ſuſpectus Regius Conſilia-

rius, reliqui alterius aulæ poterunt procedere, modo nō ſint pauciores tribus, & vni ipſorum commictitur à Præſide, qui referat, *iuxta diſpoſitionem pragmat.* 1 *eod. titul.* in Terris verò baronalibus, quando Iudex erit ſuſpectus, adeundus eſt idem Baro, *vt dicit Reg.* R*ouitus in pragm.* 2. *et* 3 *eodem titul.* qui poterit ipſemet cognoſcere de cauſa ſuſpicionis, & ſi ſuſpectum illum declarauerit, poterit cauſam alteri commictere, *idem* Reg. R*ouit. in pragm. quarula, titul. vbi de delict. quis conuen. deb. num.* 9. *& ſeq.* & ſi Baronia eſſet penes plures, quorum vnus nequiret iudicare pro vaſſallo ex aliqua ſubſiſtenti cauſa, tunc ab altero condomino poterit hoc decerni, R*olānd. à Valle conſ.* 16. *nu.* 2. *Natt. conſ.* 87. *lib.* 1. & ſubſtinetur ex quodam iure accreſcendi, *vt aſſerit* Reg. R*ouit. in comment. ad pragm.* 1. *tit. de abuſ. in ſcrib. ſublat.*

11 Illud tamen non eſt omictendum, quòd Iudex, cui committitur cauſa ſuſpicionis, pendente iudicio recuſationis, poterit in cauſa principali procedere ad omnia acta incumbentia, vſque ad ſententiam excluſiuè, & erūt valida, quamuis declaratum fuerit ſuſpicionem militare, *vt in pragm.* 9. §. 1.

12 *eod. titul.* ſecus vero ſi procederet Iudex recuſatus, quia tunc vigeret opinio, *Bart. in l. qui poterat, ad Trebell.* atteſtantis, omnia acta facta coram Iudice, formiter allegato ſuſpecto, eſſe ipſo iure nulla, cuius opinionem vti veriorem ſequutus eſt *Dec. conſ.* 175. *verſ. Sed tamen prædictis. Vant. de nullit. ex defectu iuriſdict. num.* 140. *Gabr. com. concluſ. tit. de Iud. conclu.* 5. *cum alijs ſupra adductis ſub num.* 1. in Regno tamen praxis ſeruat quòd requiratur ad ipſa inualidanda, remedium appellationis, *Min ad. conſ.* 27. *nu.* 6. *Reg. de Ponte, conſ.* 99. *nu.* 6. *vol.* 1. & propriè actorum inualiditas ſumit robur à tempore, quo fit decretum, ſuſpiciones obſtare, & proinde Iudicem allegatum ſuſpectum debere abſtinere, *ſecundum* C*arauitam in ritu* 526. *num.* 50. *verſic. ex quo ſequitur.* In-

13 ſuper hic aduerte, quod ſi cauſa, ex qua Iudex recuſatur ceſſaret, non per hoc ceſſabit ſuſpicio, & proinde cum ſemel produxerit effectū recuſationis, ob quam, cauſa eſt pęnitus abdicata à primo, non eſt amplius procedendum coram eo, cui eſt cōmiſſa, ſed eius ſucceſſore, *iuxta deciſionem S. C. relatam per Praſ. de Franch.* 719. *cum alijs allegatis per* T*hor. in* C*ompend. deciſ. to.* 2. *ver. ſuſpicio Iudicis ob aliquam cauſam.*

14 QVòad tertium licet de iure communi multa ſint requiſita ad recuſādum formiter Iudicem, quæ docet *Auendan. de exequ. mand. p.* 2. *cap.* 23. *poſt num.* 7. tamen de iure Regni *ad quatuor* potiſſimum reducuntur reſpectu ordinis. Primum eſt circa *tempus*, nam ſtatutum eſt infra 40. dies, & non vltra poſſe Iudicem allegari ſuſpectum, numerandos à die, quo eſt notificata prima petitio principali, vel vltima die, quo eſt elapſus terminus, conceſſus procuratori ad denunciandum ſi forſitan reperiatur abſens: & reſpectu Iudicum, qui fortè in aula, in qua determinatur cauſa ſuſpictionis ſuperuenerint, à die captæ poſſeſſionis, *vt diſponitur in pragm.* 11. *cap. incip. che le parti*, & ex hac diſpoſitione eſt limitatum tempus conceſſum vſque ad concluſionē cauſę principalis, vigore alterius pragmaticæ: vnde remanſit ſolum illibata iſta Pragmatica, vt poſt lapſum dictum tempus nullus poſſit audiri ad proponendas nullitates, quouis modo, etiam per viam reſtitutionis in integrū, licet ſit iuratum de illis non fuiſſe habitam notitiam, *& eſt repetitum in eadem Pragmatica* 11. *cap.* 9. *incip. & elaſſi.* qua diſpoſitione actenta, hodie non ſeruatur deciſio S. C. relata à Præſide 431. *vt aduertit* Reg. R*ouit. d. Pragmat.* 7. *num.* 1. *latè per* T*hor. in Compend. deciſ. ver. reſtitutio in integrum, tom.* 1. Reg. T*apia in Ius* Reg. *cap. prolixitatem, eod. tit. de ſuſ-*

15 *pictione offic.* hoc tamen limitatur quoties proponerentur cauſæ ſuperuenientæ, nam iſte caſus non eſt comprehenſus in dicta Pragmatica, & proinde remanſit

ſit ſub diſputatione *l. communis*, & ſic poterunt proponi, *ad tradita per Couar. pract. quaeſt. cap. 26. verſ. ſic, & poſt conclusum, Gayll. obſeruat. 33. lib. 1.* Cæterũ
16 à die quo ſunt propoſitæ datur terminus, & currit inſtantia in hac cauſa ſuſpictionis, quæ eſt quindecim dierũ, decurrendorum de momento ad momentum, *vt dicitur in pragmat. 9. verb. vegliamo ancora, col. 1. quæ eſt confirmata per pragmat. 10. per totum* hodie tamen *per dictam pragmat. 11, cap. 22. incip. ordinamo di più*, iſte terminus eſt protelatus, & conceduntur 30. dies, infra quos poterit pars recuſans docere de ſuſpicionibus, & ipsis, erit præcluſa via, etiã per remedium reſtitutionis in integrũ, nisi ageretur de ſuſpicionibus ſuperuentis, *vt ſupra diximus.* nam quando tales ſunt, vigore ipſarũ poterit Iudex in cauſa appellationis, reclamationis, & reſtitutionis in integrum recuſari, quod alias eſſet prohibitum, *vt diſponitur in ead. pragm. 11. cap. 7. vi ordinamo di più, &c.*
17 Secundum requiſitum eſt circa *modum*, nam ſuſpiciones debent allegari in ſcriptis, & explicari in quãtum poſſunt modeſtis verbis, nam si continerent turpitudinem deberent emendari, & reformari, immò puniretur sic allegans, *vt in dicta pragm. 11. cap. 10. col. 4. incip. volemo, che tutte.* inſuper debent ſubſcribi ab Aduocato, qui cauſam principalem patrocinatur, & vnico contextu debet præſentari depoſitum si ageretur de ſuſpictione alicuius Regentis Cancellariam, Præsidis Sa-
18 cri Conſilij, Conſiliarij eiuſdem, siue Locumtenentis, aut Præsidis Regiæ Cameræ, & recuſatio eſſet propoſita ante dationem termini in cauſa principali, erit ducatorum 60. si verò poſt ducat. 200. modo cauſa, attenta petitione actoris, importet ſummam ducatorum 500. alias in dubio, erit in arbitrio Iudicis hoc determinare, *d. prag. 11. cap. 2. incip. & perche per experienza.* in cæteris vero iudicibus M. C. Auditoribus Regiarum Prouinciarum, & alijs officialibus Regijs eſt ducat. 30. & 100. reſpectiuè, *iuxta diſpoſitionem alterius pragmaticæ prius edita tempore Comitis Mirandæ, quæ eſt 9. in ordine*: nam in his remanſit illibata, *vt dicitur in eadem pragm. 11. cap. 21. incip. quale alteratione*. verum ſi capita ſuſpicionum præſententur à principalibus, depoſitum debet eſſe duplicatum, *vt in cap. ſequent. d. prag. incip. oltre di ciò.* ſed iſtud
19 depoſitum non debet fieri, quando allegatur ſuſpectus Regius Conſil. vti Conſultor Reuerendæ Fabricæ, quia in iſto caſu non procedit diſpoſitio *Reg. pragmat.* quia fungitur officio nomine Oeconomi Sancti Petri in illo Tribunali, & ſic retuli deciſum *in prima editione huius prax. de qua deciſione me tacito, deinde meminit Nouar. in q. 160. lib. 1. & Thor. in compend. deciſ. tom. 2. verſ. ſuſpicio*, & ſic etiam in Conſiliario Conſultore Cappellani maioris ſeruatur, *teſte Gizz. in deciſ. 69. Thor. vbi ſupra ver. ſuſpicio contra.*
20 Tertium principale requiſitum, eſt bipartitum, & conſideratur, vnum in actu præſentationis capitum, nimirum vt diſcutiantur à Iudice cauſæ recuſationis, nam ſi ſint releuantes, fit decretum, quod admittantur, ſi ſecus reijciuntur, *d. pragmat. 5.* & in hoc concordat cum iure communi, *ſecundum*
21 *Franc. Marc. deciſ. 727.* verum tunc *per reg. pragm.* eſt impoſita pœna, nam de dicto depoſito facto, attenta qualitate Iudicis recuſati, liberantur ei duc. 30. vel 60. reſpectiuè, *vt declaratur in prag. 11. capite 5. incip. volemo che dette pene*, & in hoc eſt alterata diſpoſitio, *d. pragm. 5* quæ in hoc caſu cauebatur, eſſe liberãdos duc. 15. & 30. reſpectiuè, vt ibi declaratur. Aliud requiſitum conſideratur poſt quam ſunt admiſſæ d. ſuſpiciones, & tunc eſt ſimiliter bipartitum, *vnum reſpectum partis*, vt illas proſequatur infra tempus dictorum 30. dierum, alias dicto termino elapſo, adhuc depoſitum pro pœna factum libearbitur, ac ſi eſſet pronunciatum, non eſſe admictendas, *vt dicitur in d. pragm. 11. cap. 5.*

Digitized by Google

*cap.*5.immò ſic diſpoſitum eſt,ſi expreſ
sè fuerit renunciatum iudicio recuſa-
tionis, vt ibi dicitur, licet hoc in praxi
non ſit indifferenter receptum, nam
moderatur ex cauſa ſubſiſtenti, quæ
remittitur Iudicis arbitrio, cum multo
ties, etiam quod fiat decretum ſuſ-
piciones non ſubſiſtere ( quod eſt
magis ) depoſitum reſtituitur depo-
ſitanti, & diciturex cauſis diſcuſſis
in aula, *& adhoc plures deciſiones Sacr.*
*Conſ. affert* Regens Rouit. *in dict. prag-*
*mat.*1. *editione* 2. *num.*18. *verb. requi-*
22 *rũtur.*alterũ,reſpectu *Iudicis recuſatio-*
*nis,*eſt vt nõ ſit negligẽs poſt admiſsas,
& ꝓbatas ſuſpiciones cauſã ſtatĩ termi
nare: hac de re, si fuerit deſtinata dies
pro expeditione,prætextu infirmitatis,
vel alterius impedimenti,non impedi-
retur expeditio,ſed mittet eius votum
clauſum, & ſigillatum, modo quo diſ-
ponitur *in d. pragm.* 7. & ex his habes
ordinatè declaratas omnes diſpoſitio-
nes Regiarum Pragmaticarum circa
formã,& ordinẽ proponendi,admitten
di,& procedendi,in cauſis ſuſpicionũ.
23 Quartum principale requiſitum eſt
circa qualitatem, & probationem
cauſarum ſuſpicionum, nam debent
eſſe veræ,& iuſtæ,vt dixi ſupra,alias si
eſſent affectatæ reijciuntur,*vt dicitur in*
*d. pragmat.*11.*eodem tit.*§.14.*incip. le cau-*
*ſe che ſi proponeranno,*& concordat cum
iure communi, *ad tradita per Franc.*
*Marc. in deciſ.*727. immò quando iuſtæ
ſunt debent veris probationibus pro-
bari, Regens Rouit. *in d. pragm.*9. *num.*6.
*&* 7. *latè* Giurba *deciſ. Sicil.*48. *num.*4.
hic non habetur ratio de fide circa
hoc a quacunque perſona in quauis
dignitate conſtituta, niſi ſequatur de-
poſitio cum iuramento *d. pragm.*11.*col.*
*penult.*§.21.*incip. & volemo che alle proue:*
24 verum quando cauſæ ſunt notæ offi-
ciali poterit ſe abſtinere, *Pragm.*8. *eod.*
*tit.*modo illas proponat eius collegis
in aula,& ab illis ſit declaratũ militare
tales ſuſpiciones, vt *docet d.* Regia *Prag.*
11.*cap.*12. *incip. volemo de più che neſſun*
*Giudice.*& hoc in dies ſeruatur in S.C.
vbi circumſpecti Iudices ſe abſtinent,
& allegant cauſas in aula, & ego plu-
ries obſeruaui apud prudentes, nam
ſuſpicionis cauſa poteſt etiam proba-
ri ex depoſitone eiuſdemmet officialis,
nam tenetur poſitionibus cum iura-
mento reſpondere, modo non conti-
neant maleficium,ſeu crimen,*Theſau.*
*dec.*6.*& Intrigl. dec.*47.*n.*22. *& ſic quo-*
*tidiè practicatur,teſte* Reg. *Rou. in d. Prag.*
25 1.*n.*41. Verũ attẽde,quod si cauſę sine
ſcandalo, & periculo expreſsè haud
probari poſſint, tunc recurrendum eſt
ad Proregem, vt prouideat, qui ſolet
in hoc caſu,habita prius extraiudicia-
aliter informatione, alteri committere,
vel mandare Collat.Conſ.quod proui-
deat,*Caluac. de brac.* Reg.*part.*3.*nu.*340.
*latè* Regens Tapia. *in ius Regn. d. titul. de*
*ſuſpe. off. ritu* 265. *num.*10. quorum au-
ctoritate sic fuiſſe obſeruatum, & ob-
ſeruari refert *Giurba in deciſ. Sic.*48.*nu.*
6.*ver. cæterum,*& aduerte quod quando
26 ſuſpicio videtur notoriè calumnio-
ſa,tunc S.C.illam non admittit,ex do-
ctrina *Innocen.quem ſequitur Lanfranch.*
*in recol. ſingul. ſub num.* 33. Et si forſi-
tan appareat ſub aliquo colore ſub-
ſiſtens,ſolum ſuper ea recipitur depo-
ſitio eiuſdem Iudicis, qui si negaue-
rit,non aliter impartito termino, de-
cernitur, quod interueniat, & al-
legans ſoluat pœnam, & sic proceſ-
ſerunt deciſiones relatæ *per* Reg. *Sanfel.*
*deciſ.*80.*lib.*1.*num.*10. *verſ. & in eadem*
*cauſa*, quod ſecus eſſet si cum effectu
ſuſpicio appareret ſubſtantialis, nam
tunc poſt depoſitionem datur termi-
nus, vt dictat regia pragmatica, ſic è
conuerſo quando ſunt notoriæ porri-
guntur præces Collater. Conſ. à quo fit
27 prouiſio, quod talis Regens ſe infor-
met, & referat, & facta relatione
in ſcriptis,prouidetur,quod Iudex non
procedat, *prout obtinui anno* 1629. *pro*
*Barone Octauio Mandatoriccio, & Fran-*
*ceſco Cappella coniugibus, in cauſa cum*
*multiplico Latcarij, & Principe Concha;*
*in perſonam Regij Conſil. Prouenzani olim*
*notorij Aduocati dict. Principis, etiam in*
*hac*

*hac cauſa. decretum eſt in proceſſu dict. cauſæ in Banca Iacobi de Figliola, Actua. Sacr. Conſ.*

28 QVoad quartum, licet cauſæ ſuſpicionis multæ ſint, quæ paſſim à DD. ad ſaturitatem explicantur, *vt per Lanfranch. de Oriano, Aufr. & nouiſſimè Laurent. in tract. particul. Maran. in eius ſpecul. ver. appellatio, à num. 28. vſque ad 64. Canoniſtæ, & præſertim Franc. in dicto cap. poſtremo, de appellat.* Caualc. de*ciſ. 28. num. 11. vol. 2. cum alijs allegat. s per Reg. Rouit. in d. pragm. 1. vbi per totum circa illas diſſerit: nouiſſimè congerit Intrigliol. ſicul. in eius ſingul. ſingul. 80. lib. 3. per totum.* nihilominus ſi aliqua allegaretur cauſa in iure non expreſſa, nec à DD. diffinita, tunc Iudicis arbitrio relinquitur, vt decernat an iuſta ſit pro recuſatione, *Abb. in cap. cum ſpeciali nu. 7. de appellat.* & tunc ſatis mouere debet circa hoc animum Iudicis recuſationis, integritas, & Religio, & è conuerſo prauitas, & iniquitas ſuſpecti, *Abb. vbi ſupra, Alex. in l. qui iuriſdictioni, num. 6. & latè Iaſon, num. 10. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* Tiraquell. *in tract. de pœnis legum, cauſa 51. num. 60. & 61. Minad. conſ. 27. num. 9.*

29 Et quia iſta eſt materia odioſa ſi ſemel ſit Iudex allegatus ſuſpectus, & cauſæ allegatæ fuerint reiectæ non poterit ex alijs iterum allegari, *vt probat Muta deciſ. Sic. 15. & ſic deciſum refert Nouar. in coll. ad pragm. 5. de ſuſpic. & nouiſſ. Dominus meus Reg. Sanfel. d. deciſ. 80. num. 8. lib. 1.*

30 Sed vt ſub regula reducamus omnes cauſas recuſationis, eſt ſciendum ad duo principia poſſe reduci, nempè *ad amorem, & odium,* ex quibus cæteræ pullulant, *vt aduertit Doctiſſ.* Reg. Conſ. *Theodor. in allegat. 87. ſub nu. 4. verſ. alias ergo.* & primæ claſſis, *dicit ipſe,* ſunt conſanguinitates, affinitates, compatratus, nimiæ familiaritates, & ſimilia. ſecundæ verò, inimcitiæ, maleuolentiæ, & ſimil. & his modis dicit corrumpi humanũ iudicium, *Reg. Galiota lib. 1. contr. cap. 39. num. 13.* Sed vt aliqua pro praxi breuiter circa hæc diſſeramus, & ſignanter reſpectu primi principij.

31 Cauſa principalis ſuſpicionis eſt conſaguinitas, *cap. poſtremo, de appellat.* nulla habita differentia an proueniat ex parte matris, vel patris, cum tàm agnati, quàm cognati dicantur conſanguinei ad hunc effectum recuſationis, *Præpoſit. in d. cap. poſtremo num. 2. Franc. ibidem num. 7. Franc. Milanenſ. deciſ. Sic. 15. nu. 6.* & licet dubium ſit apud DD. *in d. cap. poſtremo,* vſque ad quem gradum extendatur, *Menochius tamen, de arbitr. Iudic. caſu 152. num. 5. cum ſequent. referens varias opiniones, ſequendo Dec. in d. l. qui iuriſdictioni, & cap. poſtremo* concludit extendi vſque ad decimum, iure ciuili inſpecto, & vltra, eſſe in arbitrio Iudicis determinare, bene perſonarum qualitate, & mutua inter eos affectione perpenſa. non eſt tamen

32 hic omittendum, quod dum agitur de probanda conſanguinitate in certo gradu, teſtes debent deponere etiam de ſtipite, *ſecundum tradita per Annam ſingul. 102.* & ſi reperiatur conſanguinitas in pari gradu vtriuſque partis, nõ erit cauſa recuſationis, quia pari affectione tollitur, *l. non ſolum §. denuo, de ritu nuptiarum,* & in hoc etiam ſummoperè inſpicitur integritas Iudicis, nam iſta paritas attenditur, modo non poſſit diſcerni in quam partem magis inclinet, *Dec. in d. l. qui iuriſdictioni, n. 17. de iuriſdict. omn. Iud. quem ſequitur Menoch. in d. caſu 152. nu. 8. lib. 1.* Cæterum

33 ſub iſta cauſa conſanguinitatis carnalis, comprehenditur ſpiritualis in caſibus declaratis per Concil. Trident. & in compatre leuante, & leuato determinat etiam *Regia Pragmatica 11. cap. 17. incip. declara.* & iſta ſuſpicio extenditur etiam ſi lis eſſet filij leuantis, & ideo in cauſa vertente inter Illuſt. Comitem Soriani filium Illuſt. Ducis Noceriæ, cum Hectore Pignatello ſuper ſtatu Montisleonis, fuit allegatus ſuſpectus Spectabilis Proregens Lopez per d. Hectorem tanquam compater d. Illuſt. Ducis, & admiſſa dicta ſuſpicio,

nam

nam pater,& filius eadem perſona cẽſentur,& ideo iniuria facto vni intellitur facta alteri,& de iſta deciſione meminit *Regens Sanfel. deciſ.*83.*lib.*1. & de alijs caſibus vide *Auend. de exequend. mandat.p.*2.*cap.*23. *verſ.adhuc extenderem,de quo meminit* Regens *Rouit.in dict. Pragm.num.*35.

34 Item affinitas cum ſit ſub dicto principio amoris comprehenſa, eſt cauſa recuſationis, *Marant. in ſpec. verſ. & quandoque appellabatur num.*29. *Afrer. in d.tract.recuſat. num.*7. *Milan. d.deciſ. Sic.*15.*num.*2. & extenditur vſque ad ſeptimum gradum,*gloſſ.in cap.accedens, il ſecondo, vt lite non conteſt.* & ſic fuit deciſum in Sacr. Conſ. iunctis aulis in cauſa D. Briandæ Cantelmæ, vbi fuit recuſatus vti ſuſpectus D. Io.Sanchez cauſæ Commi.ex quo fuit probata affinitas in ſeptimo gradu, & depoſitum fuit reſtitutum,anno 1593 vt in proceſ-

35 ſu pænes Act.de Scacciauento.Sed an in ſecundo genere affinitatis iſta cauſa vendicet ſibi locum? fuit dubitatum,ex quo in hoc genere eſt permiſſum matrimonium,*capit. quod debet, de grad.affinit.*pluries tamen fuit deciſum quod ſic in Sacro Conſil. & ſignanter in perſona Regentis Tapiæ, tunc Regij Conſiliarij,in cauſa Octauij Indelli, litigantis cum Hieronymo Bucca viro Iuſtinæ Carrafæ,ſororis patruelis Beatricis Carrafæ, matris D. Marianæ à Leyua vxoris dicti Regentis, de menſe Iunij, anno 1602. penes Secretarium, *meminit Thor. in compend. deciſ. part.* 2. *ver.ſuſpictio officialis.*ſimilis deciſio fuit in cauſa D. Ferdinandi Sanſeuerini, vbi fuit recuſatus Io. Aloyſius Mormilis Præſid. Regiæ Camer. vt affinis in ſecundo genere affinitatis, etiam illa ceſſante per mortem,*vt refert* Regens Rouit.*in d.Pragmat.*1.*num.*27.*vſque ad* 34.*de ſuſpict. off.ex cuius dictis redditur dubia deciſio relata à Milanſ.*15.*vt ipſemet fatetur.*

36 Item ſub hoc *amoris* principio rectè continetur ſuſpicio amoris proprij, quod regulatur ex intereſſe: ideo, quando agitur de vtilitate, vel præiudicio eiuſdem Iudicis,eſt iuſta cauſa recuſationis, quia diceretur cauſa propria, in qua nemo præter Principem poteſt eſſe Iudex,*l.vnica,*C.*ne quis in ſua cauſa iud.d.l.qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd. omn. Iud.*& eſt adeo vrgens quod obſtaret, etiam parte conſentiente, *vt per Iacob. in d.l. qui iuriſdictioni*, *Capyc. deciſ.*124. *num.*1.vel non opponente, *Dec. in cap. non veniſſet,num.*45.*de Iudic.* Immò ex-

37 tenditur etiam in delegatione,vnde ſi Præſes S.C.eſſet ſupectus ex iſta cauſa proprij intereſſe, non poterit delegare, & committere cauſam, ſed erit comittenda per Sacr. Conſ. *iuxta deciſionem relatam per* Reg.Rouit. *in d.Prag.*

38 1.Sed his attentis, explicandi ſunt aliqui caſus,in quibus quodamodo cadit intereſſe, & reuocatur in dubium, an conſtituant cauſam propriam, quos paſſim declarãt pręcitati DD.et ſignãter,an cauſa exactionis reddituum debitorum à vaſſallis ſit cauſa propria Baronis? *Bald.in l.*1.*num.*31. *C.vnde vi Specul. in titul. de feud.* §. *quoniam* 19. *quæſt.& Frec.in tract.de ſubfeud.*40.*auct. Barou.lib.*1.dicunt quod non, nam poterit pro eis exequutiuè procedi, niſi vaſſallus contenderet ſe non teneri, vel ad tantam quantitatem, quæ petitur.quid in cauſa ſeditionis,puta,ſi minores cõtra maiores, vel aliam Villam ſuſcipiant arma,*Guido Papa in dec.*437. *in fine* determinat, quòd non. quid ſi deliquerint contra perſonam eiuſdem Baronis? C*apyc. deciſ.* 124. concludit quod ſic:modo tale delictũ ſit notoriũ facti permanentis,non autem tranſeũtis, *Gayll.obſeruat.*39. *lib.*1. *&* R*oland.*à *Valle conſ.*48.*vol.*2. *& per eundem vide de iſta materia conſil.*16. *vol.*2. *Aymon. conſil.*1.232.*num.*8. *Dec. in cap.cum veniſſent,de Iud.&* R*eg.* R*ouit. in Pragm.*2.

39 *vbi de delict.quibus deb. conu.* Sed quid dicendum, quando quis litigat nomine alieno, et ſuſpicio eſſet reſpectu eius perſonæ, an tunc conſideretur? *Spec.in tract. de iud. deleg.* §.7. *num.*10. *lib.* 1. *& alij eius ſequaces*, tenent quod

non

non,ſed repugnat *text.in cap.inſinuante eod.tit.de offic.Iud.deleg.& eſt verior opinio iſta,Regens,Roui.deciſ.*80.*num*.4.Sed an poſſit ex paritate terminorum ſic decerni in Locumtenente alicuius officij ? certe quodſuſpicio, quæ conſideratur etiam reſpectu eius perſonæ extenditur ad principalem, vt obſeruarum in S.C. in cauſa Illuſtr. Ducis Biſatiæ *ex conſ.Oldr*.302. *refert Regens vbi ſuprad.deciſ*.80.

40 Inſuper huc etiam pertinet ſcire, quod licet ſub hoc principio amoris nonnullę poſſit cōpræhendi cauſæ ſuſpicionis,nō per hoc ex eis arguitur ſuſpictio,vt in Auocato effecto Iudice,qui licet prohibeatur iudicare in eadem cauſa, vel ſimili, vt diſpoſitum eſt *in d.Pragmat*.tamen in alia diuerſa,& pænitus ſeparata admicteretur, nec poterit remouerit,vti ſuſpectus, *vt benè declarat Bertazz.in conſil*.550.*vol*.2. *& latè Mar.Giurb.in deciſ.Sic*.54. *Thor.in d. compend.deciſ.part*.2.*ver.ſuſpictio Iudi-*
41 *cis,licet, &c.* Sic etiam dicendum in Iudice,qui in vno articulo iuris ſcripſit,nam non poterit recuſari in cauſa, in qua idem cadit diſcutiendus,cum non conſideretur tanta affectio quin mutari poſſit, *Praſ. de Franch. deciſ*. 87. *& refert iterum deciſum,iunctis aulis,Reg. Conſ. Theod. in d.allegat*.87. *vbi optimè diſſerit ſecundum morem*, *Thor.in Comp. deciſ.ver.ſuſpicio propoſita,&c. tom*.2. &
42 ampliatur etiam, quod Iudex fęciſſet aliqua motiua, ex quibus videatur inclinare in eius opinionem , nam licet Iudex qui ante ſententiam votum detegit, vti ſuſpectus remoueri debeat, ex communi DD.ſententia, *in Leon, C. appellat*. etiam tacitè puta, ſi aliquod iudicium exhibuiſſet, quo animi ſui motus detegeretur, *l.obſeruandum, ibi, eius animi motum,ff.de officio Praſid. cum concor*. hoc tamen intelligitur in praxi, quando deliberatè loquatur,ſecus dubitatiuè,vt puta,ſi dicat, *non eſſe ſatiſfactum ab Auocatis,habeere dubitationem, &ſimil*.nam tunc nō diceretur votum propalaſſe, & ſic non erit cauſa ſuſpicionis, *Valaſc.de partit. cap*.9.*num*.21. *cuius auctoritate, & ex alijs allegatis ſic* deciſum refert *Marius Giurba in deciſ. Sic*. 54. vbi dicit hoc fieri indifferenter ab Auditoribus Rotæ Romanæ.& confert ad hæc deciſio S.C.facta in cauſæ Ill.Comitis Saponariæ,*de qua per Thor. in* 2.*tom. Compend.deciſ.verſ.ſuſpicio, & vide infra in pral*.3.*p*.& quod Aduoca-
43 tus, non ſic ſuſpectus quando non eſt patrocinatus in eadem cauſa,& alijs ad materiam nouiſſimè confert *Dom.Reg. Sanfel.deciſ*.78.*lib*.1.

44 Inſuper ſub hoc principio amoris poteſt compræhendi quelibet cauſa affectionis , & nimiæ familiaritatis, puta in comedēdo conuerſando ſimul cum Iudice, ſeus vero in alijs actibus, qui non arguuntur ſuſpictionem,vt eſſet mandatum de emendo,vel vendendo aliquam rem, vt nouiſſimè differit, & ſic oberuatum in *Senatu Granatenſ. teſtatur Io.Baptiſta Larera deciſ*.48.item
45 quando Iudex facit actum ex quo demoſtratur aex facit maximè ſi aliquo modo votu ffectio olaſſet, *Menoch.vt ſupra cap*.458. *conc*. 5. *de quo meminit Regens Galiot.lib*. 1*contr.cap*.39.*num*.23. *&* 161.*de mater*.

46 REMANET nunc, his breuiter cognitis , aliqua differere circa cauſas contentas ſub ſecundo principio, *Odij* & in primis ſe offert cauſa inimicitiæ quæ eſt ſufficiens ad recuſandum Iudicem, quamuis non ſit capitalis, *l.ſi pariter,ff.de liber. cauſ.cum alijs allegatis per Reg.Pragm.dec.coll*.30.*nu*.2. *Franch. in d.cap.poſtremo,de appell.num*.20. *ver*. 32.*conſ.Maſtrill.deciſ.Sicil*.151. *nu*.46. ſed debet allegari in ſpecie , *vt dicit Franch.ſequitur Capyc.deciſ*.158. *nu*.34. *Milan.deciſ*.15.*num*.13. & ſic eſt diſpoſitum *per Reg.de Ponte* 1.*cap*.15.verum ampliatur iſta cauſa inimicitiæ, primò etiam ſi partes dederint occaſionem illam. contrahendi, *Andr.de Iſern. in cap.Imperialem*, *§. praterea ſi inter duos, num*.85. *de prohib. feudi alien. per Feder. Reg.Rouit.in d.Pragm*.1.*num*.23. immò eſto quod affectata ſit admittitur, *Paſchal.*

*ſtbal. de vir. patr. poteſt. cap. 3. num. 43.* nam tunc nõ conſideratur cauſa vnde orta eſt inimicitia, ſed ipſius effectus *vt dicit Menoch. in præſumpt. 89. nu. 54. lib. 1. Reg. Sanfel. deciſ. 81. lib. 1.* amplia-tur ſecundò, in inimicitia præſumpta,
46 *Regens vbi ſup.* & qualiter præſumatur, *declarat Menoch. præſumpt. 43. lib. 5.* & ſignanter in eo qui contra ſolitum non ſalutauerit; & non eſt dubium, quod honoratur quis ſalutauerit; & non eſt dubium, quod honoratur quis ſalutatione, ſecus è conuerſo, *vt latè per Gra-*
47 *tian. diſceptat. forenſ. 284. lib. 2.* Tertiò ampliatur, quod iſta cauſa non ſolum redddit ſuſpectum Iudicem in iudicãdo, ſed etiam in delegando, *Frecc. de ſubfeud. tit. de differ. feud. quaternati, &c. num. 37. lib. 2.* ideo Præſes ſuſpectus nequiret cauſas committere, *vt de obſeruantia, iuxta deciſionem Collat. Conſ. teſtatur Reg. Rouit. in d. pragm. 10. nu. 1.*
48 *de ſuſpic. off.* Quartò, ampliatur, vt iſta cauſa nimicitiæ (ſi eſſet talis, quæ extẽderetur ad omnes de familia, agnatione, & cognatione in his in quibus conſideratur animi affectio, & iniuria, vt explicat *Regens de Ponte deciſ. coll. 32. num. 1. vſque ad 7. pone exemplum, de l. vnica, C. de raptu Virginũ* eſſet enim tũc cauſa ſufficiens pro recuſatione, ſi in perſona vnius ex familia, vel agnatione cõſideretur, quomodo ſit de cõiunctis infra quartum gradum conſanguinitatis, & tertium affinitatis, *vt latius diſponitur in d. pragma. 11. cap. 15. & 16.* & in hoc alteratur ius commune, ſecundum quod indifferenter inimicitia extendebatur ad omnes de domo, & familia, *l. Cornelia, & ibi Bart. ff. de iur. iur. Iaſon. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus, num. 52. de verbor. obligat. Grammat. voto ſ. criminal. 45. num. 4.*
49 Sed aduerte in praxi, quod licet multæ ſint cauſæ inimicitiæ paſſim à DD. conſideratæ, vt enumerant præcitati Authores, & cumulat poſt alios *Intrigl. in d. ſingul. 80. lib. 3.* ſemper erit cauſa ſufficiens, quando probabiliter poterit argui eſſe contractam aliquando ſpeciem iniuriæ, vt dixi ſupra, quæ quidẽ de facili poterit contrahi, vnde ex grauamine illato etiam in alia cauſa, à quo ſit appellatum adhuc elicitur, quædã iniuria, & ſpecies inimicitiæ, & & ſaties inimicitiæ, & conſequenter cauſa recuſandi Iudicem, vt *Anchar. auſer. in tract. de recuſat. cauſa 35. refert fuiſſe obſeruatum in S. C. Doctiſſ. Regens Tap. deciſ. 86. lib. 1.* ſic dicimus ſi quis habuerit controuerſiam cum Iudicem circa aliquam præcedentiam ob maiorem, vel minorem dignitatem, quia eſt inimicitiæ *Regens de Ponte deciſ. 30.* item ſi eſſet tractatum aliquod matrinium, & tamen non ſecutum, erit cauſa recuſationis, quia videtur illata quædam iniuria, & conſequenter inimicitia, *Eugen. conſ. 63. num. 4. Giurba in conſ. criminal. 82. num. 3.* hinc eſt quod ad probãdam inimicitiam ſufficit probare cauſam odij, & ſi odium oſtendat *Innoc. in cap. L. & A. ad finem, de re iudic. iudic. Gratian. deciſ. 33. nu. 7.* idem Bannituus inimicus eſt Bannientis, licet Banniens ipſe non ſit inimicus Banniti, *Triuſ. deciſ. 28. num. 4. lib. 2. Giurba in in conſ. criminal. 37. num. 22. & ſequenter,* vbi de alijs capitibus quos recenſere tranſibere, & ideo ſufficit actingere materiam, & locus topycus, vt relinquamus ſtudioſis amplas ſtudendi habemus in capitibus decurrentibus.

50 QVoad vltimum licet de iure communi à decreti, quibus declaratur ſuſpectus, Iudex poſſit appellari; de iure tamen Regni *per Pragmat. 11. cap. vlt.* eſt reſtrictum, vt ſtatim exequutioni demandetur, non obſtante remedio appellationis, reclamationes, reſtitutionis in integrum, vel recurſus, quamuis ageretur de incidentibus quæ non poterunt reparari per diffinitiuam, *vt ibi, & explicat Praſ. de Franch. deciſ. 408.* & proinde alteratum eſſe in hoc ius commune dicit *Reg. Rouit. in*
51 *d. Pragm. num. 38.* Cæterum pro complemento huius materiæ, eſt ſciendum, quod proceſſus, & acta facta coram Iudice formiter allegato ſuſpecto, ſunt ipſo

Digitized by Google

ipſo iure nulla, *vt tenet Bart. in l. quia poterat, ff. à Trebell. quam veriorem teſtatur Dec. in conſ. 175. ver. Sed tamen prædictis, de cuius articulo latè Vantius in tit. de nullit. & defect. iuriſdict. nu. 140. Gabriel. concluſ. 5. tit. de iudic. cum alijs allegatis per* D. *Rouit. in d. Pragm. 1. num. 41.* ſed quicquid ſit, quod valeant, ſed veniant annullāda per appellationem ſeruat praxis, *ſecundum Innocentium, & Francum in cap. cum ſpeciali, de appellat. Cacher. in deciſ. 84. Minad. conſ. 27. nu. 6. & nouiſſimè de* Ponte *in conſ. 99. num. 6. vol.* 1. dūmmodò non ſint probatæ ſuſpiciones, & vide bene ibi. Sed quo tempore veniant annullanda? *decidit Carauit. in Rit. 265. num. 50. ver. ex quo ſequitur.* videlicèt, quando declaratæ ſunt, & deinde prouiſum ſuſpiciones militare, & Iudicem ſuſpectum debere
52 abſtinere, *hæc ille.* Tandem an partes valeant renuntiare decreto, quo quis declaratur ſuſpectus, & procedere coram eo, & quando? *explicat Reg. Rouit. in conſ. 10. lib. 1.* vbi vide, & de alijs ad materiam, quia non eſt noſtrum circa eam ſatis dilatare fimbrias, ſed ſolum in quantum praxis iudiciaria indiget.

## De Actore, & ijs qui prohibentur eſſe in Iudicio.

### CAP. V.

### SVMMARIVM.

1 A*Ctor quis ſit, & quando cogatur agere, in beneficium tertij, nu. 3. & quid ſi ſe iactat habere ius, & præueniatur à diffamato, num. 4. & an tunc cedendo iura liberetur, n. 5.*

6 *Actor nemo eſſe poteſt abſquè actione, & reijcitur ex officio Iudicis, alias ipſe Iudex tenetur ad expenſas.*

7 *Prouiſio facta in calce memorialis porrecti S. E. quod S. C. vel M. C. de Iuſtitia prouideat, vel ſimpliciter, quod prouideat, intelligitur, ſi competit actio, etiam vltra narrat, n. 8.*

9 *Iudicium intentatum abſque actione an validetur ipſa ſuperueniente, & qualiter eſt formanda petitio, nu. 10 & de materia num. 11.*

12 *Actio tollitur præſcriptione.*

13 *Actio quando eſt extincta quando ex ea agi poſſit.*

14 *Agere prohibitum eſt tempore feriarum, maximè ſi ſint inducta ad honorem Dei, & quid ob meſes, & de obſeruantia, n. 15.*

16 *Agere an quis valeat ante tempus adimpletæ conditionis, & quare ſit prohibitum regulariter n. 17.*

18 *Stipulatio facta pro te, & filijs intelligitur ordine ſucceſſiuo licet nata ſic eis in vita patris nata obligatio.*

19 *Stipulatio facta pro te, & filijs intelligitur ordine ſucceſſiuo licet natu ſio eis in vita patri obligatio.*

19 *Agere ante tempus quis poteſt, quādo ius nō dependeret ex futuro euentu vel vrgeret neceſſitates, & ex quibus alijs cauſis n. 20.*

21 *Filius poterit agere in vita patris circa nullitatem alienationis factæ de bonis in quibus habet proprietatem, niſi alienatio eſſet facta ex vrgenti neceſſitate.*

22 *Ponuntur maioratus poterit agere ante tempus, vt declaretur ad quem ſpectare debeat ſucceſſio poſt eius mortem.*

23 *Sententia lata contra fideicommiſſarium, vel poſſeſſorem maioratus, nō afficit præiudicium vocatis poſt eius moram.*

24 *Cautio eſt præſtanda de reſtituendo*

do rem poſt mortem poſſeſſoris conuenti, & ſi alio ad reſtituendum denegetur.

25 Vxor poſt mortem viri nō dū elapſo anno poterit petere ab hæredibus viri, vt præſtent cautionem de reſtituendo dotem, & refertur obſeruantia.

26 Debitor annuorum introituum poteſt condemnari, quod correſpondeat ſingulis annis, & de effectu leuius decreti.

27 Agere non poteſt vxor viuente viro pro reſtitutione dotium, n. 28.

29 Dominium naturale competens vxori in eius dote, iuxta diſp. l. in rebus, C. de iur. dot. quid operatur poſt mortem viri, n. 30.

31 Vxor contra quos, & qua actione poſſit agere, mortuo viro, pro dote à tertio promiſſa, & non ſoluta.

32 Vxor viro vrgente ad inopiam, poteſt agere pro aſſecuratione, & an acquirat dominium ſuper bonis, in quibus aſſecuratur, n. 33.

34 Aſſecuratio competens vxori propter vergentiam viri ad inopiam eſt remedium ſubſidiarium, etiam quod in capitulis adeſſet clauſula conſtituti, & precarij, & refertur deciſio.

35 Vxor an poſſit defendere eius dotem aduerſus creditores eius viri viuentis, & de ratione, & quid ſi publicantur Fiſco bona viri, n. 36.

37 Superior poteſt agere in iudicio pro ſubdito, quid in Rectore pro rebus Eccleſiæ.

38 Coniuncta perſona quando admittatur pro coniuncta, & an requiratur cautio de rato.

39 Cedens poſt ceſſionem qua cautela excludatur ad agendum etiam ſi non concurrat vnum ex tribus requiſitis l. 3. C. de nouat. & nu. 41.

40 Cedens ſemper intelligitur ponere ceſſionarium in eius locum.

42 Cedens poſt ceſſionem an poſſit confiteri ſibi fuiſſe ſatisfactum ante illam.

43 Ceſſio iurium venit in conſequentiam in donatione alicuius rei.

44 Agere an poſſit ex ceſſione non ſoluto pretio, de quo fuit habita fides.

45 Ceſſio quibus ex cauſis præſumatur ſimulata, rem iſſiuè.

46 Ceſſionarius non poteſt agere, niſi pro concurrenti quantitate ab ipſo ſoluta cedenti, ſed fallit in multis caſibus n. 47. & n. 48.

49 Ceſſio quo tempore debet fieri vt valeat.

50 Contumax ex cauſa criminali non poteſt eſſe in iudicio, niſi purgata contumacia, & qualiter purgetur, remiſſiuè.

51 Bannitus quando poſſit agere, & quid in eius ceſſionario, & quando poſſit iura cedere, & Banniti noſtri temporis quibus æquiparentur, rem ſſiuè n. 52.

53 Contumax ex cauſa ciuili quomodo purgat contumaciam, & poſſit eſſe in iudicio.

54 Filiusfamil. non poteſt eſſe in iudicio abſque conſenſu patris, vel aui, & quando intelligatur præſtitus n. 55. & quid ſi ſuperueniat poſt cæptum iudicium, n. 56. & in quibus cauſis non requiratur num. 57. 59. 60. & 61.

58 Pater poteſt cogi ad praſtandum conſenſum filio volenti agere in iudicio.

62 Vſus fructus, qui debetur patri in bonis filij, regulatur à patria poteſtate.

63 Mi-

Digitized by Google

65 *Minor qualiter ſit in iudicio.*

64 *Iudicium factum à filiosfamilias minori, an valeat ſi eſt ſuper poſſeſſorio n.64. & quid ſi conſtituat procuratorem cum iuramento, n.65.*

66 *Minor in iudicio ante omnia debet docere de ætate, & qualitate probetur ætas.*

67 *Tutor, vel curator an poſsint agere pro pupillo, & adulto antequam doceant de ſolemnibus, & quæ ſint iſta ſolemnia remiſsiuè n.68. & an ad ea teneatur mater ſi ſit tutrix teſtamentaria, n.69.*

70 *Mater poteſt eſſe tutrix eius filiorum, & præfertur etiam auo paterno, ſic in baliatu nu.61. & quæ teneatur adimplere, n.72. & ſi noluerit exercere, an teneatur petere tutorem, n.73.*

74 *Balius datur à Rege impuberibus habentibus feuda loco tutorum; & ſi fuerit relictus à teſtatore an poſsit administrare abſque Regis confirmatione, n.75.76.*

77 *Balius an poſsit, etiam eſſe in iudicio pro bonis burgenſaticis.*

78 *Balius an poſsit adminiſtrare ſi prius non doceat de ſolemnibus ſicut, & tutor; & quæ ſint remiſsiuè.*

79 *Balio an competat ſalarium, & quid ſi eſt pater.*

80 *Monaci inſtapaces qualiter petant legata pia in iudicio.*

81 *Accuſator, vel querelans in criminalibus habetur loco Actoris, & de materia, n.82.*

83 *Remiſsio delicti fit ab illo cui competit poteſtas querelandi.*

84 *Actori quando incumbat onus probandi, remiſsiuè.*

Viſa vna perſona, quæ interuenit neceſſariò in iudicio, ideſt Iudice; expedit videre (ſequendo ordinem Specul.) de altera, ideſt de Actore, qui ſic
1 propriè dicitur, quia ciuili modo agit, vel petit aliquid ab alio, *l. in tribus, ff. de Iudic.* ad differentiam accuſantis, qui impropriè dicitur agere, *gloſ. in l. qui accuſare, C. de edendo, de quo infra, nu.80.*
2 & regulariter nemo cogitur agere, *l. vnica, C. vt nemo inuitus, &c.* Sed iſta regula limitatur multis modis, *notatis per Nattam in Clem. ſæpè, col.32. verſ. primo fallit, de verb. ſignif.* & ſignanter
3 quando ius agendi competeret alicui, & vtilitas conſequenda tertio, *iuxta terminos l. cum in plures, §. meſſem, ff. locati* quibus attentis, primogenitus poteſt cogi à ſecundogenito, vt agat ſuper feudo pro recuperanda dote materna, & deinde ei dare portionem, *vt cõ*
4 *cludit Praſ. deciſ.41. num.1.* Item limitatur quoties quis cæperit agere, nam poteſt cogi ad proſequendum iudicium à Reo, cui in hoc eſt ius quæſitum, *Aff. Ct. deciſ.173. Surd. Deciſ. Mant.332. num.6.* item in eo qui ſe iactat habere aliquod ius contra Titium, poterit ipſe Titius diffamatus præueniendo ipſum cogi facere ad proponenda eius iura, alia imponi cauſæ perpetuum ſilentium, *ſecundum diſpoſitionem, l. diffamari, C. de ingenuis manumiſſ. & l. ſi contendat, de fideiuſſ. de qua la è per Affli. deciſ.664. Capyc. deciſ.18. Benint. dec.66. Cacher. deciſ. Pedemont.151. & Gayll. obſeruat.9. & ſeq. lib.1. Boer. deciſ.255.* & iſte Titius dicitur reus, quia timens turbari in ſua poſſeſſione, petit conſerri in ea, *Bald. in l. ſi quis ab aliquo Cod. de teſtibus, Reg. de Ponte deciſ. col.31. num.1,* & nota quod in praxi in hoc iudicio datur terminus ad proponda iura abſque aliqua cognitione præcedenti circa diffamationem, & hoc iure vtimur, *iuxta vltimam opinionem relatam circa hoc à Miſyng. in obſeruat.78. num.5. ver. interdum lib.1. Reg. de Pont. d. deciſ. coll. 31. & ſic deciſum nouiſſime fuit in cauſa fauorem Luc. Ant. de Campora contra S. Hoſ-*

*Hoſpitale Patrum infirmorum, me patrocinante, & referente Conſ. Andr. Prouenzale de qua meminit Regens Capyc. Latro deciſ.* verum generaliter notandum eſt, quod in his, & alijs caſibus, in
5 quibus quis cogitur agere cedendo iura liberatur, *vt per gloſſ. in l. Iulianus, §. penult. ff. de actio. empt. concludit Praſ. de Franch. deciſ. 353. num. 4.* Cæterum pro explicatione huius materiæ conſtituẽda eſt regula, quod omnis poteſt eſſe Actor, niſi à lege prohibeatur, cuius prohibitionis ſpecies tripliciter eſſe contingit, *ſecundum Bald. in l. in rebus, num. 3. ver. omnis autem, C. de iure dotium.*

1. *Reſpectu actionis,*
2. *Temporis.*
3. *Perſonæ.*

6 PRima igitur ſpecies eſt reſpectu actionis, nam qui caret actione non poteſt eſſe in iudicio, *l. ſi quid poſſeſſor, §. ſicut, ff. de pet. hared. l. ſi pupillus, §. videamus, ff. de negot. geſt.* ſicut è contra, quando actio eſt popularis, quilibet de populo in ea poteſt eſſe Actor, vt circa educationem pupillorum; *not. DD. in l. 1. C. vbi pupill. educ. debeat;* & de iſta ſpecie vide latè *Iaſ. & cateros in titulo de actionibus.*

Verum nota primo, quod qui incompetentem actionem intentat, dicitur ineptè agere. *Angel. in l. 3. ff. de dot. promiſſ. quem refert addit. ad Bald. in l. per diuerſas, col. 4. verſic. libellos, C. mandati,* & tunc eius inſtantiam poterit ex officio Iudex reijcere, *Alex. conſ. 108. nu. 7. lib. 2. Menoch. de praſumpt. lib. 2. praſump. 48. num. 22.* & ſi permiſerit aliquem in iudicio agere abſque actione tenebitur parti ad intereſſe, *idem Menoch. de arbitr. Iud. quaſt. 16. num. 4. & ibi de de iſta materia.*

7 Nota, ſecundò, quod petens aliquid quod nulla actione ſibi debetur, & porrigat memoriale S. E. & obtineat decretationem, quid S. C. vel M. C. V. ſuper ſupplicatis de iuſtitia prouideat, intelligitur ſi petita debentur, ex aliqua actione, vel officio Iudicis, *ex tradit. per Paul. de Caſt. in l. Libertus, la ſecunda, ff. de in ius vocando. & faciunt adducta a Praſ. de Franchis in deciſ.* 700. idem dicendum ſi obtineat ſimpliciter, quod prouideat, abſque ly (de iuſtitia) *Thor. in compend. deciſ. verſic. clauſula in memorialibus tom. 1.* verùm poterit procedere Iudex vigore dictæ decretationis ad iuſtitiæ adminiſtrationem, etiam quod non habeatur ex narratis, quia potius veritas, quam ea attenderetur, & habetur pro expreſſa in memoriali, *l. 2. C. ſi contra ius, &c. & ſic explicat Gloſſ. in l. C. eodem.* & tanto magis in Regno Neapol. vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, *vt dixi in pralud.* verùm ſi penitus cognouerit ius non competere, & petita non deberi; debet in eis non procedere, & proinde ante omnia debet precedi citatio partis intereſſe prętendentis, *Inn. c. dudum inc. de praſcript.*

8 Nota tertio, quod licèt quis abſque actione poſſit de facto agere, *vt benè exemplificat, & examinat Iaſ. in l. Titius num. 3. ff. de verbor. obligat.* procedit Iu-
9 dice, vel parte non aduertente, vt ibi; immò ex actione ſuperueniente iudicium abſque illa intentatum non validatur, *ſecundum eundem Iaſon. contra Angel. in §. ſupereſt num. 106. Inſtit. de*
10 *action.* Verum etiam *Iaſ. in §. omnium, nu. 66. verſic. & iuxta pradicta, eodem tit.* in eo qui petit ſe delarari Dominum, abſque dominio, ad hoc vt illo aliquo modo ſuperueniente obtinere poſſit; dat cautelem, vt in petitione nulla fiat mentio de cauſa, vel titulo, nam tunc clarum eſt, quod omne ius ſuperueniens prodeſt, & procedere ex maxima æquitate, *teſtatur Abb. Panorm. in cap. fin. ſub num. 11. vt lite pend.* ſed de hoc iure
11 ſuperueniente, *benè Conſ. de Georgio in in allegat. 3. num. 7. latè Gabriel in conclu. 2. & 3. tit. de Iudicijs, & Bero. in tract. quaſt. 102. & infra cap. 3. p. 2.*

Nota quarto, quod qui habuit actionem, quæ ſit extincta, vel ſublata, aliqua ex
12 cauſa; *de quibus in titul. inſtit. quibus ex cauſ. toll. oblig.* & ſignanter præſcriptione, qua tollitur, tàm perſonalis, quàm hypotecaria actio, *Bellug. in Specul. prin.*

*ru-*

*rubric. 41. §. leges Regni, num. 62. & 63.*
*& benè per Vasq. in tractat. illustr. contr.*
13 *lib. 2. cap. 53.* clarum eſt, quod ex ea re-
pellitur ab agendo, niſi conueniat ali-
quem heredem, quem defunctus iuſſiſ-
ſet conueniri poſſe, abſque actione; *vt*
*eſt caſus in l. Iulia, §. quantum autem, ff. de*
*exhibendis reis, ſecundum intellectum Bar.*
*in l. 2. ff. de dot. praleg.* ſecus ſi nunquam
fuit in eſſe, vt ibi. & dixi de hoc ſupra
*in pralud. & dicam infra par. 2. cap. 8.*

SEcunda ſpecies prohibitionis eſt reſ-
pectu temporis, vt ſi quis velit age-
14 re, tempore feriarum, quia tunc pro-
hibetur, *cap. fin. & ibi DD. extra de ferijs,*
maximè ad honorem Dei; nam ſeruan-
dæ ſunt, cum ſint inſtitutæ à iure diui-
15 no, *Carauit. in ritu 80. num. 6.* nec ſtatu-
to tolli poſſunt, *Bald. Peruſ. in tract. de*
*carcer. cap. 1. num. 9.* ſed quando ſunt
inſtitutæ ad commoditatem hominum
puta, propter meſſes, vel vindemiam,
tunc rectè proceditur in iudicio, quo-
uſque à parte non opponantur, *Guido*
*Papa deciſ. 221. num. 3.* hinc innoleuit
practica quod in diſpenſatione, quæ fit
per Collat. Conſil. quod procedatur,
ferijs non obſtantibus, additur (*parte*
*non reluctante.*) cæterum quotuplex ſint
feriæ, *Troyſ. in rit. 116.* & quando eis
poſſit renunciari, *Theſaur. deciſ. 39. &*
*de materia poſt Speculat. in titul. de ferijs,*
*vide Maran. part. 4. tit. an iud. ſit valid.*
*vel inualid. Menoc. de arbitr. Iudic. q. 37.*
*Ricc. collect. 124. & nouiſſimè Reg. Tapia*
*in ius Reg. Rouit. ad Pragmat. Regni in*
*rubric. de ferijs.*

16 Et huic ſpeciei adſcribi poteſt quan-
doque quis velit agere ante diem rei pu-
tandæ *l. ante diem ff. de regul. iur.* maxime
quando eſſet incerta, & dependere ab
euentu conditionis, *l. cum quemadmo-*
*dum ff. de iud. l. facta, §. ſi cum conditione,*
*ff. ad Trebell.* & ideo ſi quis prætenderit
immediatè ſuccedere alicui in feudo,
ſeu maioratu, vel aliqua re vigore fi-
deicommiſſi non poterit agere ante
mortem poſſidentis, vt ex dictis iuri-
bus nouiſſime deducit *Fuſar. de fideicō-*
*miſſ. quæſt. 607.* vbi ſic deciſum fuiſſe
teſtatur, & ſic obſeruatum in noſtri Tri-
bunalibus refert *Fab. de Anna conſ. 126*
& licet aliqui teneant contrarium, iſta
eſt magis communis in praxi recepta
ſententia pluribus argumentis fulcita
*à Molin. de Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 14.*
*per totum.* & ſignanter ſatis urget ratio
17 euitandi votum captandæ mortis, &
proindè opinio Molinæ fuit pluries in
praxi recepta in Regia Camera, ſignā-
ter contra Monaſt. Sancti Seuerini, *teſte*
*Reg. Rou. conſ. 95. num. 1. cum ſeq. lib. 2. &*
*per totum vbi reſpondet vltimi Molin. ad*
*Suarez all. 3. & 4.* qui videtur contra-
rium probare. Hæc nunc, ampliantur,
18 etiam ſi prætenderet hanc ſucceſſio-
nem ſibi competere mediante ſtipu-
latione, puta, ſi quis ſtipulatus ſit pro
ſe, & filio, nam ex quo intelligitur or-
dine ſucceſſiuo, ideſt poſt mortem pa-
tris, non poterit iſte filius antea agere
pro declaratione, vt adueniente mor-
te patris ad ipſum ſpectet ſucceſſio:
ratio eſt, quia ſi præmoriatur iudicium
eſſet eluſorium, & ſic adeſt eadem ra-
tio adducta *à Molin. in dicto primo ca-*
*ſu;* licet ſit vigore dictæ ſtipulationis in
vita patris nata obligatio filio, *vt do-*
*ctiſſimè ſubſtinet Minad. in conſ. 23.* Ve-
19 rum hæc limitantur, quando eſſet cer-
ta actio, & non poterit ex futuro euen-
tu tolli, *per text. & ibi Bart. in l. damni §.*
*Sabini, ff. de damno infecto,* ſic etiam li-
mitatur quando iuſta eſſet cauſa, quæ
aliquo modo induceret neceſſitatem
agendi; nam in his caſibus ante tem-
pus habilitatur ad agendum, *vt tenet*
*Molin. vbi ſupra, in fine nu. 32. verſ. hac*
*tamen, & deciſum refert in S. C. Praſ. de*
20 *Franch. in deciſ. 695.* cauſæ verò iuſtæ
ſunt multæ, & vnam allegat *Molin. vbi*
*ſupra,* videlicet. Si iſte viuens diſſiparet
bona maioratus ſub prætextu, quod
eſſent libera, quia tunc erit integrum
filio agere, vt bona alienata reſtituan-
tur, & alienatio, quoad proprietatem
declaratur nulla, et ſi vſusfructus com-
petat patri, et hæc eſt vera opinio in
vſu recepta, quicquid teneat *Bart. &*
*alij in l. ſi quis primis, §. in illo, C. de ſecūd.*
*nup. ijs*

Digitized by Google

*nuptijs dicentis dari in ſubſidium actionem filio ſuum Couarr.var.reſol.lib.1.cap.8.n.8.verſ.eſt an alia,&c. Pinell.de bonis mater.lib.1.3.p.nu.74. cum alijs allegatis per Ludouic.deciſ.Peruſ.*13.*num.*16. verum iſta actio cui extinta quoties conſtaret
21 alienationem fuiſſe factam à patre ex vrgenti neceſſitate, *per text. in l. magis puto,§.ne poſſint,de reb.eor.& authoritate, Couar. vbi ſupra num.*5.*& 6.* & aliorum dicit eſſe communem opinionem DD. idem *Ludouic.d.deciſ num.*11.cæterum tamen de iſta,quam de alijs octo cauſis inducentibus hanc neceſſitatem agendi vide apud.*Peregr.de fideicommiſſ.art.*41.*quem ſequitur, & alias cumulat Praſ. de Franch.vbi ſupra n.*2.*et ſeq.& Paſcha. de vir.patr.poteſt.cap.*10.*num.*34. *& ſeq. p.*4. Limitantur ſecundò,quando age-
22 ret idem poſſeſſor maioratus iuſtando,declarari poſt eius mortem ad quẽ ſpectare debeat eius ſucceſſio, *vt per Fab.de Ann.in d.conſ.*126.
23 Cum alijs latè nouiſſimè adductis *per Paul.Staiub. iuinor. eis reſ. forenſ.* 13. Sed hic aduerte,quod dũ nequit proximè ſucceſſurus agere ante tempus vltimi poſſeſſori, conſequens eſt, quod ſi dictus poſſeſſor fuerit ſuper maioratu, vel fideicommiſſo ab eo poſſeſſo conuentus. Quicquid erit geſſum non inferret præiudicium. Succeſſori tamẽ admictendo, quam admictendo, per *tex.in l.ex contractu,ff.de re iud.cum alijs allegatis per Molin. vbi ſupra lib.*4. *tit.*8. *num.*7.*Valaſc.de iure emphit. q.*10. *nu.*3. *Reg.Cap.Latro deciſ.*33.*nu.*7.verum obſeruamus in praxi ꝙ in his caſibus inſtante proxime ſucceſſione fit ordo, quod poſſeſſor non alienet, & debitoribus ex eum remanenant capitalia inconſulto Sacr.Conſ. immo poteſt ageret,vt præſtet cautionem de reſtituendo adueniendo tempore legatum, vel fideicommiſſum cum debitis fructibus
24 *Prout contra Molin. & Peregrin. teſtatur deciſum in deciſum in Sacr. Conſil.Praſ.de Franch.deciſ.*617.*quem ſequitur, & alijs rationibus corroborat nouiſſimè Molfeſ.in conſ.*7.*num.*12. & ibi vide de materia dictæ cautionis, *& latè Viſcont.in eius concluſ.iur.ver.debitor in diem,* Sed quid
25 in dote, an pro eius reſtitutione poſſi agi ſoluto matrimonio, ante completum annum contra hæredes viri, *text, in l.vnica,§.cum autem, C. de rei vxor.* actio decidit; quod ſic, & fuit pluries in praxi recepta,teſte *Afflict.deciſ.*279. *& Thor.in compend.deciſ.lib.*1. *verſ.agere autem ante tempus,&c.*Sed [redacted] eſt, quod hæredes præbent cautionem de reſtituenda dote finito anno, quia iſta eſt victoria talis Iudicij, pro vt in terminis.*Conſuet.Neapol.incip.mortuo viro, aduertit ibi Napodan. verſ.dari, & ſolui, & latè Praſ.deciſ.*218. *& ſic deciſum referente Conſiliario Salernitano in cauſa Petri de Roccha contra Franciſc. Anton. poſitanum anno* 1579.*repetitur in proceſſu hares act.S.C.de mandellis.* Item ſic etiã dicimus in proprietario cui eſt facienda reſtitutio finito vſufructu, vt poſſit agere contra vſufructuarium in rebus ſoli,quod præſtet cautionem de vtendo,& fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituenda re,finito vſufructu, *iuxta text.in l.*1.*ff.de vſufruct.quemadmod.caue.*& quid ſi eſt in rebus, quæ vſu conſumuntur? *vide text. in l. ſi tibi vini,ff. eodem.* Sed dubium eſt, quando vſuſfructus eſt in rebus, quæ vſu minuuntur, & inueteraſcunt, vt in auro,argento,& alijs metallis;qualiter ſit præſtanda cautio: ſicut in rebus ſoli, vel quæ vſu conſumuntur? latè diſputauit *D. Praſ.de Franch.deciſ.*641.*vbi vide.*
26 Sed aduertas, quod non eſt agendum de cautione quando actor eſſet certus creditor, mediante inſtrumento, annorum reddituum, nam tunc ſi forſitan deberet etiam conſequi nonnullas quantitates pro præterito;poterit agere,vt eius debitor ſoluat præteritas annatas, & ſingulis annis in futurum,tempore debito,correſpondeat; *Cacheran.in deciſ.Pedemont.* 130. *Surd. deciſ.*151.*num.*6.*Bellon.in deciſ. Gen.*91.*num.*22.& hoc in dies practicatur in Tribunalibus,& eſt ſatis vtile;nam ad adueniente tempore,abſque alia petitione

tione implorando officium Iudicis, fit exequutio contra taliter condemnatum, *per text. in l. item veniunt, §. idem rectè, ff. de petit. hæred. prout benè aduertit Vrſill. in addit. ad Afflict. in dicta deciſ.* 279. *num.* 2. & ſic de annuis legatis eſt dicendum *ex Suarez aleg.4. cum alijs cumulatis per Reg. Rou. conſ.* 95. *ſub num.9.verſ. nec obſtant iura &c.lib.*2.

Tertium exemplum, eſt reſpectu impor-
27 tunitatis temporis, in vxore volente in iudicio reiuendicare fundum dotalem, exiſtentem penes eius virum, vel tertium poſſeſſorem, quia viuente viro prohibetur, *vulgat. tex. in l. doce ancillam, C. de reiuendic.* & procedit etiam, quod prætendat iſta mulier contractum, vigore cuius eſt facta alienatio in tertium, eſſe nullum, *ſecundum gloſ. in* §.1. *inſtit. quibus alien. licet vel nõ; cum qua tenuit Specul. & alij, quos citat Loffred. in conſ.*33. *nu.*2. Ratio eſt, quia reiuendicatio datur habenti dominium, *L.*1. *C. de alien. iud. mut. &c.* & dominium rei dotalis eſt penes virum, adeo quod ſi dos conſiſteret in feudo; teneretur ipſe vir præſtare ſeruitia Regi, aliàs illud amittit, & cur negligentem virum elegerit imputabitur vxori; *Andr. in tit. de capit. Corrad.* §. *item ſi clericus,* Poterit igitur in reiuendicãda dote ſolus vir, conſtante matrimonio agere, quouis modo, in iudicio, *Bald. nouel. in tract. de dote priu,* 1. *par.* 7. *nu.* 15. *verſ. quorum;* & ſi aliter diceremus concurrerent qua-
28 tuor ſpecialia in eodem ſubiecto, *contra regul. text. in l.*1. *C. de dotis promiſſ.* Primum quod conſtante matrimonio fieret dotis reſtitutio: Secundum quod trasferretur dominium abſque traditione: Tertium haberet ipſa vxor hypothecatam rem ſuam: Quartum fieret Domina abſque traditione, contra expreſſos caſus legum, *quos ſigillatim enumerat Ioan. Lopez in repet. cap. per veſtram de donat. inter vir. & vxor.* §. 14.
29 *nu.* 3. *verſ. item ſi diceremus.* Nec refragatur quod dominium naturale rerum dotalium ſit ſemper penes vxorem vigore notabilis Conſt. Iuſtiniani, *in l. in rebus C. de iur. dot.* nam illud nil operatur, viuente viro, ſed ſolũ ipſo mortuo; & tũc duos producit effectus: Primum quod efficitur habile extremum ad reiuendicandam rem dotalem, viro traditam, inæſtimatam, vel æſtimatam ad cautelam, *iuxta theoricam Bald. in l. prædium C. de iur. dot.* Immò etiã ſi æſtimata ſit, æſtimatione inducente emptionem in ſubſidium, ideſt diſcuſſis facultatibus viri, *vt per gloſ. in d. l. in rebus verſic. æſtimata, in fi. & Bald. ibi n.*8.
30 Secundus effectus eſt, quod tunc in vendicando, ſeù agendo hypothecaria ſuper re dotali præfertur omnibus creditoribus anterioribus hypothecarijs viri, *vt in text.* ibi ( *mulierem in his vendicandis omnem habere poſt ſolutum*
31 *matrimonium prærogatiuam.*) Verum ſi dos fuit promiſſa viro ab aliquo, mediante ſtipulatione, in cõtractibus, ſed non dum tradita, tunc mortuo viro, poterit agere vxor contra hæredes viri ( qui cedendo iura liberantur ) vel iudicio aſſiſtentiæ ſuper bonis promittentis, vti nominis debitoris eius viri,
32 *vt benè Præſ. de Franch. in deciſ.* 33. Nec refragatur ſecundo, quod vxor, adhuc viuente viro vergente ad inopiam, poterit agere iudicio aſſecurationis pro eius dotib. *iuxta diſpoſitionẽ tex. in l. vbi adhuc C. de iur. dot.* quia iſtud eſt remedium legis; ne vir grauatus ære alieno priuetur etiam fructibus dotis, & nequeat ſubſtinere onera matrimonij, *vt*
33 *notant DD. in l. ſi conſtante ff. ſol. matrim.* & ideò quando aſſecuratur mulier illa bona retinet loco cuſtodiæ, *vt notat Lopez in d.* §. 14. *& Afflict. deciſ.* 9. *Soccin. conſ.* 2. *&* 62. *volum.* 1. & ſic per dictam aſſecurationem nõ extinguitur hypotheca ſuper alijs bonis viri, quia ex ea non acquiritur dominium, *Capyc. deciſ.* 46. & periculum bonorum ſuper quibus eſt facta aſſecuratio pertinet ad virũ, *Io. Lopez in d. repet. cap. per veſtras* §. 21. & creditores viri aduerſus illum non habent ius offerendi, *Bart. in d. l. ſi conſtante nu.* 88. *Neguſant. de pignor. primo*



Digitized by Google

*mo membro 5.part.nu.31. Afflict.dec.99.* Et licèt aſſenſus præſtitus à Rege ſuper reſtitutione dotis,extẽdatur etiam ſuper aſſecuratione: procedit quia caſus aſſecurationis, eſt tãquam præambulum neceſſarium ad reſtitutionem, & ideò bene comprehenditur in eo, *vt bene per Frecc. de ſubfeud.lib.2. quaſt. 2.nu.1.& 7.* Immò eſt remedium ſub-
34 ſidiarium, & ideò non conceditur aſſecuratio ſuper bonis à tertio poſſeſſis; niſi facta prius diſcuſſione, ſuper bonis viri, *Bart.in d.l.ſi conſtante num.72. Roland.à Valle conſ.9.nu.5.vol.1.cum allegatis per Gabr.concluſ.1.tit.de fideiuſ. nu.21. fol.mihi 333. & iſta opinio eſt in praxi recepta, licèt in capitulis matrimonialibus adeſſet cõſtitutum,& precarium, prout in S.C. fuit deciſum iunctis aulis in cauſa inter Mag.Iſabellam Iuſtinianam, & Baldaxarem Brecegnam, & alios referente* Regio *Conſil. de Altomare, proceſſus eſt ad præſens penes acta de Cantone,* nec
35 tandem obijci poteſt,quod vxor vltra caſum inopiæ, conſtante matrimonio, poterit eſſe in iudicio, & defendere eius bona dotalia aduerſus creditores viri, ac etiam admictitur ad illa vendicanda, ſi forſitan forent propter mariti delictum Fiſco publicata, *vt tenet Neguſ.in tract.de pignor.1.memb.1.part. num.33.* Nam primo caſu permictitur, quia ſi creditor viri exequitur ſuper feudo dotali, eſſet quædam alienatio, quæ prohibetur à iure,maximè in præiudicium vxoris, *vt notat ibi Neguſant. vt latius dicemus infra in tit.de tertio competente.*
36 Secundo vero caſu permittitur, quia per publicationem bonorum viri, inducitur eius vergentia ad inopiam, *vt per Bald.nouell. de dote part. 7.priuil.17. circa finem,quam allegat Neguſant.ibi &* tunc poteſt agere, vt ſupra. Reliqua ad hanc ſecundæ prohibitionis ſpeciem, *vide infra in par.2.cap.7.*
37 TErtia principalis ſpecies prohibitionis eſt reſpectu perſonarũ, quæ eſt maior omnibus prædictis, *gloſ. in l.2.§.1.ff.qui ſatiſd. cogantur,* & perſonæ quæ prohibentur ſunt multæ, & ſignanter ſubditi, quorum poteſtas agendi tranſlata eſt in ſuperiorem, qui pro illis admictitur in iudicio, *Bar.in l. ſancimus,C.de Sacroſ.Eccleſ.nu.11.* Item coniuncta perſona non poterit agere pro coniuncta, niſi agat nomine illius, *Bar.in l.exigendi, C.de procur. Viſcont.in eius concluſ.iur.ver.coniuncta.* Epiſcopus nomine Cappellæ pro qua agit, *notat*
38 *Bar.vbi ſupra nu.*10. Et de Rectoribus, Vicarijs circa res pertinentes ad eorum rectoriam,& vicariam, *bene Abb.in cap.perpetuus,de fide inſtrumentorum.* verum in coniunctis requiritur promiſſio de rato, *vt per Bart.in l.1.C.de proc. per text. in l.ha perſona,ff.eod. Lud.deciſ.peruſ.49.Borrell. in ſumma deciſ.tit.66.de procurat.num.44.cum ſeq.tom.1.*ſed hoc non procedit in criminalibus, *Capyc. deciſ.5.nu.6.*
39 Item cedẽs aliquid, poſt ceſſionem, licet primæ directæ actiones remaneãt penes ipſum,& proinde poterit exigere debitum ceſſum, *vt latè examinat Oſaſc.deciſ.62.Theſaur.99.forenſ.quaſt. 12.lib.4.* tamen ſi concurrat vnus ex trib. requiſitis *in l.3. C.de nouat.* non poterit pro illa re agere in iudicio, vt ibi.& quod ſufficiat ſcientia etiam extraiudicialis tenet *Theſ. vbi ſupra nu.3.* Sed hoc idem operatur, ſi adſit in Inſtrumento ceſſionis clauſula ſolita, ſcilicet (*ponens, & conſtituens ceſſionarium procuratorem in rem propriam,*) quia tũc omnes actiones, ac ipſarum exercitiũ transfertur in ipſum, *vt probat text. in l. qui quadraginta,iuncta l.1. circa princip. ff.ad Trebell.& voluit Bar.in l.in prouinciali.§.ſi ego,ff.de noui oper.nũc.& Alex. in d.l.qui quadraginta,nu.4.* ſed contradicit *Iaſ.in l.ſi cum emptore num.9.ff.de*
40 *pactis*; rationem aſſignat, quia cedens ſemper intelligitur ponere ceſſionarium in eius locum; & conſequenter transferre in eum bonorũ dominium, *ſequitur Alex.in d.l.in prouinciali, & bene Menoch.in conſ.101.nu.13.vol.3.* Ideò
41 ibidem *Iaſ.nu.*11.dat aliam cautelam, ſcilicet, quod in Inſtrumento opponatur

tur

tur illa verba, videlicet, ( *transferens non ſolum omnem actionem quam habet contra debitorem ſuum, ſed etiam omnem ſpem, & exercitium actionum, ita quod apud cedentem nulla remaneant actionum reliquiæ*, & tunc cedēs nullo modo poterit agere, etiam antequam vnum ex tribus requiſitis interueniat, & iſta eſt
42 melior practica; & vide ibi de alijs ad hanc materiam. Et ſicut tunc prohibetur agere; ita etiam confiteri ſibi fuiſſe ſolutum debitum iam ceſſum in præiudicium ceſſionarij, *vt deciſum refert Afflict. deciſ. 162. in fine, ſed vide plenè de hoc per Paul. de Caſtr. & DD. in d. l. ſi emptore, ff. de pacto, & Alex. conſ. 46. volum. 5.* Sed aduertas quod olim, nec ceſſionarius admittebatur ad agēdum pro receſſa, niſi ex cauſa oneroſa,
43 *vt in ritu M. C. 290.* Cuius diſpoſitio hodie non procedit, quia fiunt ſimpliciter donationes rerum, quo caſu in conſequentiam venit ceſſio iurium, *vt*
44 *aduertit ibi additio de Bottis.* Verum ſi fiat ceſſio ex pretio; tunc eſt videndum ſi verè, & realiter fuerit ſolutum, vt ſi Notarius dicat fuiſſe numeratum in eius præſentia: & tunc indubitanter poterit ex ea agi; ſi vero fuerit de illo habita fides, licet valeat ceſſio, tamen eius exercitium, ideſt poteſtas agendi in iudicio ceſſionarius non habet, niſi prius ſoluat pretium, & ſi agat de facto, & deinde ſoluat validatur iudiciū *Bald. in l. per diuerſas, col. 5. num. 17. ver. decimo tertio, C. mandati.* Secus verò ſi
45 ſolum de pretio appareat confeſſio, *vt per Menoch. in præſumpt. 129. nu. 2. ver. 2. eſt coniectura lib. 3.* & ibi vide de alijs modis, quibus præſumitur ceſſio ſimulata, vt ex ea non poſſit agi, *& per Specul. in tit. de ceſſione actionis* §. 1. Et ſignanter, (& hæc ſatis verſatur in praxi) ſimulatio arguitur in ceſſione, quādo pro ea recipitur modica quantitas,
46 ideo prouiſum eſt *per Conſt. Iuſtin. in l. per diuerſas, C. mandati*, tunc non poſſe ceſſionarium agere contra debitorem ceſſum; niſi pro quātitate verè ſoluta;
47 cuius diſpoſitio fallit in multis caſibus notatis *per Menoch. vbi ſupra, & Gabriel. in tract. comm. concluſ. titul. de action. concluſ. 5. fol.* 151. & notabiliter fallit diſpoſitio dictæ legis, ſi talis ceſſio fiat cum voluntate debitoris, *Bald. & Angel. in l. cum eſſent* §. 1. *ff. de ſer. ruſt. præd.* Roman. *conſ.* 87. *& Hippol. ſingul.* 45. vel ſi fiat ceſſio fratri de re relicta in hæreditate maiorum, *Soccin. iun. conſ. 48. num. 6. volu. 3.* Item ſi cedatur ius ad rem recuperandam, ipſa recuperata pcedit *d. l. diſpoſitio, & l. ab Anaſtaſio, C. eod.* & ad id tamen, quod ſolutum eſt agi poterit, iuxta tradita *per Pariſ. conſ. 64. vol. 4.* ſed ſi fiat perſonæ miſerabili an dicatur ob piā cauſam, & non præſumatur ſimulatio? quod non, *Afflict. in Conſt. Reg. ſtatuimus qu. 6.* & quæ ſint perſonæ miſerabiles, *infra cap. 6. part. 2. de alijs ad materiam vide*
48 *Menoch. vbi ſupra.* & aduerte, quod ceſſio debet fieri, quādo fit ſolutio cre-
49 ditori, vel cum pacto de cedendo, alias ſi fieret poſtea nō valeret *l. Modeſtinus, cum eius materia, ff. de ſolut.* hoc tamen non procedit quoties ſolutio fieret ab vno ex fideiuſſoribus, vel alio ex inſolidum obligatis, quia tunc intelligitur facta ſolutio cum hoc pacto, *Bald. in d. l. Modeſtinus, & eſt text. in l. fideiuſſorib. ff. de fideiuſſ.* adeo quod ſi fuerit renitens creditor deinde facere dictam ceſſionem poterit cogi, vt fuit obſeruatum in S. C. refert *Regens Capyc. Latro dec. 32.*

50 Item perſona prohibita ad agēdum eſt contumax ex cauſa criminali maximè effectus bannitus, immò nec poterit per procuratorem agere in cauſa ciuili, vel ſe defendere, niſi contumacia purgata, *vt in ritu M. C. 220. & in cauſa illorum de Milo cum illis de Cunſio facto verbo in Sacr. Conſ. fuit prouiſum: nōn eſſe in ea procedendum, obſtante contumacia. anno 1564. Actuarius tunc Vincentius de Angelis*, & ſic in dies practicatur, & de materia etiam qualiter contumacia purgetur, *vide ibi Carau. & in ritu 211. nu. 2.* & attenta diſpoſitione dicti ritus, etiam parte nō oppo-



Digitized by Google

51 nente, nequit agere bannitus, *ex ad-*
*ductis per Dec. in conſ. 276. col. 3. verſ. ſed*
*prædictis*, & hoc procedit nedum in li-
te incipienda, ſed iam cæpta ante ban-
num, *vt per Borrell. in dicta ſũma dec. tit.*
*de procurat. nu. 19. to. 1.* ſed an admitta-
tur in cauſa alimentorum, *Angel. Aret.*
*in* §. *minor. inſtitut. de capitis diminuit.* &
quid ſi agat ex iure ceſſo? *idem Angel.*
*in* §. *cũ aũt inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt.*
*ſolut.* quid ſi litiget contra alium Ban-
nitum? *Bald. in l. cum mulier. ff. ſolut. ma-*
*trimon.* & licet Bannitus non poſſit
agere tamen ſi cedat eius iura ceſſio-
narius poterit agere, adhibita tamen
diſtinctione tradita *per Reg. Rouit. in*
*rubr. de exul. n. 25. & ſeq. Carau. rit. 219.*
52 *nu. 16.* Et quod poſſit iura cedere, *Io. à*
*Graſſ. in tract. de ceſſion. iurium* § *2. num.*
*10. & ibi de materia*, & an banniti no-
ſtri temporis æquiparentur deportato,
vel relegato? *Cacher. in deciſ. Senat.*
53 *Pedem. 105. nu. 9.* At ne erres prædicta
non procedunt in contumace ex cauſa
ciuili, quia contumaciam purgabit, re-
fectis expenſis Aduerſario, *iuxta text.*
*in l. ſancimus, C. de iudicijs*, de cuius ma-
teria, latè *Menoch. de arbitr. Iudic. q. 36.*
licet hodie in S.C. & M.C. iſta refectio
receſſit ab vſu, remanentibus alijs pœ-
nis illibatis, *vt infra cap. 4. par. 2.*
54 Inſuper perſona filijfamilias non po-
teſt eſſe in iudicio, niſi accedente con-
ſenſu patris, *vt l. fin. §. neceſſitate, C. de*
55 *boniſque liber.* Et quod dixi de Patre
intellige de Auo reſpectu nepotis, &
pro nepotis, qui eſt in eius poteſtate, §.
*ius autẽ ver. qui igitur inſtit. de patr. poteſt.*
56 *Ludouic. dec. Peruſ. 13. n. 13.* qui cõſẽſus
eo ipſo intelligitur præſtitus ſi pater ſi-
mul agat cum filio, *Galielm. de Benedi-*
*ctis in cap. Raynutius, verſ. mater inſuper*
*alteram nu. 44. extra de teſtam.* ſic etiam
intelligitur præſtitus ſi filiusfamilias
conſtituat procuratorem in lite, con-
ſentiente patre, *Bald. in l. fin. §. ſi autem,*
*C. de bon. quæ liber. Ludouiſ. deciſ. Rom.*
*43. nu. 3.* quid ſi pater habuerit literas
de iudicio faciendo per filium, & ta-
ceat an videatur conſentire? quod ſic
tenet *Bald. in l. fin. num. 4. C. ad Macedon.*
vel fuerit certioratus per nuntium
*idem Bald. in Auth. cauſa quæ C. de Epiſc.*
57 *& cleric.* & quod conſenſus patris ad
conualidandum iudicium intentatum
à filio ſufficiat, ſi interponatur in qua-
libet ipſius parte, *vt per Afflict. deciſ.*
*180. cum alijs allegatis per Borrel. in ſum-*
*ma deciſ. de Iudic. tit. 43. nu. 34. tom. 1. qui*
*ſub nu. 44.* dicit hoc non procedere in
præiudicium iuris tertij quæſiti verum
pater teneatur præſtare d. conſenſum
alias poterit cogi à Iudice *d. l. fin. §. ne-*
58 *ceſſitate, & ibi Bart. C. de bonis quæ liber.*
& ſic in dies practicatur de qua praxi
teſtatur, *Ludouic. deciſ. Peruſ. 16. num. 3.*
ne illud iudicium eluſorium eſſet *idem*
*Ludouic. dec. 13. nu. 20.*
59 Verum in hac materia multi ſunt ca-
ſus in quibus iſte conſenſus patris,
non requiritur: & ſic filiusfamilias po-
teſt abſque illo eſſe Actor, vt genera-
liter in omnibus cauſis criminalibus,
*Bald. in l. ſi ſeruus C. de noxal. actio. nu. 1.*
*& 2. Borrell. in ſumma deciſ. tit. de pro-*
*cur. 66. nu. 2. & ſeq. tom. 1.* ſi etiam quan-
do ageretur de recuperanda re acqui-
ſita per filium cum conſenſu patris,
*Bald. in l. iubemus, C. de emancipat. libert.*
*Ludouiſ. deciſ. Rota Roman. 43. nu. 6. vbi*
*de alijs ad materiam*, ſic non requiritur
quãdo iudicium intentatur ſuper ali-
qua re, de qua nõ quæritur patri vſuſ-
60 fructus, *Cappell. Tholoſ. deciſ. 306.* &
vſusfructus non quæritur patri quo-
tieſcumque filius non eſt in eius pote-
ſtate, *l. cum oportet, C. de bonis matern.*
Quod eſſe contingit, vel quia filius eſt
emancipatus à patre, quo caſu effici-
tur ſui iuris, de quo, & alijs modis, *vi-*
*de in tit. inſtit. quib. mod. iur. patr. poteſt.*
61 *ſolu.* velquia ex ſtatuto efficiatur ſui
iuris, vt in filiafamilias nupta in Ciui-
tate Neapol. quæ per conſuetudinem,
*ſed & mulier*; iam eſt effecta ſui iuris, &
per conſequens in eius bonis pater
non habet vſumfructum, *ſecundum*
*Boer. deciſ. 197.* & in caſibus in quibus
62 pater non habet vſumfructum non
diceretur legitimus adminiſtrator filij,
reſpe-

Digitized by Google

reſpectu eorum, quæ concernunt iudicium, ſecus gubernium extraiudiciale, ſecundum intellectum, *l. fin. §. fin autem, C. de bonis, quælib. de qua teſtatur* Reg. *Capic. Latro in 2. lib. contr. cap.* 41. *num.* 5. & ibi per totum de materia, hinc ſi filius Neapolitanus eſſet conuenctus, vel ageret pro bonis ſibi à matre obuentis in quibus attenta conſuetudine Neapolitana reputatur paterfamilias, non requireretur patris conſenſus, vt dicunt *Addentes ad conſuet. ſub tit. de filioſamil. volent teſt.* quos ſequitur. *Scipio Bilotta nobili Beneuentanus in eius conſ.* 15. *num.* 4. *poſt quæſt feudal.* & ſic tandem non requiritur, iſte conſenſus quando ageret contra eundem patrem, ſicut dicimus in Monaco contra monaſterium, & ſimil. *DD. in cap. edoceri, de reſcriptis.* Sed quia iſta eſt dubia opinio, vt aſſerit *Felyn. ibid.* Ideò cogitandum reliquit, *Caſſan. ad conſuet. Burg. rubr.* 13. §. 6. *in text. ou paſſer procuration, num.* 4. hac de re practici ad cautelam dicunt eſſe petendam veniã, *Borrell. in ſumma deciſ. titul. de in ius vocan.* verum ſi non opponatur in primo actu, amplius non obſtaret, *Guido Papa deciſ.* 221. *Cacher. deciſ. Senat. Pedem.* 30. *num.* 21.

63 Et quod diximus de conſenſu, intelligas de filio familias maiori, nam ſi erit minor neque conſentiente patre poterit eſſe in iudicio, ſed dandus eſt ei curator ad lites, *Maſtrill. deciſ. Sicil.* 82. *num.* 9. & interim non poterit procedi ad vlteriora, maximè ſi opponatur à conuento, *Bald. in l. non eo minus, C. de procur. Surd. deciſ.* 108. *num.* 9. dum-
64 modò iudicium non ſit ſuper poſſeſſorio, nam tunc etiam minor poterit eſſe in iudicio abſque curatore, *Afflict.*
65 *deciſ.* 283. *nu.* 5. vel ſi conſtituat procuratorem cum iuramento, quia tunc valebunt acta, & iudicium factum cum illo, quia reputatur maior, virtute iuramenti, *Præſ. de Franch. in deciſ.* 448. *Maſtrill. in deciſ. Sicil.* 54. *num.* 5.

66 Et quando quis compareat tanquam minor debet ante omnia docere de ætate, *Bart. in l. de ætate, ff. de minor. Ludouic. deciſ. Peruſ.* 56. verum ad probandam ætatem ſufficerent perſonæ coniunctæ tanquam de ea magis informatæ, *Bart. in l. de minore,* 3. *col. ff. de minor.* ſic etiam per obſtetrices, quæ actui natiuitatis inter fuerũt, *l.* 3. §. *duo, ff. ad Carbon.* ſed, vt plurimũ per librũ Sacri Baptiſmatis, *Dec. conſ.* 682. *nu.* 16. *Caual. de tut. & cautel. nu.* 296. ſic etiam ex aſpectu *Bart. in d. l. de ætat. & de his omnibus tractat Ludouic. deciſ. Peruſ.* 55.

67 Item pupillus, & adultus, mortuo patre, nequeunt eſſe in iudicio, ſed pro eis poterit eſſe quilibet de populo etiam mulier, quæ ex ſui perſona nullum habeat intereſſe, quod dicit, *Bart.* eſſe ſpeciale fauore pupillorum, *in l.* 2. *num.* 6. *C. de negot. geſt.* cum alijs allegatis per *Gizz. deciſ.* 41. *num.* 13. Sed præcipuè hoc ſpectat ad tutorem, & curatorem, dummodò doceant de adimplemento ſollemnium à iure requiſitorum, *vt in ritu Magn. Cur.* 42. aliàs non valerent eorum geſta, & ita ſemper iudicatum fuiſſe in Sac. Conſ. *teſtatur Gizzarell. in deciſ. S. C.* 12. *nu.* 1.
68 & quæ dicantur iſta ſolemnia, *vide Bart. & Bald. in l. ſi tutor, C. quibus ex cauſis in integr. reſtit. & Alexa. conſ.* 129. *num.* 3. *& ſeq. vol.* 1. *Boer. deciſ.* 53. *Capyc. deciſ.* 50. *cum alijs allegatis per Thor. in compend. deciſ. verſ. ſolemnia ad quæ tuto-*
69 *res, & ver. proceſſus tom.* 1. Et an mater tutrix teſtamentaria teneatur adimplere dicta ſolemnia? *vide Boer. deciſ.* 124. *in* 2. *quæſt.* & quod teneatur præciſè ad cõficiendum inuentarium, *refert Thor. vbi ſupra verſ. mater tutrix relicta.* &
60 licet regulariter fœmina nõ poſſit eſſe tutrix, fallit in matre, & Auia *Auth. matri, & auia, C. quando mulier tut. off. fung. poſſ. de qua bene Paſcal. de vir. patr. poteſt. cap.* 10. *part.* 3. Immò in tutela eius filiorum præfertur omnibus etiã auo paterno, *Afflict. deciſ.* 183. *Galder. in prax. tutel. in prima parte num.* 18. Sic
71 etiam in Baliatu (de quo infra) *Andr. in conſtit. comitibus col. ante penult.* dum-
72 modò adimpleat quædam ſolemnia,

& ſi-

& ſignanter renunciet ſecundis nup-
tijs, & Velleiano, vt in d.auth.matri, &
auia, & ſtatim quod nuptias contrahit
priuabitur tutela etiam quod eſſet te-
ſtamentaria tutrix, Guid.Pap.deciſ.539.
73 & tàm in iſto, quàm in quolibet caſu,
quo non poterit eius filiorum exerce-
re tutelam, tenetur omninò petere pro
eius filijs tutorem, vt habeant legiti-
mam perſonam, pro ipſorum defenſio-
ne, iuxta text.in l.alienam, C.de procurat.
aliàs in pœnam priuabitur illorum
ſucceſſione, vt per Annam ſingul.335.
74 Sed aduerte, quod ſi pupilli impube-
res, ideſt minores 14. annorum vſque
ad 18. per vlt.pragm.de qua facit mentio-
nem Conſil.de Georgio allegat.33.in final.
verb. tàm mares, quàm fœminæ ha-
beant feuda, tunc loco tutorum datur
eis à Rege Balius, dummodò ſint fi-
lij nobilium, ideſt Comitum, Baronũ,
& Militum, dicit Andr.in conſtit.Regni,
75 minoribus, ver. quia frequenter, & ibi
vide, quid in alijs inferioribus homi-
76 nibus, & villanis. Qui Balius dari de-
bet à Rege, & ſic eius Collat. Conſ.in
hoc Reg.in defectum, ideſt quando à
patre feudatario, eius filijs non fuerit
relictus, cum ei permittatur de iure
nouiſſimo, per cap.feudatarius, & talis
Balius relictus poterit abſque alia
Regis confirmatione adminiſtrare bo-
na pupillorum, vt per Capyc. in dicta
inueſtitura, ſub verbo feudatariorum Ba-
77 lij, ver.Balium fol.86. iſte Balius erit lo
co tutorum pro iſtis pupillis, perſona
legitima in iudicio, alias lis non valet,
Capyc. vbi ſupra ver.creantur, & ex eo
quo poterit etiam adminiſtrare bur-
genſatica, vt per Capyc. in dicta inueſti-
tura ſub verb.adminiſtrent, verſ.admini-
ſtrabit; poterit etiam pro burgenſati-
cis eſſe in iudicio; nam valet argumẽ-
tum de vno ad aliud, prout idem Capyc.
arguit in d.c.Imperialem, §.præterea col.3
per tex.in l.ait prætor, §.1.ff.de iur.delibe.
78 Sed an teneatur prius omnia ſolẽ-
nia adimplere, & de illiis docere, ſicut
tutor, vt poſſit eſſe legitima perſona in
iudicio? vide Capy.in d.verb.adminiſtrẽt
& in c.Imperialem ver.præterea 4.nota-
bili, & latè Reg.de Ponte in deciſ.20. vbi
vide quæ ſint iſta ſollemnia, & decla-
rat idem Reg.de Ponte de poteſtat.Proreg.
ſub titul.de Balijs dandis, & an prædicto
Balio ſit conſtituendum ſalarium de
bonis pupilli, ſicut, & tutori? DD. in
conſtit.Reg.minoribus, dicunt, quod ſic,
Capyc.d.cap.Imperialem 5. notab. ſed
quod non ſit conſtituendum, quando
79 Balius eſſe pater, deciſum refert Præſ.
de Franch. deciſ.140. reliqua diximus
in Methodo feudal.p.3.in præl.to.1.

80 Tandem ſub dicta prohibitione
comprehenduntur perſonæ incapa-
ces bonorum, vt ſunt Monaci de Or-
dine Minorum Sancti Franciſci, & ſi-
mil.iuxta diſpoſitionem Clem. exiui de
Paradiſo, de verb.ſignific. verum hoc in-
telligitur iure actionis, nam benè po-
terunt conſequi, & petere pia legata
pro elemoſyna fabricæ, & alijs neceſ-
ſitatibus Eccleſiæ implorando officiũ
Iudicis, & ſic eſſe in Iudicio, Bart.in l.
ne quicquam, §.fin.ff.de offic.Proconſul: &
in l.Quintus, ff.de action.legat. Iaſ.in l.1.
C.qui admitti. Sed hoc de iure com-
muni, nam hodie per Breue Apoſtoli-
cum videtur correctum, & ideo ad il-
lud me remitto.

Tandem prò Coronide huius tituli
eſt aduertendum, quod in delictis qui
pulſat, & petit puniri delinquentem,
81 loco actoris, dicitur accuſator, ſeù
quærelans, vt ſupra num.1. de quo Mar.
part. 6. in eius ſpec. & pro iniuria fa-
cta vni de Vniuerſitate, vel Collegio,
vel vaſſallo poterit agere ipſa Vniuer
ſitas, Collegium, vel Dominus, Guid.
82 Papa deciſ.464. Ferdinand. Rouit. in al-
leg.tradita per ſuum genitorem in pragm.
8. de compoſit. num.18. & ſeq. d.Paſchal.
vbi ſupra cap.1.p.2. quod intereſt, nam
83 cui competit ius quærelandi compe-
tit facultas remictendi, iuxtà diſpoſitio-
nem dicta pragmat. 8. vbi latiſſimè Reg.
Tapia, & de alijs ad materiam dixi in
Methodo feudali par.5. capit. p.4. cap.6.
84 tom.2. ceterum onus probandi in iu-
dicio, an & quando incumbat actor?
vide-

Digitized by Google

*videbimus infra de probat. in genere, cap. 18. part. 2.*

## De Reo, & ijs qui prohibentur conueniri in Iudicio. Cap. VI.

### SVMMARIVM.

1 REus quis propriè dicatur.
2 Bannitus, & excommunicatus, & simil. conuenti poſſunt ſe defendere in Iudicio.
3 Conuentus ſuper re, de qua habet cauſam à Fiſco Cæſarea qua exceptione tueri poſſit, iuxta l. bene à Zenone, C. de quat. præſcript.
4 Pragmat. edita Thori quando procedat, vel non plures recenſentur caſus num. 5. 6. 7. & 8.
9 Agere ante tempus adimpletæ conditionis, quis non poteſt.
10 Promittens ſoluere id quod debet Titius factis computis, an teneantur mortuo Titio, & illis non factis.
11 Conueniri nō poteſt quis habens moratariam, & quando, n. 12.
13 Cautio iuratoria præſtatur à paupere per moratoriam ei conceſſam.
14 Moratoria conceſſa ob bonum publicum non exigit cautionem.
15 Moratoria conceſſa principali quando extendatur ad fideiuſſores, & quid autbori laudato, & ad debitum Eccleſiæ num. 16. refertur obſeruantia num. 17.
18 Moratoriæ in Regno, an & quando concedantur.
19 Debitor pendente dilatione quinquennali, quando poſſit conueniri, nu. 21. & 23.
20 Captus ſub bona fide gaudendi moratoria nulliter conceſſa à Iudice adhuc debet exarcerari.
24 Dilatio quinquennalis conceſſa debitori, an extendatur ad fideiuſſores, & alios inſolidum obligatos.
26 Hæres infra tempus conficiendi inuentarium an, & quando poſsit conueniri, num. 26. 27.
28 Filius ex beneficio Prætoris, non dicitur hæres Patris, ad hoc vt talis poſsit conueniri, niſi probetur immixtio hæreditatis, n. 29.
30 Hæreditatis immixtio qualiter probetur.
31 Filius, inſtante creditore paterno, tenetur declarare ſi eſt hæres patris, & ſi poſsidet eius bona, & quid obſeruetur ſi noluerit declarare, nu. 32.
33 Miles conuentus quando poſsit ſe tueri exceptione hoſtica, plures recenſentur caſus num. 34. & quando obſtat, an ipſe nequeat alios conuenire, num. 35.
36 Fideiuſſor quando valeat agere pro indemnitate contra principalem, quid inter correos, nu. 37.
38 Debitor pauper carceratus poterit petere alimenta à creditore, & ſi non præſtentur excarceratur, n. 39. Et an poſſit iterum carcerari ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam, nu. 40.
41 Minor, Vniuerſitas, Reſpublica, & ſimil. qualiter conueniri poſsint.
42 Pater an ſit legitima perſona pro filio in iudicio.
43 Minor habens tutorem inutilem, idem eſt ac ſi non haberet.
44 Minor clericus à quo Iudice habeat tutorem ad litem.
45 Procurator minoris cum iuramen-

to

*to conſtitutus, eſt legitima perſona in Iudicio, abſque Curatore.*

46 *Curator ad litem an teneatur adimplere ſolemnia.*

47 *Curator datus à Iudice non defendens pupillum, an præiudicet minori, vt nequeat reintegrari ex beneficio reſtitutionis?*

48 *Conueniri quando poſſit vnus ex pluribus hæredibus inſol dum, latè explicatur, & num. 49.*

50 *Conueniri in ſolidum, an quis poſſit pro re indiuidua, & quid in re cõmuni.*

51 *Conueniri in ſolidum, an poſſit vnus ex tutoribus, vel adminiſtratoribus teſtamenti.*

52 *Conuento vno ex inſolidum obligatis, an cenſeantur alij liberati.*

53 *Creditor ſuccedens vni ex eius creditoribus obligatis inſolidum, ob nõ confectionem inuentarij, cenſeantur alij liberati.*

54 *Correus debendi in ſolidum à cenſeatur liberatus ſi actor ſit conuentus per tota ſumma.*

55 *Creditor ſuccedens vni ex debitoribus in ſolidum, an alij cenſeantur liberati.*

1 ALia perſona, cuius interuentu perficitur iudicium, eſt Reus, & dicitur ille, qui conuenitur ad aliquid præſtandum, vnde aliò vocabulo vocatur conuentus, *cap. forus, de verb. obli.* & cum eius ſint partes ſe defendere, & euitare condemnationem rei petitæ, videtur neceſſariò prouocatus, & ſic propriè dicitur Reus, ad differentiam Rei voluntarij, *vt explicant Canoniſtæ, in cap. cum inter, & præſertim Abbas num. 13. de except.* vnde infertur,
2 quod omnis poteſt eſſe Reus, & conſequenter ſe defendere, & audiri aduerſus prętenſa, & petita per Actorem etiam ſi eſſet excommunicatus, vel Bannitus, & ſimil. *vt probat Sigiſm. Saccia in tractat. de ſent. & re iudic. gloſ. 11. verſ. contra, num. 9. verſ. reus neceſſarius.* Verum, vt ordinatè procedamus tres ſpecies prohibitionis (ſicut in actore diximus) conſtitui poſſunt.

*Prima, Reſpectu qualitatis rei.*
*Secunda, Temporis.*
*Tertia, Perſonæ.*

3 REſpectu primæ, multa poſſunt adaptari exempla, & ſignanter in re poſſeſſa cum titulo, à Regio Fiſco Cæſareo, Imperatore, vel eius coniuge, nam ſuper illis non poteſt conueniri, & moleſtari; ſed ſolum Fiſcus, & Imperator infra quadriennium; *iuxta diſpoſ. l. omnes, & l. benè à Zenone, C. C. de quatr. præſcript.* quæ procedunt; etiam quod bona conceſſa fuiſſent aliena, dummodò Fiſcus, aut Princeps bona fide cõceſſerit, de quibus, & alijs ad intelligentiam dictarum, *ll. vide Capyc. in inueſt. feud. ver. feudatorum exceptiones, & Laurent. deciſ. Auen. 16.* quas extende etiam procedere in quolibet alio Principe habente iura Imperij, *ſecundum Anton. Fabr. in d. tit. de quatr. deciſ. 1.* & diſpoſitio dictarum legum eſt vna de exceptionibus impedientibus litis ingreſſum, *Reg. Rouit. in comment. ad pragmat. Reg. pragm. 5. num. 13. de ordin. Iudic.* & poteſt opponi, tàm in vim dilatorię, quàm peremptorię, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 6. nu. 2.* verum reſeruatur ad merita in S. C. iuxta obſeruantiam relatam *à Præſ. de*
4 *Franch. deciſ. 377.* Secundum exemplũ huic ſimile, eſt in eo qui poſſidet bona feudalia, vel burgenſatica quocunque titulo ſibi conceſſa à prædeceſſoribus Regib. Regis Catholici Ferdinandi, cum expreſsè prohibitum ſit in illis poſſidentem aliquo modo poſſe moleſtari, niſi obtenta licentia, *prout latè in pragmat. edita Thori, incip. Ferdinando,*

Digitized by Google

5 *do*, Sed quia dicta pragmatica, non
procedit contra repetentes dotes; hæ-
ſitatum eſt, an extendatur ad mutuum
dependens ex dote, ita vt agentes pro
eo non obſtet exceptio d. pragmaticę?
*Loffred.* ex identitate rationis, conclu-
dit quod ſic, *in conſil.* 34. *in fine verſic.*
*vltimo in iure, &c.* verum iſtam limita-
tionem concludit non vendicare ſi-
bi locum in dote cõfeſſata, adeo quod
contra agentes pro ea obſtabit iſta
exceptio, *vt in conſil.* 22. *per totum.* Sed
6 an procedat in conceſſionibus factis,
tempore quo Rex Federicus erat diſ-
peratus de Regno? *Afflict. deciſ.* 396.
*concludit quod non, & ſequitur Vrſill. n.* 8.
*poſt Grammat. deciſ.* 65. *num.* 46. & 47.
& quod etiam non habeat locum diſ-
poſitio dictæ Pragmaticæ, contra Ec-
cleſiam, *fuit ſolemniter deciſum in S. C.*
*in cauſa inter Archiepiſcopum Coſentia,*
*alias Cardinalem Pallottam, cum Princi-*
*pe Biſiniani, referente tunc Regio Conſil.*
*Horatio Marchelio, anno* 1594. *vt vidi*
*in proceſſus penes Actuar. Borrellum, vbi*
7 *ſunt alia ſimiles determinationes.* Item
non procedit ſi aliquis emerit ab vno
ex dictis Regibus, & alter prætende-
rit ius retractus; vt vendatur Baronia,
& vaſſalli prætendant demanium, ra-
tio eſt, quia tunc non impugnatur fa-
ctum Regis, immò ius retractus ex illa
venditione oritur, *vt benè firmat Anna*
*in alleg.* 87. *Reg. de Ponte conſil.* 59. *vol.* 1.
8 & de alijs ad hanc materiam, *vide per*
*Thor. in compend. deciſ. ver. pragma. ediri,*
*cum plurib. verſic. ſeqq. & verſ. exceptio*
*Regia pragmatica edita Thori tom.* 1.

Secunda ſpecies prohibitionis eſt reſ
pectu temporis quando tempus eſt
9 de ſubſtantia obligationis, puta ſi eſſet
aliquid promiſſum ſub conditione,
quia illud antea quam conditio exti-
terit, eſſet prohibitum peti, quia non
dicitur adhuc in eſſe deductum, *l. ce-*
*dere diem, ff. de verb. obligat. l. ſi quis ſub*
*conditione, ff. ſi quis omnis cauſ. teſta. cap.*
10 *final. de ſponſal. in* 6. cum concord. hinc
rectè infertur ad caſum notabilem v3.
ſi quis promittat ſoluere omne id, ad
quod tenetur Titius factis prius com-
putis, tunc quia iſtud participium im-
portat conditionem, *l. a teſtatore, ff. de*
*condit. & demonſtrat. & ibi Bart. & cæte-*
*ri.* Si Titius moriatur non factis com-
putis ad nihilum teneretur, quia com-
puta ob ignorantiam hæredis non po-
terunt fieri, & ſic eſt conditio, quæ ab
ipſo non poteſt adimpleri, prout ex
pluribus ſic obſeruatũ in *Senatu Bono-*
*nienſi refert Scbaynus dec.* 79. Inſuper in-
terdũ tempus ſuſpendit actum & pro-
hibet agẽtẽ, de qua re primũ exemplũ
eſt In illo, cui à Principe, ſeù Iudice
11 fuit conceſſus ſaluus conductus, ſeù
moratoria, de cuius materia latè tractat
*Cuccus in tract. particul. de morat. Ma-*
*gal. in tract. de Carcer. qu.* 29. & alij, ſed
breuiter pro noſtra materia ſufficiat ſci
re quod durante dilatione conceſſa
non poterit conueniri, nec à credito-
ribus moleſtari, *iuxtà diſpoſit. text. in l.*
*quoties, & l. vniuerſas, C. de prec. Imper.*
*offer. cap. vniuerſa* 25. *qu.* 2. dummodò
præſtet cautionem de ſoluendo debi-
tum in fine dilationis conceſſæ, *vt per*
*Vital. in tract. clauſ. fol.* 81. *verſ. nihil in-*
*nouari dilatione pendente, & ſic diſponitur*
*in ritu M. C. V. incip. item quia iudicia*
12 *claudicare*; quod intelligitur, ſi fuerit
petita à creditoribus, *vt notat Bart.*
*Bald. & Paul Caſtrenſ. in d. l. vniuerſas,*
*& Afflict. in deciſ.* 279. *in fin.* & nota
quod iſta cautio in paupere erit iura-
13 toria, abſque fideiuſſoribus, vel cum
maxima difficultate reperiatur fide-
iuſſio, vt explicat *Surdus deciſ.* 141.
*num.* 8. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 902.
*num.* 13. *Fontanel. de pact. nuptial. concl.* 7
14 *gloſſ.* 1. *p.* 1. *num.* 54. Verum quando
moratoria conceditur ob bonum pu-
blicum ne ſequatur depopulatio ci-
uium, tunc non requiritur iſta cautio,
*Reg. Capyc. Latro deciſ.* 45. *n.* 17. *vbi de*
*alijs ad materiã* & aduerte quod poterit
creditor agere, vt finita dilatione de-
bitor ſoluat, & ſic obſeruamus, & de-
ciſum refert *Medic. conſ.* 148. *& Regens*
15 *Capyc. Latro deciſ.* 114. ſed quod mo-
ratoria, prodeſt etiam fideiuſſoribus



Digitized by Google

debitoris, & alijs inſolidum obligatis, *vide Bar. & Bal. in d.l. quoties, & per Nicolaum Genuam in tract. de priuata ſcriptura lib. 3. tit. de literis inducialibus, ſeù dilatorijs f. 162. vbi de iſta materia, et ſeq.* ſed an extendatur ad debitum Eccleſiæ *Reg. Tapia in Ius Regni lib. 4. tit.*
16 *de morat. & ſaluo conducto*, ad interpetrationem, *d. ritus* 287. dicit quod non, & latè tractat hanc materiam, & adducit alias limitationes, in quibus caſibus non extenduntur regiæ moratoriæ, & conceſſa auctori laudato an
17 proſit conuento, vt etiam eius iudiciũ ſuſpendatur? cum caſus acciderit in Illuſtr. Duce Croſiæ conuento à Barone Franciſco ant. de Laurẽtio iure aſſiſtendi ſuper terra Petræpaolæ, inſtetit velle gaudere moratoria conceſſa à Sacr. Cath. Maeſtate, Illuſt. Duci Noceriæ, & Principiſſæ Scillæ eius vxori actici laudatæ, & fuit deciſum non gaudere referente *Conſ. de Coſtantio penes act. de Carbone*. Inſuper ego multa alia dicerem, niſi in Regno *per Reg.*
18 *pragm. 1. de ceſſ. bonor.* fuiſſent huiuſmodi moratoriæ prohibitæ contra Neapolitanos, & eius diſpoſitio fuit extenſa reſpectu omnium, *per pragm. 2. ſub tit. de liquid. Iuſtrum. vt aduertit Re-*
19 *gen. Rouit. in dicta pragm. 1. num.* 8. Sed quod ex cauſa notoriæ inhabilitatis ad ſoluendũ ſoleat cõcedi huiuſmodi moratoria alicui Vniuerſitati, & eius Ciuibus, paſſim ſeruant Excell. noſtri Proreges, vt tempore Comitis Lemos teſtatur *Thorus in compen. deciſ. verſ. moratoria tom.* 1. & nunc per Excell. Proregem Comitis Montis Rei, ob incendium Montis Veſuuij, ſunt cõceſſæ moratoriæ Vniuerſitatibus cõuicinis, quæ ex incendio reparabile damnum paſſæ ſunt de quibus mentionẽ facit *Regen. Hect. Capyc. Latr. deciſ.* 45. ſed illud no-
20 tabile hic aduertendum eſt in praxi videlicet dilationem, ſeù moratoriam conceſſam alicui ab aliquo Iudice, licet nulliter tamen ei opitulari ad hoc vt captus ſub illa bona fide debeat ad priſtinam libertatem relaxari, & ſic obſeruamus in noſtris Tribunalibus, *teſte Reg. Tapia vbi ſupra num. 9. cum ſequent. cæterum*, ſed quia indifferenter diſpoſitio dictarum pragmaticarũ, non loquuntur in moratorijs, ſeù dilationibus, quæ conceduntur ab ipſis creditoribus, *vt notat d. Reg. Rouit. in dicta pragm. 1. num.* 12. Ideò ſecundum
21 exemplum erit in debitore grauato, ære alieno, cui ab eis creditoribus conceditur biennalis, triennalis, vel quinquennalis dilatio, *iuxta text. in l.*
22 *maiorem, ff. de pact.* & quod non ſit cõcedenda, niſi concurrat maior pars creditorum, *vide Afflict. in deciſ.* 288.
23 *& ibi Vrſill.* Et quid ſi ſint in numero pari volentes concurrere cum repugnantibus? *Vide Petr. Vanderam. in tract. de priu. cred. cap.* 12. *ſub ver. quid igitur ſi, & par ſit creditorum numerus*, & de materia huius concurſus cumulat *Ricc. collect.* 8. *&* 66. *part. 1. & d. q. 3. p. 2. Reg. Rouit. in pragm. 3. de ceſſion. bono. & alleg. per Thor. in compen. dec. ver. debitor an admittatur to.* 1. & de prædicta moratoria, ac dilatione, *latè Graſſ. de except. except. 32. & vide infra p. 3. cap. vlti.*
24 Et ſimiliter hic quæri poteſt an huiuſmodi dilatio conceſſa debitori proſit fideiuſſoribus, & alijs inſolidum obligatis? *Iochynus Schaynus in deciſ. Bononienſ. diſputat latè hunc articulum, & refert deciſum non prodeſſe, ſed nouiſſime Domin. Conſ. Arias de Meſe Doctiſs. Hiſpanus tenet contrarium in lib. 2. var. reſol. cap.* 12. Et eius opinionem multis alijs medijs fulcitam obſeruauit. S.C. modo idem debitor petat non moleſtari eius fideiuſſores, & inſolidum obligatos pendente dilatione ſibi conceſſa, vt teſtatur, *Paul. Staiban. Iunior in eius reſol. forenſ. cap.* 46.
25 Tertium exemplum eſt in hærede, qui à legatarijs, & creditoribus hæreditarijs, infra terminum trium menſium ſibi conceſſum ad conficiendum inuentarium non poteſt conueniri, *iuxtà diſpoſit. text. in l. fin. §. donec, C. de iure deliber. & licet text. in §. hac autem verſ. ſancimus auth. vt cum de appell. cogno-*

guo-

Digitized by Google

26 gnoſcit. videatur determinare quod poſt nouem dies à morte defuncti poſſit conueniri hæres, intelligitur tamẽ, ſi hæres voluerit conficere inuentariũ, alias ſecus, & gaudebit dicta dilatione conceſſa *per text. in d. §. donec*, & ſic in praxi obſeruatur, *Gizzarell. deciſ. S.*
27 *C. 79. num. 4. & 5.* verum diſpoſitio, *d.* §. multis modis fallit, & ſignanter in hærede conuento actione hypothecaria, vel reiuendicatione in iudicio iam moto, & cæpto cum defuncto, *vt explicat Praſ. de Franch. deciſ. 353. & Gizzarell. d. deciſ. 79. alias 76. num. fin. & ibi bona additio Ioſeph. Mele.* Item fallit, quando hæres conuenitur pro legatis pijs, alimentis, aut impenſis funerum, aut ſit reconuentus, *vt per Blanc. de compromiſſ. fact. inter coniunct. q. 4. tit. de except. inuent. mihi fol. 180. Mainard. deciſ. 51. lib. 3. Gizzarell. vbi ſupra, & ibi*
28 *addit. num. 6.* Item aliud exemplum, eſt in filio, qui non poterit conueniri ſtatim mortuo patre, nam licet dicatur ſuus, & neceſſarius hæres de iure, § *ſui inſtit. de hæred. qual. & differ.* tamẽ ex beneficio Prætoris habet poteſtatem ſe abſtinendi, *vt in tit. C. ſi ab hæred. abſtin.* & ideo non ſequitur conſequentia, filius ergo hæres, quando de eius præiudicio agitur, & vti reus, conuenitur, ſed tantum in agendo, *Bocius conſ. 75. num. 6. Mant. de coniect. vltim. volunt. tit. 10. nu. 2. lib. 12. Mart. Med. in deciſ. Senenſ. 79.* hac de re priuſ
29 quam agant debent creditores probare immixtionem, & deinde illos conuenire, *vt bene per Bellug. in ſpecul. princip. rubric. 41. §. leges Regni, ſub n. 56. verſ. redeamus ad propoſitum*, & ibi do-
30 cet qualiter probetur immixtio hæreditatis, & ſignanter ſi agant vti heredes, *ſequitur Nicol. Genua in tract. de enunciat. verbis, quæſt. 29. lib. 2.* ſic etiam probatur ſi hæres locat, vel vendit rem hæreditariam, *late Ludouiſ. deciſ. Rota Rom. 7.* vbi additio *incip. item nec*, aduertit non poſſe excuſari allegando diuerſum titulum, niſi doceat in promptu de alijs modis, quibus præſumatur aditio, & immixtio hæreditatis edocet *Bart. in l. gerit, ff. de acquir. hæred. & Theſaur. qq. Forenſ. lib. 2. qu. 51. & Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 99. &*
31 *præſ. 101.* Verum praxis, ad euitandas ambages inuenit cautelã pro creditoribus, vt fiat præceptum iudicis, quod declarent infra tot dies ſi ſunt hęredes & ſi bona hæreditaria poſſident, *Bellug.*
32 *vbi ſupra verſ. ideo bona eſt cautela*; nam tunc ſi neglexerint declarare infra tempus ſtatutum à Iudice, poterit decerni, quod habeatur pro facta, vt deterius, & dari curator hæreditati iacenti, cum quo procedi poſſit, & ſic in dies ſeruatur, *l. Curatoris, C. de iure delib.* & ſic practicari in Francia circa ius deliberandi, *teſtatur Gugl. de Bened. in cap. Raynutius, verſ. & vxorem nomine Adelaſiam, prælud. 4. ſub num. 154. & in Regno Luſitaniæ Valaſc. conſult. 96. num. 7. lib. 1.* & ſi conuentus replicat velle gaudere dilatione ſibi à iure conceſſa circa dilationem, tunc poterit Iudex, inſtante creditore, ad finem concedendi curatorem hæreditati iacenti ad hoc ne bona dilapidentur, vel deteriorentur arctare tempus hæredi, quòd infra tot dies adeat, alias ipſo termino elapſo prouidebitur de curatore, & ſic ſeruamus in S. C. *teſte Capyc. 87. num. 3. & nouiſſimè Reg. Hector. Capyc. Latro, qui ſic deciſum refert in S. C. deciſ. 80.* Verum, vt poſſit dari iſte curator nonnulla requiruntur, quæ examinat *Ioſeph Ludou. in ſuis opin. concl. 43. Gil. obſeru. 130. lib. 2. & in actu practico Calà, de modo articul. nu. 813.*
33 Quartum exemplum eſt in illo qui actu inſeruit in militia pro ſeruitio Regio; nam hoc interim non poteſt ab aliquo conueniri; nec litibus moleſtari, vt eſt diſpoſitũ in Regno Neapol. *per conſt. hoſtici exceptionem*, cui ſimile adeſt ſtatutum in Valentina Prouincia Hiſpaniæ, in his qui præcedente mandato Principis, ad ipſum accedunt, de quo teſtatur. *Bellug. in ſpec. Princip. tit. de guidat. rub. 21. §. & primo videamus num. 3.* cuius dicta faciunt ad



Digitized by Google

hanc materiam. Sed an diſpoſitio dictæ noſtræ Conſtit. procedat, etiam in vxore militis exiſtentis in ſeruitio, licet ipſum non ſequatur in caſtris, vt hoc interim, nec ipſa poſſit conueniri? *Capyc. deciſ. 76.* concludit, quod non, ſic in familiaribus, & ſeruis militis,
34 *Bellug. vbi ſupra.* Sic etiam in militibus militantibus in mari, vel ſeruientibus per ſubſtitutum, *Marinus Freco. de ſubfeu. lib. 1. de off. Admiratus num. 16.* vbi ſub *num. 18.* aſſerit hanc exceptionem etiam procedere aduerſus mulierem agentem pro dote, *num. 18.* de quo, & & quid ſi incipiat miles ſeruire poſt concluſum, vel ſententiatum in cauſa? *Praſ. de Franch. deciſ. 286.* Verum obſtaret iſta exceptio ſi opponeretur ab ipſa vxore conuenta ſuper dote retenta à viro, militante in Caſtris, *iuxta deciſionem Milanenſ. ſic. 9. vbi late* & quòd in cauſa quæ vertitur cum altero milite ſimiliter priuilegiato, habeat locum dicta exceptio, *vide Bellug. vbi ſupra ſub num. 4. verſ. Sed in contrarium*; ſed quid ſi in cauſa miles poterit comparere per procuratorem, an procedat diſpoſitio dictæ Conſt. *Frecc. vbi ſupra tenet quod ſic*, ſed contrarium eſt per cap. Regn. Incip. *Si comes, vel Baro;*
35 *&c.* Et aduerte quod quando iſta exceptio obſtaret, non per hoc prohiberetur opponens agere contra ſuos debitores *Anna alleg. 75.* Cæterum quod huic exceptioni poſſit renunciari, cenſuit *Frecc. vbi ſupra, & Praſ. de Franc. deciſ. 164. col. 2, reliqua vide per tit. DD. & Capyc. in inueſt. ver. feudorum exceptiones, verſ. Hoſtici exceptione, pag. 68.*
36 Tandem exemplum eſt in fideiuſſore, qui antequam patiatur damnum, vel aliquid ſoluerit pro principali nequid agere, vt eum liberet, & à nexu obligationis eximeat, *l. ſi pro ea Cod. mandati l. Lucius, ff. eodem.* Verum iſta regula fallit multis modis notatis, & relatis, *per DD. in d. leg. ſi pro ea, & cap. final. de fideiuſſ. & Duen. in reg. 226. fideiuſſor.* & ſignanter ſi diu debitor ſteterit in obligatione, & non ſoluerit, & licet circa determinationem, quando quis dicatur ſtetiſſe diu in obligatione, variæ ſint DD. opiniones, ex crebriori tamen ſententia in praxi recepta, arbitrio Iudicis remittitur, *vt auctoritate Afflict. in deciſ. 241. num. 3. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 1. cent. 1. caſu 41. & aliorum teſtatur Valaſc. in conſult. 36. ſub nu. 2. tom. 1. Alex. Trentacinq. var. abſol. lib. 3. tit. de fideiuſſ. reſol. 5. num. 4. Viu. comm. opin. lib. 8. tit. 25. num. 72. Maut. de tacit. & amb. conuer. lib. 16. tit. 20. n. 2.*
37 Sed an hoc beneficium, quod conceditur fideiuſſori extēdatur ad conreos inſolidum obligatos, vt vnus valeat ante tempus ſolutionis agere contra alium pro exemptione obligationis? *Valaſc. in d. conſult. 36.* cenſuit quod ſic ex identitate rationis contra determinationem Senatus. Verum inter fideiuſſores non cadit iſta obligatio, vt alter ab altero releuetur, *Farinac. deciſ. 732. num. 1. lib. 4.* Cæterum ſub hoc exemplo multa alia poſſunt adaptari, quæ breuitatis cauſa relinquo.
38 Tertia ſpecies prohibitionis eſt reſpectu perſonæ, de qua plura ſunt exempla, & primum eſt quando conuenitur aliquis adeo pauper, quod nihil habeat in ære, nam tunc ex vulgata regula, inanis redderetur actio, quam inopia debitoris excludit, & licet poſſit luere in corpore, & detineri in vinculis, poterit tamē eo caſu, idem creditor abſtringi officio Iudicis ad ei præſtanda alimenta, quæ probata paupertate taxantur, *Gloſa reputata ſingul. in l. fin. Cod. de erogand. milit. an. lib. 12. Secundum Guid. Papam, deciſ. 211. nu. 2. verſ. ſed quid ſi debitor.*, & ſic ſeruamus in dies, in noſtris tribunalibus, *teſte Anna ſingul. 279.* & ſic pluries practicaſſe in Romandiola, & Venetijs refert *Thom. depl. in addit. ad tract. Bart. de ali-*
39 *ment. lit. D. verſ. Imperator*, & ſi creditor erit renitens ad præſtanda dicta alimenta Iudex mādabit, quod dictus debitor excarceretur, & non poterit amplius pro eodem debito carcerari, quia

quia eſſet fruſtratoria relaxatio, *l. Titia in principio, cum ibi notat. per Iacob. de Arena, ff. de condit. & demonſtr. & faciunt adducta per Signor. in conſ. 97. q. 8.*

40 Et quamuis de iuris ſubtilitate, etiã quod dictus debitor perueniat ad pinguiorem fortunam non poſſit moleſtari, quaſi quod per negationem alimentorum ſit quæſitum ius libertatis, & ceſſante cauſa paupertatis non poſſit auferri, cum ſemel ſit ſortita effectum ſuum, *ex not. per Gloſ. in l. vbi adhuc verſ. ab vtatur, Cod. de iure dot. & per Dec. in auth. præterea num. 23. Cod. vnde vir, & vxor. quem ſequitur Tiraq. de ceſſante cauſa limit. 4. num. 2.* nihilominus hoc in praxi non tranſit ſic abſolutè, & ſine difficultate, maximè ſi creditor eſſet etiam pauper, quia tunc denegaret ex neceſſitate, & proindè non erit ei imputandum, vt ſit præiudiciũ quia pari ratione, ex neceſſitate excuſatur, *ex regul. l. Diuus Marcus, ff. de offic. Præſid. & l. ſi idem, ff. de iuriſdict. omn. iudic.*

41 Secundum exemplum eſt in omnibus perſonis, quæ nequeunt ſe defendere, & non poſſunt eſſe in iudicio, *vt in l. 1. & ibi Scribent. Cod. qui legit. perſon. in iud. habent*, vt eſt vniuerſitas, *l. Reſpublica. Cod. ex quibus cauſ. maior. l. licet minor, Cod. de procur.* & ſimiles. Ideo ante omnia actor implorando officium iudicis, debet prouideri facere de defenſore vniuerſitati conuẽtæ, *vt latè in tit. quod cuiuſque vniuerſ. in pandectis, Rolan. à Valle conſ. 68. n. 20. verſ. aliq; modo vol. 3.* & de Curatore ad lites minori conuento, *DD. in d. l. licet, latè Creſcent. in deciſ. Rotæ Rom. 9. alias 206. ſub tit. de ſent. & re iud. Surd. deciſ. 108. num. 8. & 9.* vbi aſſerit hanc eſſe exceptionem, quæ impedit litis ingreſſum; & procedere etiam in iudicio poſſeſſorio, *tradit Thom. Gramat. in addit. ad Afflict. 283. num. 5. latè Marius Giurba deciſ. ſic. 109.*

42 Verum hæc intellige ſi iſte minor non habeat patrem, alias rectè procederetur cum patre tanquam legitimo eius adminiſtratore, ſi lis vertatur ſuper rebus, in quibus habeat vſufructum, *l. 1. Cod. de bonis mater. Bart. in l. fin. §. 1. ff. de verb. obligat. Loffred. conſ. 10. nu. 18.* Item in-

43 tellige in minore, qui mortuo patre, non habeat tutorem, vel habeat inutilem, & abſentem, quod idem eſt, ac non habere, *l. tutorem, de tut. & cur. dat. cum conc.* vel habeat, & tamen non exibeat ſolemnia, ad quæ de iure tenetur, *Afflict. deciſ. 256. à num. 3. Neuiz. conſ. 17. nu. 8. & 9. Gratian. deciſ. Marcb. 75. num. 1. multa congeris Viſcont. in concluſ. iur. ver. curator.*

44 Item intellige etiã ſi iſte minor eſſet clericus, nam ſi lis verteretur coram Iudice laico ab eodem dabitur curator ad litem, *Ludoui. à Peguer. in praxi ord. Iudic. rub. 3. num. 5 Viſcont. in dict. eius concl. iur. ver. clericus*

45 *minor.* Item intellige in minore habente procuratorem generalem ad lites conſtitutum cum iuramẽto, nam licet communis opinio ſit quod rectè procedatur cum eo abſque alio curatore, *l. Minor, & ibi Bart. ff. de minor. Marant. in d. eius ſpecul. part. 4. diſt. 14. num. 47. à Boer, deciſ. 92. & Guid. Papa deciſ. 35. & 494. & conſ. 13.* qui dicunt ita fuiſſe deciſum; nihilominus iſta opinio procedit, quando aduerſarius patitur procedi cum procuratore, aliàs ſi inſtaret pro curatore erit dandus, & cogendus minor ad petendum *vt optimè fundat Maſtri. in deciſ. ſic. 54. lib. 1.* Item intellige in muliere minore maritata, verum poterit eſſe eius vir, vt latè probat *Giurba deciſ. ſic. 109. & fuit deciſum in Sacr. C. in cauſa Prudentiæ Corſettæ, anno 1630. proceſſus penes de Strina Act.*

46 Sed eſt inſuper aduertendum pupillo minori infante non habente tutorem, vel ſi habeat, & velit cum ipſo litigare, tunc demum damnum eſſe curatorem ad lites, ſi ipſemet petat, *iuxta diſpoſit. text. in l. non habet, §. ſi pupillus, ff. de tutel.* Ideo in praxi fit de ordine Iudicis monitio, quod comparcat ad petendum curatorem, alias in contumaciam datur à Iudice, nam

etiam

Digitized by Google

etiam inuito dari debet ad legitimandam eius perſonam in iudicio, *gloſ. in §.1. iuſt. de curat. Maſtrill. deciſ. 54. num. 1. lib. 1.* & ſic ſeruamus in dies, *Afflict. & ib. Vrſill. & alij add. in dict. deciſ. 256. Neu. z. 1. conſ. 17. num. 21. 54. & 57. Mandoſ. commiſſ. form. 4. in verbo ad legitimè comparendum, Calxas de reſtit. in integr. in princip. n. 29.* Vbi dicit hanc eſſe meliorē praxim, quā illā traditam per *DD. in l. ait prætor, § permittitur, de minor.* v3. cōpellendū eſſe pupillū ad ſucipiendū curatorem, captis pignoribus, alijſquē iuris remedijs, *ſequitur Gratian. in deciſ. March. 75. nu. 8. & latè per Mareſco. var. reſolut. cap. 145.*

47 *lib. 2.* In maiore tamen infante, quem adultum appellamus, ſufficeret ſimplex citatio, quia intelligeretur tacitè ad legitimè comparendum, *Mandoſ. de ætate minor. quæſt. 10. latè Gratian. in deciſ. Rot. March. 73.* & ſi neglexerit legitimè comparere rectè procederetur in contumaciam contra eum, quia nō meretur iuuari legis auxilio, qui legē offendit, & contemnit, *l. auxilium, ff. de min.* & legem offendit, immò de dolo arguitur, ex quo Iudicis ordini non obtemperauit, *l. non poteſt. ff. de reg. iur.* & ſic obſeruatum, & deciſum refert, *Io. Griuel. in deciſ. Dolan. 39. vbi reſ-*

48 *pondet contrarijs.* Sed his cognitis, adhuc remanet querendum, primò, an curator datus à Iudice pro defenſione minorum teneatur adimplere aliqua ſolemnia? & concluditur, quod non & ſic ſeruamus in noſtris Tribunalibus, ſicut in Curia Romana teſtatur, *Mandoſ. in d. forma 4. commiſ. in ver. curatorem ad lites, de quo meminit additio ad Gratian. d. ct. deciſ. 75. nu. 40.* & ideò non tenetur conficere inuentarium, nec cautionem præſtare, quia nullus reciperet hoc onus *Ludouic. deciſ. 48. Galter. in tract. de tutel. fol. 161. num. 19. quem refert Viſcont. in eius concluſ. ver.*

49 *curata.* Vbi de alijs ad hanc materiā cumulat. Secundò ſi curator datus à Iudice, non defendat minorem, an per hoc acta, & ſententia inde ſequenda poſſit dici nulla? *iuxta text. l. contra pupillum, ff. de re iudic.* & concluditur, quòd non, ſi appareat aliquando fuiſſe defenſum, puta in principio, in medio, vel in fine litis, immò ſufficeret pro validitate actorum ſi comparuiſſet curator in iudicio, licet nil allegaſſet, vt latè *DD. in l. cum, & minores, C. ſi aduerſ. rem iudic. Puteus in deciſ. 306. num. 3. lib. 2. Ludouiſ. in deciſ. Rot. Rom. 43. num. 12.* præſumitur enim tunc non habuiſſe defenſiones pro minore, *vt tradunt DD. in d. l. cum, & minores, Puteus vbi ſupra nu. 8. Oliuer. B. ltr in add. ad dict. deciſ. Lodou. 43 num. 10.* Verum quando notoriè conſtaret habuiſſe defenſiones, & tamē tutorem noluiſſe aſſiſtere, & illas proponere: tunc iudicium, & ſententia non præiudicaret minori & poterit iuuari reſtitutionis beneficio, nam paria ſunt non habuiſſe tutorem, vel habuiſſe, & noluiſſe aſſiſtere. *Bart. & DD. in d. l. & cum minores, Put. & Lud. vbi ſupra.*

50 Tertium exemplum eſt reſpectum pluralitatis perſonarum, videlicet quando vnus ex pluribus poſſit legitime conueniri: in qua re licet varij poſſint cōnſtitui caſus; frequentiores accidunt in pluribus hæredibus, & poſſeſſoribus: & primò in hæredibus regula eſt quod pro æquis portionibus debeant conueniri, quia ipſo iure inter eos eſt diuiſa actio, & obligatio, *l. 2. Cod. de hæred. act. l. 1. ſi certum petat. l. in executione in princip. ff. de verb. oblig. Gomez de contract. tit. de indiuid. num. 3. cap. 12. tom. 2. ſequitur Gratian. in deciſ. March. 146. num. 2. Parlador. rerum quotid. lib. 2 cap. fin. part. 4. num. 11. cum ſeq.* E iſta poſitio ampliatur multis modis, & primo etiam quod defunctus eſſet inſolidum obligatus ad aliquid, nam adhuc inter hæredes diuiditur obligatio, inuito creditore, *Gomez. vbi ſupra, cum alijs allegatis per Ceuall. in ſpecul. comm. opin. contra comm. quæſt. 76. cum ſeq.* Secundo ampliatur in reſtitutione dotis, vt non poſſit vnus ex cohæredibus conueniri, ſed vnuſquiſque pro



Digitized by Google

eius rata, *vt per gloſſ. in d. l. 2. & ſic contra Bart. & ſequaces firmat. Didac. Spin. in ſpec. teſta. gloſ. 11. n. 81. quem ſequitur Theſ. 99. for. lib. 2. q. 67. nu. 7. de hac quaſtione latè Gizzarell. deciſ. 52. per totum.* Tertiò ampliatur in alimẽtis alicui relictis, nec debitis aliquo modo à teſtatore, *l. 3. ff. de alim. leg. Ciſt. de ratione ratę q. 31. n. 4.* verũ circa hoc crebrior ſentẽtia eſt, q remittatur arbitrio Iudicis, cuius erunt partes determinare ſi ab vno inſolidũ ſint prȩſtanda, vocatis tamen omnibus hæredibus, & prouiſo de indemnitate ipſorum, *DD. in d. l. 2. Surd. de aliment. tit. 9. quaſt. 14. num. 15. Corduba in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex iis, ff. de lib. agnoſc.* Sequitur, & latè hoc explicat, & ſic deciſum refert, *Theſ. d. q. 67. lib. 2. & propriè num. 12. Mart. Medic. deciſ. Senenſ. 38.* Quibus in locis, vide latè de iſta materia.

51 Verum iſta eadem poſitio moderatur primo reſpectu actionis realis, *gloſ. & DD. in l. 2. C. de hared. act.* vel quando ageretur officio Iudicis, quia illud aſſumit naturam actionis realis, concludit *Bart. in l. 4. §. Cato, ff. de verb. obligat. & ibi Iaſon, cum alijs allegatis per Gizzard. deciſ. 52.* cenſuum, & annorum introituum, pro quibus ſunt obnoxia bona defuncti, nam pro illis poteſt creditor conuenire quemlibet ex hæredibus poſſeſſoribus inſolidum, *Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. p. 4. §. 1. num. 20. & 21. Surd. deciſ. 204. num. 9. Quos ſequitur Coſta de port. rata quaſt. 72. in fine, & latè Guttier. in conſ. 49. per totum, & Theſaur. qq. Forenſ. quaſt. 35. lib. 2. vbi refert ſic cẽſuiſſe Senatum, reſutata opinione Guid. Papa, Couar. & aliorum.* Secundo moderatur in legato, relicto pro anniuerſarijs, quia pro illo poterit etiã inſolidum conueniri vnus hæres, & in hoc conſentimus cum *Guid. Pap. deciſ. 576.*

52 Tertiò moderatur dict. diſpoſitio in re indiuidua, pro qua ſuapte natura poteſt conueniri quilibet ex poſſeſſoribus inſolidum, vt explicat *Laffed. deciſion. 29.* & quando poteſt commodè diuidi, tunc debent omnes poſſeſſores conueniri, vel actor inſtare, quod Iudex mandet, quod diuidant, prout in dies ſeruamus in praxi. Sed eſt aduertendum, quod non omne, quod eſt cõmune recipit diuiſionem, vt in nemore commune vniuerſitatis, ſuper quo creditores ſingulorum non poterunt petere immiſſionem poſſeſſionis ſuper parte nemoris, reſpectu portionum ad eos ſpectantium, *vt per gloſ. ſingul. in l. ſicut, ver. non debetur, ff. quod quiſque vniuerſitatis, qua dat rationem, quia nec nemus illud, nec pars eius alicuius intelligitur, & allegat iura.* Quartò moderatur ex cauſa ruinæ euitandæ, nam tunc poterit vnus ex poſſeſſoribus inſolidum conueniri, *vt explicat Guglielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius, extra de teſtam. verſ. dominum, num. 16.*

53 Quintò moderatur in pluribus tutoribus, quorum vnus inſolidum poterit conueniri, *iuxta diſpoſitionem tex. in l. cum interdicta, Cod. arbitr. tutela, & latè tractat Mar. Muta deciſ. ſic. 32.* Tãdem moderatur in pluribus exequutoribus teſtamenti, quorum vnus poterit inſolidum conueniri, dummodo debitum, quod petitur ſit liquidum, *Praſ. de Franch. deciſ. 622.* immò inter eos ſi adminiſtratio eſt inſolidũ, vnus poterit conueniri ab altero ſi eſſet debitor hæreditatis, ſicut inter tutores, & procuratores, *Bart. in l. qui proprio, §. ſi duobus num. 5. ff. de procurat. Nouar. diſcept. Forenſ. 51. lib. 1.* Cæterum hic

54 obiter quæri poteſt, an ſi conueniatur vnus ex inſolidum obligatis alij cenſeantur liberati? & *Lanar. in conſ. 19. num. 1.* ex multis concludit, quod non, verum hoc limitat ſi ſequatur deinde exactio pro rata abſque proteſtatione, & latè hanc poſitionem firmat *Theſaur. qq. Forenſ. q. 20. lib. 4. contra opinionem Alex. Trentacinq. ut ibi*, & conferunt adducta per *Praſ. de Franc. deciſ. 475.* vbi differit, quando creditori, qui liberari vnum ex inſolidum obligatis agendo contra alios obſtaret exceptio cedendarum, & latè de materia con-

Digitized by Google

congerit, *Conſ. Paſch. de vir. patr. poteſt. c.*
55 8. *nu.* 169. *p.* 1. *& de his infra p.* 3. *c.* 3. Et de creditore ſuccedẽte vni ex pluribus reis in ſolidum debẽdi, nõ confecto inuentario, quod cæteri cenſeantur liberati, probant, *DD. in l. Vranius, ff. de fideiuſſ. & Barbat. conſ.* 72. *l. b.* 4. *cum alijs allegatis per Phanuc. de inuet. p.* 7. *num.* 79. *verſ. ſeptimus, &c.*

Reliqua coram quo iudice ſit conueniẽdus, Reus, & quibus exceptionibus valeat ſe tueri aduerſus petita per actorem, paſſim in progreſſu materiarum expendam.

## De Tertio comparente in iudicio.

### Cap. VII.

### SVMMARIVM.

1 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe debet audiri in iudicio inter duos agitato, dummodo doceat de eius intereſſe, n.* 2.

3 *Tertius admittitur in qualibet parte iudicij, etiam reluctante principali agente n.* 4.

5 *Tertius quando dicatur comparere principaliter quam ſecundario, nu.* 6.

7 *Tertius comparens quas exceptiones poſſit opponere.*

8 *Tertius admiſſus in terminis in quibus cauſa reperitur an valeat de nouo producere teſtes, & vti beneficijs aduerſus probata, n.* 9.

10 *Tertius quando debeat de nouo audiri, & quando eius ſit ante omnia diſcutiendum, n.* 11.

12 *Ius tertij quando poſsit opponi ab vno ex litigantibus pro eius defenſione.*

13 *Tertius comparens quando impediat venditionem pignoris, & exequutionem ſententiæ, & de materia remiſſiuè.*

1 SOlet vt plurimum penes acta cauſæ vertentis inter actorem, & reũ comparere tertius, ideo, antequam vlterius progrediamur, aliqua breuiter de eo diſſerenda duxi, & ſignater poſſe tertium in iudicio inter duos agitato interuenire, & aſſiſtere, *l. ſæpè, ff. de re iud. l. ſi ſuſpecta, ff. de inoff. teſtamen. l. à ſententia, ff. de appell. & ibi latè DD. & Canoniſtæ, in cap. ſuper de re iudic.* vbi omnes concludunt debere à iudice admitti modo ſaltim ſemiplenè doceat priùs de eius intereſſe ne interuentio fiat malitioſè ad extrahendum proceſſum in præiudicium litigantiũ, *Bart. in dict. l. à ſententia, & in l. à Diuo Pio, §. ſuper rebus, ff. de re iud. Marant. in eius ſpecul. part.* 4. *diſtinct.* 9. *num.* 62. *Vant. de nullitat. tit. quis poſſit dicere de nullitat. num.* 23. *Mattheſ.* & ibi *addent.*
2 *ſingul.* 123. & tunc admitteretur in quacunque parte iudicij, nempè in principio, in medio, & fine, *Felyn. in d. cap. cum ſuper, num.* 3. *Anchar. in cap. fin. num.* 4. *vt lite pendent. Oldrad. conſ.*
4 255. *num.* 4. etiam reluctante principali intereſſato in dicto iudicio, *l. principaliter, aliàs principaliorem, Cod. de liber. cauſa, Felyn. in dict. cap. ſuper, nu.* 16 *de re iud.*
5 Sed aduerte, quod prædicta non ſunt adeò abſolutè intelligenda, quin egeant declaratione; declarãtur enim primò, vt tertius poſſit ante expeditionem cauſæ principaliter comparere pro ſuo intereſſe infringendo iura agentis, vel defendentis, iuxta diſpoſit, *text. in d. l. principaliter, Cod. de liber. cauſa,* maximè ſi adſit ſuſpicio colluſionis inter litigantes, *vt in dict. l. ſi ſuſpecta, ff. de inoff. teſtament.* & ſecun-
6 dariò ad aſſiſtendum agenti, vel defendenti, & tunc permittitur, ſi ex quadam conſequentia læderetur, *vt dicit Bald.*

Digitized by Google

Bald. in d. l. principaliorem, & Bart. in d. l. ſi proluſorio, ff. de appellat. & explicat Gail. obſeru. 70. num. 19. & 20. lib. 1. quod quidem prohibitum eſt fieri extraiudicialiter, vt clarè deducitur, ex textu ſingul. in l. ſed tam, Cod. depoſiti: verum quando conſtaret debet audiri in terminis in quibus cauſa reperitur, cap. fin. vt lite pendente, in 6. Felin. in d. cap. ſuper num. 15. de re iud. Vant. vbi ſupra num. 15. Natta conſ. 457. nu. 1. vol. 2.

7 verum licet non poſſit opponere exceptionem delinatoriam fori, quia reputatur actor, vt latè probant citati DD. & alij, quos congerit Gaill. in obſeru. 71. lib. 1. num. 1. cum ſeq. tamen quia intelligitur vna cum annexis, Angel. in d. l. ſi ſuſpecta, & Abb. in cap. ſuper num. 2. dicēs numquam obliuioni tradendum, conſequens eſt dicere, quod videtur etiam habilitatus ad opponendas omnes exceptiones dilatorias, Affl ct. & ibi addent. in deciſ. 235. Gaill. d. obſeru. nu. 8. & ſic etiam Iudicē recuſare, vt benè per

8 Dec. in cap. ſuper, num. 1. de re iudic. ſed dubium eſt an poſt didicita, & publicata teſtificata valeat iſte tertius ſuper iiſdem, vel directo contrarijs alios producere teſtes? & Bart. in d. l. ſi proluſorio, §. 1. ff. de appell. dicit, quod ſic, ſuppoſita in ipſo ignorantia litis, & Bart. opinionem ſequutus eſt S.C. teſte Afflict. d. deciſ. 235. num. 20. verum hoc non admittit Couarr. quando tertius compareret pro defenſione actoris, vel rei, & ſic quando agitur de eius intereſſe ſecundariò, ſed tantum quando principaliter compareret ad remouendum actorem, vel reum: tunc enim veram eſſe arbitratur diſtinctionem Bartoli de ſcientia, & ignorantia, vt latè explicat in cap. 13. pract. quaſt. & proſequitur Gaill. in d. obſeru. 71. nu. 13. verſ. ego diſtinguendum puto lib. 1. Sed in

9 Sacr. Conſ. infferenter eſt recepta opinio Bart. vt tertius admittatur ad probandum, etiam poſt concluſum in cauſa etiam quod in decreto dicatur, quod audiatur tertius in terminis in quibus cauſa reperitur, quando huic tertio competunt beneficia, iuxta adducta per Afflict. vbi ſupra, & nouiſſimè per Gizzarel. deciſ. S.C. 41. nu. 16. & 17.

10 Secundò declarantur, vt procedant quoties iſte tertius prætendit habere intereſſe primariò, vel ſecundariò, vt diximus, in eadem re, & negotio de quo vertitur quæſtio, alias ſi eſſet diuerſa interuentio non haberet locum, & noua opus erit inſtantia, & proceſſu, l. ſæpè, §. ſed ſcientibus, ff. de re iud. l. penul. ff. de re iud. l. 17. à quo, ff. de rei vendicat. Gaill. obſeru. 69. n. 1. lib. 1.

11 Tertiò declarantur, vt ſi tertius prętendat habere ius principaliter ad excluſionem actoris, & rei ſuper re deducta in iudicio, tunc curſus litis non impediretur, vt in dictis iuribus, niſi eſſet fiſcus, quia tunc eius ius erit ante omnia diſcutiendū, vt probat Lucas de Penna in cap. Regni incip. ex præſumptuoſè, num. 7. ſi verò prætendat ſe-
12 cundariò ad excluſionem vnius ex litigantibus, & nil aliud faciat, quam alleget, tunc alter poterit hoc iure tertij tueri, & ſuper eo fundare intentionem ex doctrina Bart. in l. 2. ff. de except. re iud. & l. cum ſeruus quiſpiam, C. de ſer. fugitiuis, nam ſufficit, quod declaretur voluntas huius tertij velle experiri, vt ex Bart. in conſ. 18. deducit Capycius in inueſt. feud. verſ. promiſcuè, ſub verſ. ſi autem vaſſallus, col. 2. circa medium, p. 22

13 Cæterum an tertius valeat docendo de ſuo iure impedire venditionem rei exequutæ vigore ſententiæ? dixi in tit. de exequ. ſententia p. 3. & quando per appellationem impedire exequutionem? in tit. de remed. appell. eadem p. 3. & latè per Gaill. in d. obſeru. 70. lib. 1. & 71. & 72. de alijs ad materiam prædictam, eodem lib. 1.

Finis primæ Partis.



Digitized by Google

# PRAXIS NOVISSIMAE S. R. CONS. NEAP.

# IVLII CAESARIS GALLVPPI PARS SECVNDA

## In qua agitur de actibus, ex quibus conſtituitur iudicium.

## Præludia.

### SVMMARIVM.

1 Iudicium habet principium mediũ & finem, & quænam ſint?

2 Sententia non valet ſi ſit lata, omiſſis ſolemnitatibus iudicij.

3 Proceſſus an ritè poſsit compilari ſine ſolemnitatibus iudicij de conſenſu partium.

4 Doctores qui ſuper praxi iudiciaria ſcripſerunt recenſentur.

5 Stylus Curiæ informando proceſſu eſt obſeruandus.

6 Stylus S. Conſ. interdum alteratur ob nouas pragmaticas, vel deciſiones ipſius.

7 Regium Conſilium cur dicatur ſacrum.

8 Veritas, & equitas præceteris attenduntur in S. C.

9 Regij Conſiliarij dicuntur patresfamilias.

10 Præſidentis S. R. Conſ. poteſtas quæ ſit remiſsiuè.

11 Collateralis Conſilij præſtantia, quæ ſit remiſiuè.

12 Iudicium, cauſa, iis, & inſtantia, in quo different inter ſe.

1 ABſolutis hucuſque iuribus circa perſonas, quæ interueniunt in iudicio, ſequitur in hac ſecunda parte diſſerendum de actibus, ſiue partibus ex quibus conſtituitur iudicium, quæ in tribus principaliter conſiſtunt, nempè principio, medio, & fine, pro principio litis conteſtatio, pro medio probationes, pro fine ſententia apud DD. ſtatuitur, *vt per Bald. in l. cum & minores, C. ſi aduerſ. rem iud. Alexa. conſ. 182. num 6. lib. 6. Gaill. conſ. 74. num. 6. lib. 1.* verum de duobus hic tractabimus, & in

in tertia parte de effectu, ſiue fine iudicij, & pro intelligentia dicendorum eſt ſciendum, quod licet, actus litis conteſtationis ſe habeat tanquam principium litis, tamen nulli alij eum precedunt, & ſubſequuntur, qui ſolemnitates iudicij vocantur, adeo neceſſa-
2 riæ pro formando proceſſu, quod earum omiſſio vitiat ſententiam, *l. prolatam, C. de ſentient. & interlocut.* niſi par-
3 tes litigantes mutuo conſenſu, illas omiſſas fecerint, nam fieri poteſt in ciuilibus, quicquid dicat *Maranta in 4. part. diſtin. 9. num.* 47. nam contra eius opinionem viget communis obſeruantia, & in dies litigantes de communi conſenſu declarant habere proceſſum pro compilato, & deinde iudex procedit ad deciſionem cauſæ; & proindè non deficit auctoritas contra *Marant.* nam contra ipſum expreſſe
4 tenet *Parlador. quotidian. different. diſt.* 137. *num.* 4. & 5. ſed quæ nam ſint iſtæ ſolemnitates, & actus neceſſarij pro formando proceſſu? latè explicantur à collectoribus praxis iudiciariæ, & ſignanter *ſpeculat. omnium magiſtro, Alciat. in pract. vtrius iur. Ferr. in practica Papienſ. Aſinio Florentin. Ludouic. à Peguera, Petro Terminæo, Nicolao Caluolo, Suarez à Parz. in praxi ciuil. & can.* & ex noſtratibus, *Tartagl. Robert. Maran. & Muſcatel. & alijs ſparſim, vt per Burrell. in ſumma deciſ. Gaill. & Minſig. &*
5 *alijs.* & quicquid dicant iſti ſemper aliquid noui ſupereſt ſciendum, nam licet ſtylus Curiæ, in primis pro formando proceſſu in ijs, quæ ad ordinē iudiciarium pertinerent, eſt attendendus, *vt dicit Grauet. in conſ.* 201. *nu.* 22. & iniquè procedit iudex ſi non ſeruat fori conſuetudinem, *Bart. in auth. qui ſemel, C. quomodo, & quando iudex, Gratian. deciſ. March.* 237. *num.* 17. & 19. maximè in S. C. cuius ſtylus pro lege habetur, *Io. Domin. Taſſonus, tunc iudex M. C. in ciuilibus in pragm. de antefato ver.* 3. *obſeruat.* 3. *num.* 71. *in fine*,
6 tamē multoties recipit alterationem, *vt dicit Caſſan. in Catalog. Glor. Mundi, p.* 7. *conſ.* 14. *in fine*, quod eſſe contingit in S. C. propter nouas pragmaticarum ſanctiones, quæ in dies promulgantur, ac etiam propter varias deciones S. C. quæ dietim ob varios caſus, fiunt, & tanquam leges Regni ſunt obſeruandæ, cum ſint factæ in tribunali inſtar antiqui perfecti prætorij, *vt dicit Præſ. de Franch. deciſ.* 90. *num.* 5. *Afflict. deciſ.* 169. *et* 383. *circa finem, Taſſon. vbi ſupra num.* 70. & *dicam infra in prælud.*
7 3. *part.* & dicitur Sacrum Regium Cōſilium, ex quo Rex Alfonſus primus Aragonenſ. qui ipſum inſtituit, & in eo præfuit, vnctus fuit ſacra vnctione, *vt ex Bonadil. in polit. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 2. & *Reg. Tapia in rub. de offic. S. R. Conſ. num.* 8. *deducit Taſſon. vbi ſupra*, & dicitur Sanctæ Claræ, quia in Monaſterio ipſius ab initio regebatur, & nunc Capuanæ, quia ad Caſtrum ipſius, vbi in præſentiarum reſidet, Don Petro Toleto tunc Prorege iubente, fuit tranſlatum, in hoc Tribunali, id quod ma-
8 gis attenditur, tàm in ordine iudiciario, quàm deciſione cauſæ, eſt veritas, iuris ſubtilitatibus reiectis, & exploſis, *vt in pragm.* 1. *de ordine iudic.* & æquitas ſemper præualet, *vt dicit Reg. de Ponte conſ.* 83. *num.* 4. *vol.* 1. hinc Regij Conſiliarij, qui ibi aſſiſtunt, dicuntur patresfamilias in dirimendis negotijs, quaſi quod & iudicis, & patris officio fungi debeant, vt qualitas negotij expoſcit, *l. Sancimus, C. de conſulibus, lib.* 12. *cum alijſque adductis per Taſſan. vbi ſupra, nu.* 85. *vbi de alijs ad hanc materiam*, & latè differit de poteſtate, & dignitate officio Præſidentis poſt *Surgent. de Neapol. illuſtrata, cap.* 26. *nu.* 12. & *Bouadil. in d. eius politica par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. & reſpectu poteſtatis Præſidentis multa ſunt nouiſſimè declarata, per prag. editam anno 1632. per Eccel. Comitem Montisrey, & eius Collat. Conſ. reliqua huius pertinentia, tàm pro intelligentia dignitatis d. S. Reg. Conſ. quàm Collateralis, *vide per Taſſon. vbi ſupra, & Reg. Tapiam in eleganti tractatu de præſtantia Collaterali Conſilij, qua*



Digitized by Google

*ſatis conferunt hic,pro ijs qui practicas legum materias ſcire profitentur.*

12 Inſuper his cognitis, eſſet hic diſſerendum circa iudicium, ſed latè dicemus in progreſſu materiarum, & aliqua dixi in prælud. primæ partis, ideo non eſt hic inſiſtendum,ſed dumtaxat ſcire oportet,quod iudicium cauſa, his & inſtantia inter ſe ſtrictè loquendo,differunt,vt latè *per Marant. in eius ſpecul. part.2. qu.1.* tamen largè vnum accipitur pro alio, & hæc confunduntur vocabula, quæ ſigillatim explicat,*poſt Marant. Parlador. quotid. differ.136.& 137.*vbi vide de differentia inter cauſam ordinariam,leuiſſimâ & executiuam,& dicam ſuo loco.

## De Libelli oblatione. Cap. I.

### SVMMARIVM.

1 *Acta præparatoria iudicij,quæ dicantur.*

2 *Libellus dicitur petitio,ſeu ſupplicatio,& quid ſit.*

3 *Libellorum materia à multis tractatur.*

4 *Libellorum ſolemnitates ſunt ſublata in* Regno.

5 *Libellus ſine actione eſt ineptus.*

6 *Libellus obſcurus reijcitur.*

7 *Libelli obſcuritas quot modis dicatur.*

8 *Libellus quando rectè alternatiuè concipiatur.*

9 *Libellus generalis quãdo ſubſtineatur,& tunc ſententia qualiter proferatur num.10.*

11 *Liquidatio reſeruata in ſententia S.* C.*qualiter ſit facienda in praxi.*

12 *Petitio rei principalis intelligitur, etiam de fructibus vti acceſſorijs.*

13 *Fructuum appellatione, quæ veniant.*

14 *Petens ſibi deberi ex vna cauſa, an obtineat probando de alia, & nu.16.*

15 *Articuli in* Regno*, quando habeantur loco petitionis.*

17 *Cumulatio actionum in vno libello quando permiſſa,& nu.19.*

18 *Cauſa ciuilis an cumulatur cum criminali,& vna faciat ceſſare expeditionem alterius.*

20 *Actor quando teneatur declarare petionem,plura referuntur exempla.*

21 *Actor tenetur declarare libellum,instante reo, & referuntur deciſiones* Sacr.*Conſ.*

22 *Dilatio eſt concedenda eo,poſt declarationum libelli factam ab Actore.*

23 *Libellus ex narratis, & concluſione principaliter conſiſtit, ſed magis concluſio attenditur.*

24 *Libello addere an liceat,& quid operetur additio.*

25 *Libellus in quibus caſibus non requiritur,n.26.*

27 *Mandatum cum clauſula iuſtitiæ efficitur ſimplex,comparendo conuentus.*

28 *Clauſula,*vna cum expenſis, dãnis,& intereſſe,*quid operetur,n.29.*

30 *Clauſula,*ſuper prædictis omnibus,& eorum ſingulis, vna cum annexis,*quid operetur,num.31.*

32 *Clauſula*, non le abſtringens, *quid operetur.*

33 *Clauſula,* citrà præiuditium, vnica ſolutione contentus, deducens omne ius,& omni modo meliori,*quid operetur,nu.34.& 35.*



Digitized by Google

1 DIximus ſupra in prælud. huius 2. part. quod iudicium ex multis actibus in eſſe deducitur, & ſi præcedant litis conteſtationem, (quæ pro iudicij principio accipitur) tunc præparatorij vocantur, *vt per Alex. in conſ. 182. num. 6. vol. 6. & Gaill. obſer. 74. n. 4. lib. 1.* quorum primus eſt libelli oblatio, nam ſine eo conuentus non tenetur reſpondere *Bald. in l. 2. in fine, Cod. de hæred. & act. vend.* quem nos in M. C. Vic. petitionem, & in S. R. C. ſupplicationem vocamus, *Soccin. in l. 2. de libel. oblat. Aufr. ad dec.* 287. *Capel. Tholo.* & poteſt deſcribi, quod ſit breuis, & ordinata ſcriptura Iudici, & parti, declarans intentionem agentis, *Cyn. in auth. offeratur, Cod. de litis conteſt. Pract. Papienſ. in for. libell. in actione reali, verſ. ad euidentiam*; & ſingula verba huius deſcriptionis explicat, *Oenot. in §. omnium, num. 98. inſtit. de actionibus*, & quamuis iſta ſit materia vulgata, & à multis copioſè tractata, ſignanter, *à Marant. in eius ſpecul. tit. de libelli oblat. nouiſſimè à Regent. Ronit. in comment. ad pragm. Reg. tit. de ordine iudic. Reg. Tapia in ius Regni tit. de libelli edit. Borrel. in ſumma deciſ. hoc tit. 49. in ordine lib. 1. Gaill. obſeru. 61. cum ſequ. lib. 1.* & alijs, ego tamen aliqua breuiter hoc ordine notabo.

1 *Libellus quibus modis ritè concipi poſſit.*
2 *Quando actor teneatur declare libellum.*
3 *Quæ potius narratio, vel concluſio in libello attendatur?*
4 *Libello an poſſit addi, & quando.*
5 *Quando, & in quibus cauſis libellus non requiratur.*
6 *Quæ clauſulæ apponi ſolent in libello, & de earum effectibus.*

4 AD primum quod attinet de iure communi multæ requiruntur ſolemnitates, quibus formari debet libellus, quas enunciant *DD. in d. auth. offeratur, Cod. de lit. conteſt. & in §. 1. & præſertim Iaſ. inſt. de act.* Sed in Regno Neapol. vbi proceditur ſummariè ſola facti veritate inſpecta, *per cap. deteſtantes, vt dixi in prælud.* iſtæ ſolemnitates ſunt ſublatæ, & ſufficit talis qualis
5 petitio, *vt in pragm. 1. de ord. iud. & ibi Reg. Ronit.* verum eſt aduertendum, quod non per hoc huiuſmodi petitio ſuſtinetur, ſi eſt notabiliter inepta, puta, ſine actione, *vt dixi in prælud. 1. part. & adde text. in l. 2. C. de form. impetr. act. ſublat. & gloſa ibid. in verbo ſi aptam. Matthæſ. in ſingul. 33. num. 1. incipien. nota regulam.*
6 Sic etiam dicendum ſi eſſet notabiliter defectiua circa obſcuritatem, & penitus ex verbis declaratis non poſſit elici intentio agentis, nam tunc reijcitur, & fallit regula, quod verba libellantis imponantur, vt includant intentionem actoris, *de qua per Soccin. in regul. 237. incip. libelli verba*, vt dicit notabiliter, *Gail. in obſeru. 62. num. 3. lib. 1.* qui auctoritate, *Marc. Mant. in ſingular. 273. &*
7 531. deducit quinque modis poſſe dici libellum obſcurum, primò æquiuocationis, ſecundò generalitatis, tertiò alternatiuæ, quartò locutionis non coarctatæ, quintò infinitatis. Ratio eſt quia propter huiuſmodi obſcuritatē conuentus non redderetur certus vtrum cedere, an contendere velit, & proinde non abſtingeretur, ſe defendere, *glo. in d. l. 2. C. de lib. oblat. & in l. 1. ff. de edendo*, nec iudex poterit pronunciare eius ſententiam, *Marant. vbi ſupra 9. diſtinct. num. 14. & in l. is poteſt. num. 154. ff. de acquir. hæred. Manc. deciſ. Delph. 720. num. 9. vol. 1. Muſcatel. vbi ſupra in pract. 1. inſt. gloſ. libellus num. 6.* verum hæc non ſic abſolutè intelligenda ſunt, declarantur enim multis modis.

8 Primò, vt valeat alternatiuus libellus, quando petitur aliquid in ſubſidium, puta, peto rem ſi extat, aliàs æſtimationem, quia æſtimatio in ſubſidium debetur, *l. fin. Cod. de fideicomm. libert. Bart. in l. Sancimus, num. 11. verſ. iuxta hoc quære, C. de Sacro. Sanctis Eccleſ.* item, peto, contractum declarari nullum, & ſi quis ſit ex beneficio reſtitutionis reſcindi, & ſic in ſimil. *vt tra-*

Digitized by Google

*tradit Gail.obſeruat.62.num.6.cum ſeq. lib.*1. item ſi plura competant remedia tendentia ad vnum finem inter ſe compatibilia, adhuc poterit concipi libellus alternatiuè, vt in remedio, *l.2. C. de reſcind. vend. vt per DD. ibid.& latè Arium Pinel.par.3.cap.3.nu.8. verſ. nam quæro, Gaill.vbi ſupra, & Mynſig. cent.1.obſeru.42.* vbi de alijs, & in his caſibus petitio ſubalternatiuè, & conditionaliter concepta ſubſtinetur, nec poterit abſtringi, actor quod eligat, & ſe abſtringat in vna petitione, *vt deciſum refert in S.C.Minad.deciſ.31.*

9 Secundò declarantur prædicta, vt valeat libellus generalis, & petitio extendatur ad non expreſſa, & ſuper eis rectè ſequatur condemnatio quoties non petita ſunt talia, quæ procedunt ex eodem fonte, & ex natura, & aptitudine actionis intentatæ, *l.contra negangantem, C.ad l.aquiliam, Bald.in l.1. C.de ſent. & l.1. Cod.de ſent. quæ pro eo quod, Anna alleg. 6. num. 11. Capyc. deciſ.10. nu.5.* vbi exemplificat in pœna ſuper qua poteſt ſequi condemnatio ſi damnum fuerit petitum, *addo Socci.conſ.39.*

10 *col.pen.vol.1. & in alijs ſimil.* ſic etiam in iudicijs vniuerſalibus, & generalibus, vt petitionis hæreditatis, pro ſocio, tutela, & ſimil. *de quibus ſupra in præludi.1.par.* quia ſubſtineretur libellus, generaliter petendo hærditatem, computa adminiſtrationis, ſocietatis, & tutelæ, nam in his iudicijs includitur tacitè ſingulorum bonorum, & quantitatum petitio ſub generalitate verborum, *l.licet C.de iudicijs gloſa in l. 1.verſ.vt perindè, ff.de edendo, & ibi cæteri canoniſtæ, & præſertim Soccin.& Felin.poſt gloſſ.ſingul.in cap.penult.de libelli oblat.* verum ſicut libellus erit in huiuſmodi iudicijs generalis, ſic ei conformis erit ſententia, & generaliter in S.C. profertur, *videlicet condemnamus ad reſtitutionem bonorum hæreditariorum; ad reddendum computa cum reliquorum reſtitutione, iuxta liquidationem faciendam tempore exequutionis ſenten-*

11 *tiæ*, & deindè nouus offertur libellus, & petitur liquidatio, & compilatur proceſſus ſuper ea, & ſic certificatur generalis libellus, & ſententia indè ſequuta, *Bart.in l.2.num.3.C.de ſent. quæ ſine certa quant.* verum non diceretur noua cauſa, ſed quid acceſſorium, & dependens ex eadem ſententia, & proindè adduntur illa verba, *tempore exequutionis præſentis ſententiæ. Afflict. deciſ.25.cum alijs adductis per Gaill.* latè prædicta explicans *in obſer.68.lib.1.*

12 Tertiò declarantur in ijs, quæ vi acceſſorij, & conſequentiæ neceſſariò ſequuntur, nam ad ea extendi petitionem non dubitatur, puta, ſi peto fundum intelligitur etiam de ſeruitute, *glo.in l.rei,23.ff de verb.ſignifi.* ſic etiam de fructibus, *DD.in l.ex diuerſo,ff.de rei vend.Vant.de nullit.ex defectu proceſ. num.97.Bald.in l.properandum, §.ſin autem alterutra num.5. Cod. de Iudic.* immò tenetur Iudex condemnare ad illos ex officio, vt deciſum refert *Guido Papa deciſ.405.Borrell.vbi ſupra,n.128. & 129.* maximè perceptos à tempore publicationis cauſæ, *Afflict. & ibi ad-*

13 *dentes in deciſ.59.* & obiter aduertas quod appellatione fructuum veniunt nonnulla alia dummodo renaſcantur, vt ſunt lapides in Gallia, & Aſia, *decit text.in l.diuortio, §.ſi vir in fundo, ff.ſolut.matr.* item penſiones, quæ debentur ex beneficijs, arbores ceduæ, Aues, & Feræ, de quibus plenè per *Caſſan.in conſuet.Burg.rub.4.§.7.in verb. text. & Saire les fruicts ſienſ.* Immò veniunt etiam ſub largo vocabulo fructuum, maximè quando ad alia non poteſt referri, ea quæ non renaſcuntur; vt ſnnt pœnæ iuriſdictionis, prouentus, mortitia, ſpolia, & ſimil. *vt per Boer. deciſ.224.*

14 Quartò declarantur, vt valeat libellus quoties petitur aliqua res ex vna cauſa, & tamen probatur deberi ex alia, *Io.Fab.in §. ſi minus, inſt. de actio. ſpecul.in tit.de action.& pet.verſ.hoc quoque.* & hoc in Regno tranſit ſine difficultate, ex quo proceditur, ſummariè ſola facti veritate inſpectu, vt ſupra

in

in prælud.diximus, *Rol.à Valle conſ.53. lib.2. Marſil. ſingul.272. Ludouic. deciſ. Peruſ.45.ſub n.10. Gratia.dec.March.68 Scaccia de ſent.& re iud.glo.10.ſub n.69. verſ.verum aduerte*, hinc eſt ꝙ articuli in Regno habentur loco petitionis, quaſi quod ſuper deductis in eis poſſit fundari ſententia, *Marant. in eius ſpec.tit.aut eſt ſuper pet. aut poſſ. verſ.ſecundo operatur, Hippol.de Marſil.ſingul. 102. incip. clauſula ſummariè, cum alijs cumulatis per Borrell. in dicta ſumma deciſ.hoc tit.num.40.lib.1.* ſed hæc ſanè intellige, quando deductis in articulis poterit haberi notitia à Reo, ſaltim ex generalitate libelli, etiam impropriando eius verba, nam alias denegaretur defenſio, quia articuli non videntur niſi facta publicatione in cauſa, & ſic obſeruatum, & deciſum refert *Anna in ſingul.312. verſ.libellus debet, quem ſequitur Thor. in compend. deciſ. verſ.libellus debet continere, tom.1.* cæte-
16 rum ſi actor non probauerit cauſam expreſſam in libello, vel aliam æquiualentem ad fundandam eius intentionem, *iuxta tradita per DD. in l. ſingularia, ſi certum petatur*, vel ſaltim vnā, *ex allegatis iuxta adducta per Gaill.obſe. 66.n.10.& 11.lib.1.* abſque dubio reus veniret abſoluendus ab obſeruatione iudicij, & condemnabitur actor in expenſis, ſaluo tamen iure rectius agēdi ex alia cauſa, *vt latè probat Gaill. obſeruat.67.lib.1.*

17 Quintò declarantur prædicta reſpectu cumulationis actionum, vt valeat, quoties in vno libello plures cumulantur actiones tendentes ad diuerſa, quæ petuntur, *Surd.deciſ.317.* & tunc quot ſunt actiones tot petitiones cenſentur, & conſequenter tot ſententiæ erunt proferendæ ex eodem proceſſu, *vt latè examinat Gaill.obſer.63.lib.1.* ſic etiam ſubſtineretur libellus ſi plures actiones cumulantur ad vnum finem, modo ſint inter ſe compatibiles, *vt dicunt DD.in l.edita, C.de edendo*, exēplum eſt in actione hipothecaria, cum perſonali, nam ſimul intentari poſſunt, *Capyc. deciſ.80. Guido Papa deciſ. 108. Boer.deciſ.134. Myſinger.centur.1. obſeru.58.* ſic etiam ciuiles, & criminales deſcendentes ex eodem facto, *Bellam.deciſ.400. Franc. Marc.dec.227. part.2. Theſaur. deciſ.18.* ſed hoc non ſeruatur in noſtris Tribunalibus, quia de cauſa Ciuili cognoſcit M. C. V. in Ciuilibus: de Criminali, M. C. in Criminalibus, ideò ſi criminaliter agitur, & adeſt articulus ciuilis ſolet prouideri quod expectetur exitus cauſæ ciuilis, & ſic in dies obſeruamus, ſed quando articulus criminalis faciat ceſſare expeditionem cauſæ ciuilis? latè examinat *Maſtrill. deciſ. ſic. 220.*
19 cæterum quādo plures actiones eſſent inter ſe repugnantes, adeò quod ſententia lata ſuper vna pareret exceptionem rei iudicatæ reſpectu alterius, tunc prohibita eſſet cumulatio, vt declarat *Grammat.deciſ.68.* exemplum eſt in agente ex teſtamento, & ab inteſtato *DD.in l.vltima, ff.de Codicill. Myſing. obſeru.25.in princ. cent.3. Boer.deciſ.33. 1.part. Afflict.deciſ.13.* & ſic in ſimil. reliqua de materia cumulationis cōgerit *Petr.Iacob.in pract.tit. de forma libel. in action.vi bonor.raptorum, & Ricc.collect. ſuper d.l.edita 935.lib.4. & ſuper l.nemo, §.quoties 636.lib.3. vbi vide quando ſit permiſſa poſt litem conteſtatam ſuper primo libello. Et latiſſime de materia, vide Regens Sanfel.deciſ.72.vol.1. quia multa docet in praxi, quæ hic tranſcribere eſſet laborioſum.*

20 AD ſecundum quod attinet, quoties petitur res, quæ in multiplici ſpecie conſiſtit, tunc actor tenetur declarare ſpecies, vt reus poſſit ſe defendere, & deliberare, *cap.fi.& ibi DD. de libell.oblat. Ant.Faber. deciſ.1. Cod.de edendo*, exemplum eſt ſi quis agat, vt declaretur contractus ſimulatus, nam debet explicare ſpecies ſimulationis, *Viuius deciſ.104.lib.1.* nam quædam ſimulationes non ſunt prohibitæ, quas recenſet *Paſcal.de vir.patr.poteſtat.cap. 8.num.93.& ſequent.lib.1.* item ſi quis alleget ab aliquo turbari, debet expri-

Digitized by Google

primeæ modos turbationis, *Bald. in l. ab Anaſtaſio, Cod. mandati*, & in agente remedio recuperandæ poſſeſſionis, exemplificat *Anna ſingul.* 314. in falſitate, *Capycius deciſ.* 79. & ſic generaliter in cauſa apta comprehendere plures ſpecies actionum, *Bart. in d. l. edita*, C. *de edendo. Gaill. obſer.* 61. *num.* 21. *lib.* 1. *& cumulat Ricc. coll.* 608. *lib.* 3. ſed ſanè
21 hæc intelligas, vt tunc demum teneatur actor declarare, quoties inſtaret Reus, alias ſecus, *Salic. & cæteri DD. in l. in cauſis, Cod. de accuſation. Ancharan. conſ.* 127. *Afflict. in cap.* 1. *de feud. dat. in vim l. commiſſ. ſed Velaſc. conſult.* 97. *lib.* 1. tenet quod etiam debeat fieri ex officio Iudicis. Et ex his in cauſa Nicolai Mariæ Maricondæ agentis ſuper reintegratione Honorum Sedilis Mõtaneæ, ſicut gaudebat eius Auus, inſtante ſedili, fuit ordinatum quod declaret dict. honores in ſpecie, & interim ſuperſeſſum in procedendo, *vt refert Anna ſingul.* 315. *& Ricc. collect.* 608. *lib.* 3. & nouiſſimè menſe Decembris, anno 1632. in cauſa Reg. Conſ. Theodoris, cum Magn. Bartolomeo Griffo, petente generaliter intereſſe, quod diuerſimodè poterat competere, fuit ordinatum, quod declaret. *Act.* . . . . . & hæc eſt bona cautela in Regno, vt reus valeat ſe defendere in termino communi, quamuis *Gail. obſer.* 62 *num.* 12. *lib.* 1. dicat ſufficere tunc excipere non eſſe procendum, vt nulla facta declaratione, veniat conuentus abſoluendus ab obſer
22 uatione iudicij. Inſuper hic aduerte, quod facta dicta declaratione, Reus tenetur deliberare, an velit cedere, vel contendere, pro qua deliberatione facienda eſt ei danda dilatio, *l.* 1 *ff. de edendo, Myſing. obſer.* 71. *cent.* 1. & ſi lis vertitur cum procuratore petente dilationem ad denuntiandum eius principali, eſſet ei concedenda, iuxta loci diſtantiam, arbitrio tamen iudicis, *vt ex Caſſador. deciſ.* 1. *tit. de dilat. & alijs deducit Riccius, collect.* 1343. *lib.* 4. & ſic in dies ſeruamus.

23 AD tertiũ noto ꝙ libellus ex duobus principaliter conſiſtit, videlicet ex narratione, & concluſione, *Lanfranc. in cap. quoniam contra, cap.* 5. *tit. de petit. num.* 6. & narratio attenditur propter multa, & ſignanter ad cognoſcendam ineptitudinem libelli, *vt poſt Marant. latè tractat Scaccia de ſenten. & re iud. gloſ.* 10. *nu.* 68. *cum plur. ſequ.* ſed quod præcipuè attenditur eſt concluſio, *gloſ. in cap. cum dilecti, de emption. & vend. Altobrand. in deciſ. Rota Rom. nouiſ.* 251. *nu.* 4. *vol.* 1. *Aſin. in ciui pract. Ciuil.* §. 4. *cap.* 3. *caſu* 6. *num.* 2. *de reg. iur.* Ideò omnia narrata ab ipſa cõcluſione regulantur, & quid in ea eſt expreſſum, & deductum attenditur in deciſione litis, *Gaill. in obſeru.* 6. *nu.* 13. *cum ſequent. lib.* 1. *Reg. de Ponte conſ.* 11. *num.* 196. *& ſequ. lib.* 1. & concluſio in libello ſtat in ly, peto, *Regens vbi ſupra num.* 199. verum poterit elici ex præſumptione reſultante ex narratis, vt tradit *Menoch. in præſumpt.* 53. *lib.* 1. *Thomaſ. Triuiſ. deci. Venet.* 32. de quo, & alijs ad hanc materiam *Seſſa Aragon. decſ.* 27. *diffuſè tractat.*

24 AD quartum noto, quod in libello oblato non eſt prohibitum addere, vel detrahere, *vt latè probat Muſcat. in pract. prima inſtant. gloſa petitur, n.* 50. verum reſpectu additionis diceretur nouus libellus, *Dec. & cæteri in l. edita, Cod. de edend. Sforz. Odd. conſ.* 88. *vol.* 1. *Ludouiſ. deciſ. Rot. Rom.* 30. *num.* 2. *Giurba deciſ.* 10. *&* 108. & proindè poterit ſequi ſuper nouis additis condemnatio, dummodo ſit facta ante litis conteſtationem, *Bart. in d. l. edita, Riminald. ſen. conſ.* 445. *vol.* 3. *Borrell. in d. ſumm. deciſ. hoc tit. num.* 93. *&* 94. & ſic intelligitur obſeruantia S. C. relata à *Capyc. deciſ.* 80. *in princip.* videlicet quod actio hypotehcaria poſſit ex poſt facto cumulari, cum actione perſonali, reliqua de materia cnmulationis dixi ſupra, *num.* 17.

25 AD quintum noto, quod multæ ſunt cauſæ, in quibus non requiritur libellus, & ſignanter quando ſummariè



Digitized by Google

rie tractantur, *ſecundum Cardin. in cap. ſæpè, de verb. ſign.* & in alijs caſibus relatis, *per Menoch. de arbitr. iud. quæſt.* 18. & quamuis, *Bart. in extrauag. ad reprimend. ver. ſummariè*, dicat in his cauſis, adhuc requiri libellũ; intelligitur reſpectu qualis qualis petitionis, quæ in omnibus iudicijs adhuc sũmarijs requiritur, *ſecundum Signorol. conſ.* 111. *num.* 7. vel quando agitur de cauſa maximi momenti, ſicut intelligit, *Roman. in l.* 1. *num.* 5. *ff. de arbitr. & de vtraque meminit Menoch. vbi ſupra n.* 8. hinc in-
26 noleuit praxis in M.C. quod in cauſis modicis; & alijs actibus leuis præiudicij, indifferenter expediuntur quædam mandata, etiam compulſiua; puta ad ſoluendum, exfractandum, exhibendum, nihil innouandum, & ſimilia; & ita ſeruat praxis ſumpta à Curia Romana, *vt refert Io. de Amicis in conſ.* 35 *num.* 4. *& ibi de materia*, ſed debent expediri cum clauſula Iuſtitiæ, videlicet (& habens cauſam in contrarium compareat) alias ſunt ipſo iure nulla, *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 167. *num.* 5. & impunè ſpernuntur, nec pœna in eo contenta committitur, relicto remedio appellationis, *Reg. Valenz. in conſ.* 6. *num.* 33. *& ibi de alijs ad propoſitum,*
27 nam dicta clauſula iuſtitiæ operatur, quod citatus comparendo efficit, vt tale mandatum reſoluatur, in ſimplicem citationem, *Gaill. obſeru.* 19. *lib.* 1. *Io. de Amicis in d. deciſ.* 167. *& de materia inſtit. gloſ. petitur num.* 36. *verſ. aduerte tamen*, cauſa verò magna, & modica, & parui præiudicij quando dicatur, explicat, *Menoch. de arbitr. iud. quæſt.* 72. *lib.* 1. *num.* 3. 4. *& ſeq. poſt Hostienſ. in cap.* 2. *col.* 1. *de proc. & dixi ſupra in prælud. part.* 1. & quando mandata ſine d. clauſula iuſtitiæ ſubſtineantur, explicat idem *Gaill. in tit. de pace publica cap.* 5. *lib.* 1.

28 AD ſextum, & vltimũ noto, quod in libello ſolent apponi nonnullæ clauſulæ, quæ ſatis conferunt pro iuſtitia, & iure libellantis circa petita, & ſignanter illa videlicet, *vna cum expenſis*, nam expenſæ non veniunt, niſi expreſsè petantur, *Bart. & Bald. in l. properandum, §. cum alterutra, Cod. de iudic. & latè de his per Iaſon. in §. omnium, col.* 26. *inſtit. de action. pract. Papienſ. in for. libell. in act. real. ver. & expenſa. Regens Valenz. conſ.* 16. *num.* 30. attamen taxatio erit in arbitrio iudicis, *Regens Rouit. in pragmat.* 1. *expenſ. Guttier. pract. quæſt. q.* 136. ſed
29 quia appellatione expenſarum eſt aliqua difficultas, an veniant damna, *vt latè examinat Theſaur. deciſ.* 67. ideo pinguior erit cautela dicere, *cum expenſis, damnis, & intereſſe*, nam tunc appellatione intereſſe, venirent etiam fructus, *Præſ. de Franch. deciſ.* 642. *nu.* 8. de quibus dixi ſupra *num.* 13.
30 Secunda clauſula, quæ apponi ſolet in libello eſt, *petens ſuper prædictis omnibus, & eorum ſingulis ius, & iuſtitiam adminiſtrari*, quæ quidẽ eſt multæ efficaciæ, & tanquam herba bethonica, *dicit Abb. in cap. cum dilectus ext. de ordine cognit.* & præcipuè remouet omnem defectum generalitatis, & ineptitudinis, *Bero. conſ.* 163. *num.* 4. *vol.* 1. *Barza. deciſ. Bonon.* 70. *num.* 4. *Viuius deciſ.* 395. *num.* 3. & ſuper non expreſſis poſſe pronuntiari virtute huius clauſulæ, cum clauſula omni meliori modo, *deciſum refert Gaill. d. obſer.* 61. *num.* 11. *tit. de libellis lib.* 1. & quamuis
31 practici huic clauſulæ ſolent addere illa verba vna *cum annexis, & connexis* parum inſeruiunt, quia annexa veniunt tanquam acceſſoria ad principalem petitionem, *cap. tranſlato, & ibi gloſa communiter approbata, de conſtit. Hippolit. ſing.* 251. *incip. connexorum. Gail. de pace publica, cap.* 6. *nu.* 51. reliqua de materia huius clauſulę, & quod non operetur reſpectu eorum, quæ repugnant petitis, *tradit Ripa in tit. de cauſ. poſſ. reſponſ.* 3. *num.* 6. *& de alijs cumulant Iaſo. in d. §. omnium, n.* 147. *inſtit. de action. & in l. petens, C. de pactis, Affl. & ibi add. in deciſ.* 10. *col. fin. Guido Papa deciſ.* 263. *Seſſa Arago. deciſ.* 27. *Gabr. concluſ.* 6. *tit. de clauſ. Muſcatel.*

K in

Digitized by Google

*in eius praxi gloſa petitur, num. 52. verſ. deinde, Ludouic. à Peguera in prax. ordi. Iud. rub. 6. ſub num. 4.*

Tertia clauſula eſt, *non ſe abſtringens*, quę operatur, vt plura proponens non teneatur, niſi ad ea, quæ tantum ſufficiũt ad victoriam reportandam, *DD. in l. ſcire, §. ſcire, ff. de excuſat. Tut. & de ea notabiliter vide ſpecul. in tit. de libell. concept. §. fin. verſ. penult.* & eſt ſatis vtile illam ponere in articulis (maximè, quod habentur loco petitionis in Regno vt ſupra) nam, & ſi Reus ſit non probando allegata non ſuccumberet, *Bart. & DD. in l. Diuus, in prima quæſt. in fine, ff. de re iud. Alex. in l. is qui reus, ff. de publ. Iud.* & de alijs eius effectibus, *vide Bald. in l. non ideò, C. de lib. cauſ. Abb. in cap. dilecti num.* 16. *& ibi apoſtill. extra de iudicijs.*

Quarta clauſula eſt (citra præiudicium omnium Iurium,) quæ operatur, vt quicquid petitur, & geritur intelligitur conditionaliter, videlicet quod quatenus infert aliquid præiudicij proinde ſit, ac petitum, & geſtum non fuiſſet, *Puteus deciſ.* 32. de quo, & alijs effectibus benè colligit, *Ricc. collect.* 853. *& collect.* 1243. *lib.* 4.

Quinta clauſula (vnica ſolutione contẽtus) quæ remouet difficultatem de bis petito, *Bart. in l. p. Cod. ſi plures vna ſent. de qua vide Praſes. de Franch. deciſ.* 305.

Sexta clauſula eſt (deducens omne Ius) quæ eſt multæ efficaciæ, nam in cauſis ſummarijs remouet omnem incertitudinis defectum, *Bellamer. deciſ.* 662. *Hieron. Grat. reſp.* 79. *nu.* 16. *vol.* 2. *Card. Puteus deciſ.* 21. *num.* 7. *lib.* 1. *& late de ea Pract. Papienſ. in libell. in ver. reali, verſ. deducendo, & Rouin. conſ.* 32. *n.* 11. *lib.* 1.

Vltima clauſula, quæ omnia includit eſt (omni meliori modo) quæ multa notabilia operatur, vt *per Menoch. de arbitr. Iud. quæſt.* 48. *num.* 34. *lib.* 1. & ſignanter petens aliquid, intelligitur intentaſſe pro illo petitorium, & poſſeſſorium, *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 327. *num.* 5. Item petens plus debito, licet ſit in pœna, tamen cum iſta clauſula euitabit illam, *Reg. Rouit. in pragm.* 7. *num.* 5. *de falſis.* Item quando aliquid petitur, quod non poteſt fieri illo modo intentato, videtur petitum ex alio ſibi permiſſo, & ſi actus non valebit ſecundum expreſſa, valebit ſecũdum verba, quæ exprimi debebant, *vt benè per Mariam in alleg. vt add. per* Reg. Rouitum *in prag.* 4. *num.* 79. *& ſeq. de feud. & Annam, alleg.* 26. Verum iſta clauſula non operatur reſpectu aſſiſtentiæ, niſi expreſsè petatur in libello; *idem Reg. Rouit. in pragm.* 1. *de aſſiſtentia.* de alijs verò effectibus huius clauſulæ, *vide Annam alleg.* 6. *& Iaſ. in d. §. omnium num.* 151. *Aret. in l. certi, §. ſi Mutius, ff. ſi certum petatur, Felin. in cap. ſuper, de offic. deleg. latè Peguer. vbi ſupra num.* 45. *& Borr. nu.* 152. *Menoch. de arbitr. Iud. quæſt.* 45. *lib.* 1. *Muſcatell. in d. gloſ. libellus, num.* 20. *& ſeq. & congerit Ricc. in collect.* 879. *p.* 4.

# DE CITATIONE.

## Cap. II.

### SVMMARIVM.

1 Citatio eſt actus neceſſarius in Iudicio.

2 Citatio in Iure multis vocitatur vocabulis.

3 Citationis materia à multis tractata.

4 Citatio per edictum, qualiter fiat.

5 Citatio per edictum quando non officiat abſenti à loco quo affigitur, & hanc citationem lacerans qua pœna afficiatur.

6 Citatio per edictum fit in ſubſidiũ, vt explicatur exemplis.

7 Citatio per edictum in confectione inuentarij reſpectu creditorum incertorum

*torum, quando ſit valida.*

8 *Citatio per edictum poteſt fieri quã-do emptor vult liberare rem emptam à nexu obligationis, & an hoc fieri poſſit de iure n. 9.*

10 *Citatio per edictum in quibus caſibus fieri poſſit.*

11 *Citatio per Nuntium qualiter fiat Iure Regni, & qualiter fiat relatio Nuntij n. 12.*

13 *Nuntio atteſtanti ſic citaſſe an credatur, & 16.*

14 *Citatio in domo, quando ſit ſubſidiaria in Regno.*

15 *Citationis forma vſualis in Regno, quæ ſit.*

17 *Citatio facta in domo viri, quando noceat vxori, & è conuerſo.*

18 *Citatio qualiter fiat habitanti in Eccleſia.*

19 *Citatio expedita à Iudice alterius Iuriſdictionis, an valeat, & quid in Regno num. 20. & quæ ſit adhibenda cautela, num. 21.*

22 *Citatio facta tempore feriarum, an, & quando valeat.*

23 *Citatio tria continet tempora.*

24 *Citatio continens certum diem quando elapſo circumducitur.*

25 *Citatio tẽpore noctis qualiter fiat.*

26 *Citatio primi libelli, an poſſit fieri procuratori generali.*

27 *Vniuerſitas qualiter citetur.*

28 *Citari debet in Iudicio omnis intereſſe prætendens.*

29 *Iudex procedendo abſque cauſa cognitione offendit.*

30 *Fideiuſſor tàm Iudicialis, quàm ex contractu debet citari in Iudicio vna cum principali, ne decretum ei officiat.*

31 *Citatio præambula requiritur, vt creditor valeat vti pacto ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate.*

32 *Citatio quando requiratur in decreto præambuli hæreditis.*

33 *Citatio efficit, vt citatus ſit legitimus contradictor.*

34 *Citatio facta, ſi ſua putauerit intereſſe, quid operetur.*

35 *Citatio quando non requiritur.*

36 *Citatio multos producit effectus, quorum aliqui enunciantur.*

37 *Citatio an verbalis, vel realis requiratur ad inducendum præuentionem?*

1 SEquitur immediatè poſt libelli oblationem, actus citationis, vt de petitis conuentus notitiam habeat, & conſequenter ſe defendere valeat; ideò hunc actum, fundamentum, & exordium Iudicij vocauit Imperator *in §. omnium inſt. de pœna temere litigant. gl. in clem. 1 in verbo citationis, extra de Iuditijs*, & eſt actus Iudiciarius à Iure naturæ introductus, *cap. Paſtoralis extra de re iudic.* imò à iure diuino, *Reg. Valenz. in conſ. 6. num. 44. & ſeq.* & hac de Cauſa Iudex, etiã procedens ex arbitrio, illum omittere non poteſt, *vt explicat Menoch. de arbitr. Iud. lib. 1. q. 17.* nec Princeps in ſententia ab ipſo, ſeu eius conciſtorio, *Dec. in l. militis, Cod. de teſtament.* & proinde citatione omiſſa redderetur nulla, & nullius præiudicij, vt in ſententia lata ab Imper. Carolo V. contra Ducem Ferrandinæ differit *Marc. Bun. in addit. ad ſingul. Bartom. de Capua*, 2 & de his inferius. Hic tamen eſt ſciendum, quod citatio multis profertur nominibus, interdum enim dicitur monitio, item vocatio, dictum, & denunciatio, *Io. Faber. in d. § omnium, & refert Caſſ. in conſuet. Burgund. tit. de iuſtices, ver. meſſiers, & ſergens. rubr. 1. §. 6. num. 89. fol. 285. & ſequ.* vbi de alijs ad

hanc materiam citationis, de qua infi-
3 finiti alij ſcripſerunt, & præſertim *Hipp. de Marſil. in repet. c. de vno quoque, ff. de Iudicijs, Maran. & Muſcat. in eorũ prax. Gabri. com. concluſ. in concluſ. 1 ſub tit. de citat. lib. 2. Reg. Tap. in Ius Regn. & Reg. Rouit. ad prag. Regni tit. eodem. Thor. in compend. deciſ. verb. citatio to. 1. Ricc. cumulat in coll. 203. par. 3. latiſſimè Camill Borrell. in ſumm. deciſ. tit. 44. de citat. tom. 1. Ludouic. Peguera in eius prax: Carbal. de ordine Iudic. rub. 6. hoc tit.* ego tamen pro ijs, quæ ad praxim, & ordinem proceſſus pertinere quinque notabilibus hanc materiam expediam.

*Primo, quot modis fiat citatio.*
*Secundo, quo tempore.*
*Tertio, qui ſint citandi in Iudicio.*
*Quartò, qui ſint effectus primæ Iudicialis citationis.*

4 Circa primũ citatio fit duobus modis, vno per edictum per Nunciũ altero, per edictum fit in ſcriptis, & præcedente proclamatè, horrida illa præconis voce, affigitur in loco publiblico, & manifeſto, vt ab omnibus videri poſſit, & à videntibus alijs referri, vt ſic veriſimiliter ad notitiam citati ſaltim relatiuè deueniri poſſit, *l. dies cautioni & ibi explicant DD. ff. de damno infecto, & Canoniſtæ in cap. fin. de elect. in 6. & benè Andr. de Iſer. in vſibus feud. in rubr. de milite vaxal. qui cont. eſt n. 4. & latè Maranta loco citato.* huiuſmodi citatio eſt maximæ efficaciæ, nam arctat citatum ad comparendum, ac ſi in perſonam facta eſſet, *d. l. dies cautioni, §. totis,* ideo legitimè proceditur contra talem citatum vſque ad ſentẽtiam in contumaciam ſi non compareat, *Vant. de nullit. ex defectu citat. nu. 145. Gaill. obſeruat. 55. num. 4 lib. 1.* niſi cum
5 effectu tempore, quo fit dicta citatio reperiatur abſens, tunc enim ei non officeret ex defectu finis, ideſt notitiæ, propter quam fit, *argum. l. de vno quoque, ibi, aliter enim iudicatum inter præſentes tenet, ff. de re iudic.* verum quia malitijs eſt obuiandum, hoc intelligitur, quando abſentia non eſt affettata, latitando, vel alio ſimili modo; tunc enim, de ea non habetur ratio, immò in eius præiudicium habetur pro præſente, *Matthes. ſingul. 122. Franc. Marc. deciſ. delph. 400. num. 14. cap. 1. Maran. vbi ſupra num. 84. & Felin. in cap. fin. num. 5. de teſtib.* quibus in locis examinantur caſus affectatæ abſentia. Cæterum huiuſmodi citatio in publico loco expoſita, ne laceretur, vel auferatur, ſancitum eſt, attenta qualitate negotij, lacerantem, vel auferentem grauiter eſſe puniendum arbitrio Iudicis, *vt edocet Alex. in l. ſi quis. ff. de iuriſdict. omn. Iud. & paſſim citat DD.*

6 His præcognitis, ſequitur examinãdũ, quando illa edictalis citatio vẽdicat ſibi locũ; nã cũ ſit exorbitãs, non ſit in ſubſidium, videlicet quando aliter niſi nõ poteſt citari reus, *l. dies, §. prætor att. ff. de damno infecto, cap. cauſam quæ, de dolo, & contumacia,* & ſic in caſibus in Iure expreſſis admittendam eſſe, per *text. in clem. 1. de Iudicijs*, omnes DD. aſſerunt, & præſertim *Maranta vbi ſupra num. 82.* qui tredecim modos, quibus expediri poteſt enunciat, ſequitur *Troys, & alij in comment. ad pragm. Regni, pragm. inc. p quilibet agere de ordin. Iudic. Borrell. in d. ſumm. deciſ. tit. de cit. num. 77. cum plur. ſeq. Hieron. Caual. in ſpecul. commu. contra commun. quæſt. 12. Ricc. coll. 117. par. 1. Gaillus in obſeruat. 57. lib. 1.* & præſipuè omnes
7 redducuntur ſub duobus principijs, videlicet *incertitudinis, & difficultatis,* reſpectu primi, caſus frequentior eſt, in confectione inuentarij, quia tunc reſpectù creditorum incertorum expeditur citatorium edictum, *vt per DD. in l. conſulta, Cod. de teſtam, & in d. clem. 1. de Iud. Caſtren. caſu 325. num. 2. p. 1. & latè per Pan. in tract. de in tract. de inuent. quæſt. 240.* ſed hoc ſanè intelligitur quando penitus ignorantur creditores, alias debeant citari de perſona,

na,vel domi; eſto quod eorum creditum ſit incertum,& ſub Iudice,*vt probat Angel.in l.prima,§.ſi hac ſtipulatio,ff. ſi cui pluſquam per le.Falc. Panucc.de inuent p.3.cap.91.num.13.& fuit obſeruatum in S.C.facto verbo per Magn. Cur. in cauſa Hieronymi Marcheſii, proceſſus eſt penes Actuarium de citellis.* huic af-
8 finis eſt caſus quando hæres vult liberare a nexu obligationis bona hæreditaria,nam poterit creditorés incertos citari facere per edictum,vt compareant ad proponenda eorum iura, aliàs imponi ſilentium. *iuxta notata per Felyn in cap.2.de conſt.t.ſpecul.in hoc tit.de cit.§ ſequitur num.19.Bert. & ceteri in l.Titia,ff.de accuſat. Roman. conſ. 57.nu.7. quos ſequitur Gail. d.obſer.57. num.7.*qui per eadem iura edocet hac eadem cautela, & edictali citatione poſſe vti emptor rei ſtabilis reſpectu prætenſorum creditorum, & hoc tanto magis ſi allegaretur iactantia aliquorum,quia tunc præueniendo,iuxta terminos,*l.diffamari,C.de ingen.manumiſ.* poterit eos citari facere per edictum,*vt latè per Bert. deciſ.251. & diximus ſupra, in tit. de actore,in princ.*
9 *part.1.* & aduerte, quod attentis his terminis,quando agitur contra incertos in hoc citatorio edicto apponitur clauſula,vt compareãt omnes,*qui ſua putauerint intereſſe*, & proinde,qui aduerſus petita comparent, reputantur ſpecialiter citati, & ideo etiam ſi eſſent banniti, vel excommunicati debent audiri,*vt contra Bald.in l.teſtamenta,num.5. Cod. de teſtam.ordin. & alios ipſum ſequentes,concludit Scaccia de ſent. & reiudic.gloſ.20.num.40. cum pluribus ſeq.verſ.ſecundus caſus.* quinimmò taliter citati comparendo ante ſentẽtiam habebunt extraordinarias reſtitutiones,ſi erunt perſonæ priuilegiatæ, vt benè per *Giurb.deciſ.ſic prima*,& ſi cõpareant poſt ſententiam qualiter eis conſuletur ? edocet *Surd.deciſ.62.*
10 Reſpectu ſecundi principij *difficultatis*, nonnulli etiam poſſunt adaptari caſus , ſignanter in vagabundo, qui cum ſit difficilis conuentionis poteſt citari per edictum in loco,vbi eſt ſolitus conuerſari,*l.eius qui,la ſeconda, §.ſi quis ff.dad Municipal. Marant. vbi ſupra num.*83. ſic etiam quando conuenitur inſignis Reſpublica, vel Dominus,pro quibus citandis non daretur locus tutus,tunc enim poſſe citari per edictum in locis viciníoribus,tradunt interpretes *per cap.vnicum,de foro compet.cap.vbi periculum,§.porrò,de elect.in 6.& clem.cauſam,de elect. Gaill. vbi ſupra,num.1.2.& 3.* fateor tamen, quod in nonnullis , alijs caſibus admittitur huiuſmodi citatio cum dicta clauſula, ſi ſua putauerint intereſſe,vt in remedijs poſſeſſorijs capitulorum Regni, *teſtantur ibi DD.& latè Affl ct. deciſ.2. 24.& 380.& per Iaſo.in l. teſtamenta omnia,Cod.de teſtam.*& hoc ad elidendã exceptionem declinatoriam fori, *vt ibi per Afflict.& Maſtrill.deciſ.Sicil. 239.lib.3.*ſed diſſentio ab iſta opinione,*Phanuc.de inuent. quaſt.240.nu.22.*
11 Altero modo citatio fit per Nuncium, & huic dedit normam Conſt. Regni,*citationis litere,et pragmatica,quilibet agere , de ord. Iudic.* ſcilicet quod fiat perſonaliter,vel domi, & vtroque modo valeat , dummodo fiat relatio Nuntij cum ſubſcriptione duorum teſtimonium, vel, quod Nuncius referat citaſſe,præſentibus duobus, exprimendo illos per nomina,& cognomina, vt ibi, quæ ſatis viget. verum eſt diſpoſitio in duobus exorbitans à iure communi.
12 Primò , ex quo requiruntur teſtes, & de iure communi ſimpliciter Nuncio,citaſſe credebatur,*glo.in l.quoniam contra,de probat.cum concord.* ſicut etiã creditur,non obſtante *d. pragm.* in citationibus,quæ fiunt intra Ciuitatem Neap.*Reg.Rouit.in dict.rubr. de citat.* præter citationem, quæ fit contra inquiſitum ad capitula, *Praſ. de Francb. in deciſ.*560.vbi de materia , & ſic etiã in citationibus, quæ fiunt intra Ciuitatem Neapolit. poteſt fieri relatio à quocunq; de ordine Nuncij neſcientis ſcri-

ſcribere,& ità ſeruatur. Si verò fiunt extra Ciuitatem, tunc ſcribitur à Notario publico, *iuxta doctrinam Hoſtien. d. cap. quoniam contra, extra de probat.* Sed melius, & vtilius eſſet eligere Nuncios ſcientes ſcribere, ſicut eliguntur Porterij S. C. & Regiæ Cam. Summar. & ſeruatur indifferenter in Gallia per Regias ordinationes, *vt teſtatur Caſſan. ad d. conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 6. fol. 277. ver. quoque num. 3.* & (attenta prædicta noſtra obſeruantia) faciant ab eodem *Caſſan. adducta in*
13 *num. ſeq.* videlicet, an Nuntio credatur, ſi dicat aliter feciſſe relationem, ac reperitur ſcripta, vel potius credendum ſit illi, qui de eius ordine ſcripſit, & de alijs ad hunc propoſitum, *vide benè ibi, vſque ad num. 10.* & quòd credatur Nuntio aſſerenti non potuiſſe exequi citationem ſicut habebat in mandatis, quo fuit impeditus à parte malitioſè, & proinde vigore huius relationis haberi citationem pro facta, *latè tractat Gaill. obſeru. 55. lib. 4.*

14 Secundò, diſpoſitio dictæ pragmaticæ eſt exorbitans, quia de iure communi citatio in Domo erat ſubſidiaria, & tunc demum facienda, ſi facta prius diligētia, nō reperiebatur perſona citanda. *Vant. de null. titul. de null. ex defectu cit. n. 38. Menoch. de præſu. lib. 1. præſum. 26.* Nihilominus ex quo dicta pragmatica alterat diſpoſitionem iuris, loquendo generaliter, debet intelligi, ſecundùm ius commune, *l. ſi ſerui noſtri, C. de notal.* & ſic de domo ſolitæ habitationis, vbi olim fieri debebat, *ſe*
15 *cundum Vant. vbi ſupra num. 90.* Sed quia maxima erat ſcrupuloſitas perquirendi locum in quo quis ſolebat habitare; inoleuit praxis ex coſuetudine, quod quando Nuncius refert citaſſe aliquem modo, & forma, prout in commiſſis, habetur, ac ſi citatio facta fuiſſet in domo ſolitæ habitationis, *Praſ. de Franch. deciſ. 322. num. 3. & 4. & add. ad Muſcatell. in gloſa intimato, verſ. citationem.*
16 Et ſic per iſtam praxim, abſoluta eſt illa ardua quæſt. DD. an Nuntios credatur citaſſe ſicut habuit in mandatis, & remota conſuetudine, vel ſtylo, vt ſupra, quod non tenuit. *Imol. in cap. parati, de appell.* ſed ipſam plenè præter alios egregiè diſputauit, *Aſinius in pract. de ordine Iud. §. 9. cap. 2. & 3.* Sed
17 an poſſit citari maritus in domo, vbi habitat vxor, & è conuerſo, & reputetur ſolita habitatio? *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 27.* reſoluit diſtinguendo, & ſic quando citatur Dominus in loco feudi, *Regens Rouit. in comment. ad pragm. in rubr. de citatione num. 19.* & quid in habitante In Eccle
18 ſia, *text. & gloſ.* determinat, quod debeat fieri citatio verbalis *in l. ſi præſenti, §. ſed ſi quidem, C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* & ponit practicam citandi, di. *Abb. in cap. inter alia, extra de Immunit. Eccleſ.* & præter ipſum nullibi legiſſe teſtatur, *Velaſc. in conſuet. Luſit. 81 num. 5. tom. 1.*

19 Sed attende, quod hæc de domo habitationis ſanè intelligenda ſunt, modo ſit ſita in loco iuriſdictionis Iudicis à quo expeditur citatio, nam extra citatus impunè non paretur, *ad tex. in l. fin. de iuriſd. omn. Iudic.* eſt enim actus iuriſdictionis, & ſic prohibitus exequi in alieno territorio, *l. ſicuti, §. ariſto, ff. ſi ſeruitus vendicetur, Bald. in d. cap. fin. Franc. Marc. deciſ. delph. 428. &*
20 *429.* Sed hoc intelligitur reſpectu iuriſdictionis directæ, puta, ſi fiat à Iudice Regio huius Regni, & intimatio fiat extra Regnum non poſſeſſo à noſtro Inuittiſſimo Rege, alias ſi fiat ab officiali Regio poterit legitimè intimari loco baronali, cum ratione directi dominij noſtri Inuictiſſ. Rex de vnaquaque iuriſdictione dicatur Dominus, & ſic erit valida, & eſt communis opinio, *vt poſt Bart. in l. omnes, Cod. de Epiſc. & cler. ſequitur Angel. & cæteri in*
21 *d. l. fin. ff. de iur. omn. iud.* Verum innoleuit cautela in praxi, quæ inſeruit, tàm ſi fiat citatio citra, quàm extra fines territorij, vel Regni, ſcilicet, vt in commiſſione citationis rogetur officialis

illius

Digitized by Google

illius loci, quod permittat citationem fieri, de qua teſtatur, *Borrell. in ſumm. deciſ. tit. 44. de cit. num. 66. & de his latè Gaill. obſeruat. 36. lib. 1.*

22 CIrca ſecundum noto, quod citatio non poteſt fieri omni tempore; prohibetur enim tempore feriarum, quia tunc actio exerceri non poteſt, *vt ſupra de actore part.* 1. ſed intelligas, parte opponente, alias valebit, *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 46. num. 24.* Niſi ſint feriæ inductæ ad honorem Dei, quia tunc ipſo iure, erit nulla, *Azor. in ſumma, C. de ferijs, in fine, Bart. in l. 1. §. nunciatio, ff. de nou. oper. nunciat. & Troyſ. in rita* 115. *num.* 3. & hoc eſt verum præter caſus, in quibus proceditur in iudicio etiam diebus feriatis ad honorem Dei. Verum ſi citatio expediatur à loco iudicij, die nõ feriata, & tamen fiat in loco, vbi illa die celebratur feſtum, erit nulla, *vt teſtatur Carauita rita* 116. *num.* 3. *& deciſum refert Thor. in d. compen. dec. ver. citatio expedita, &c.* Ratio eſt, quia in

32 citatione tria conſiderantur tempora primum quando expeditur commiſſio, ſecundum quando fit, tertium quando Nuncius refert; de quibus per *Valaſc. in d. deciſ. Luſit.* 81. *nu.* 6. *& per Myſing. obſeru.* 77. *num.* 1. *cent.* 1.

24 Et licet dubitari poſſit quando citatio contineat certum diem, ſi illo elapſo dicatur circũducta, & nõ poſſit deinde Iudex procedere, *l. & poſt edict. §. 1. ff. de iud. Man. alleg. 4. n. 6. to. 2.* praxis tamẽ ſeruat modũ expediẽdi primas citationes ad illum, & omnes ſingulos actus; quod caſu, ſi citatio fuit facta extra ciuitatem non procedit Iudex; niſi accuſatis contumacijs, iuxtà ſolẽnitatem traditam in *rita* 123. prout hoc ibi in ſpecie aduertit *Carau. ſub num. 7. verſ. licet iſtud, & dixi infra cap. 4. p. 2.*

25 Vltimo, circa tempus ſcias, quod valet citatio de nocte, ſicut quilibet alius actus, adhibitis tamen tribus luminibus accenſis, *iuxt. text. in l. 1. §. tria ff. de vent. inſpic. ſed vide bene Caſſa. ad d. conſuet. Burg. num. 105. tit. de Iuſtices, fol. 269.*

26 CIrca tertium noto, quod prima citatio libelli, debet fieri principali conuento, à quo petitur res, vel eius generali procuratori, vt eſt communis opinio *DD. relata per Iaſon. in l. cum, qui C. de procurat.* Sed intelligas, quando conſtat, quod talis procurator acceptauit mandatum; *facit text. in cle. in.* 1. *de procur. ſecundum Henricum Boucinum in eius Angel. ver. citatio num.* 21. *& idem tenet Guid. Papa. ſing.* 370. Sed fallit primò, quando principalis eſſet præſens in loco Iudicij, ſecundò quãdo ageretur de re magni præiudicij, *Loffred. conſ.* 20. *nu.* 3.

27 Sed quomodo citatur Vniuerſitas? *In text. cum ibi not. per DD. in cap. humilis, de maioritate, & obedientia,* determinatur debere citari ſyndicum, vel Adminiſtratorem, & ſi non haberet, eſſet admonenda conſilio, vel in arengo, *l. aliud, §. refertur, ff. de reg. iur. cum alijs allegatis per Angel. in l. per fundum, ſub num. 2. ff. de ſeruit. ruſt. prædior. & Oliuer. in addit. ad dec. ſ. Ludouiſ.* 584. *num.* 6. hoc tamen intellige quãdo negotium tangeret omnes, & de omnium intereſſe ageretur, ſecus ſi de ſingulis, quia tunc ſinguli eſſent citandi. *Angel. vbi ſupra.*

28 Sed hunc pertinet ſcire, reſpectu intereſſe, quod omnis citari debet in actu ex quo aliquo modo læderetur, vel ei eſſet præiudiciũ, *per text. vulg. in l. de vnoquoque, ff. de iudicijs, vbi Ricc. d. coll. 203. benè Rebuff. in l. probibitum, ſuper gl. quorum intereſt, C. de iure fiſci, lib.* 10. aliàs actus ille iterum deberet fieri, reſpectu non citati; quia habetur, ac ſi factus non fuiſſet, *gloſ. in l. 1. verſ. filium eſſe, circa fin. C. quorum bonorum.*

29 Ideò verum eſt, quod Iudex, abſque cauſæ cognitione potius nocet parti, in cuius fauorem iudicat, vt per *Reg. Ronit. in pragm. 1. de conſeru.* ratio eſt, quia cauſæ cognitio exigit principaliter citationem, *l. in cauſa, §. cauſa, ff. de minoribus, cum alijs de quibus per Menoch.*

[illegible] 19. lib. 1.

30 Ex his recte infertur ad multa; & ſingulariter quod in Iudicio, quod ſit cum principali, debet citari etiam fideiuſſor, vt ei obſtet, quamuis ſit ſequela obligationis, & vti acceſſorium debeat ſequi naturam principalis; *vt per text. in l. à ſententia, cùm conc. ff. de appellat.* [illegible] *communiter* DD. *teſte Murſil. in rub. de fideiuſſ. num.* 348. *Miſing. in obſeru.* 96. *Ronitbag. in l. ex duob. reis, nu.* 3. *ff. de duobus reis, Gabr. comm. conclus.* 43. *num.* 32. *& ſeq.* & extenditur nedum in fideiuſſore contractus, ſed etiam Iudiciali, niſi comparuiſſet ſpõtè, & ſe conſtituiſſet aduerſarium, *vt latè per Burſat. conſ.* 203. *vol.* 2. & reſpectu fideiuſſoris tutelæ, quod in Iuditio redditionis computorum debeat neceſſario citari cum Tutore, ex prædictis, & alijs refert deciſum *Maſtrill. deciſ. Sicil.* 20. *tom.* 1.

31 Item infertur, quod licet de iuris rigore creditor inſtrumentarius virtute clauſulæ conſtituti, & præcarij, & pacti in inſtrumento adiecti valeat aſſociata familia curiæ, capere poſſeſſionem bonorum debitoris abſque citatione pro eius credito, nihilominus, quia conſideratur intereſſe debitoris in hoc actu, ex quo priuatur commodis poſſeſſorijs debet citari, & ſic obſeruatur hodie, in M. C. quicquid aliter antiquitus obſeruabatur, *vt per Reg. Ronit. in d. pragm. p. de conſeruat. per totum, & conferunt dicta per Par. de Puteo de reintegr. feud. fol.* 20. *nu.* 10.

32 Item infertur, quod licet decretum præambuli, ex quo quis declaratur hæres alicuius, ex antiqua obſeruantia Magn. Cur. Vic. fiat, aſque citatione; *vt per Afflict. quem allegat Proſ. de Franch. deciſ.* 204. *num.* 2. Intelligitur quando penitus ignoratur aliquis legitimur contradictor, cui dictum decretum, aliquo modo, officere poſſit; *ex adductis per Carauit. in ritu* 264. *nu.* 14. *& Io. Vinc. de Anna in alleg.* 19. *n.* 13 *&* 15. Sicut dicimus in hærede petente immitti in poſſeſſionem bonorum ex beneficio *[illegible] edict. Diu. Adriani*, quod ei conceditur, abſque aliqua citatione; *vt videtur Menoch. de remed. poſſeſſo. r emed.* 4. *num.* 458. *de adipiſc. poſſeſſ.* & ſecundum hæc intelligitur dictum, *Bald. in Margarita ver. citatio nu.* 7. Dum aſſerit citationem non requiri ad decretum, ex quo nemo læditur, ſed ſolum perſona habilitatur; allegat inter alia, *text. in l.* 1. *C. quorum bonorum*, vbi probatur, quod talis habilitatio nemini nocet: ideò poterit intereſſe prætendens, quandocumque contradicere, & proponere eius iura; *vt ibi gloſ. aduertit. & latè Natta, conſ.* 509. *lib.* 3. Inſuper infertur, quod, & ſi regulariter in exemplatione priuilegij, vel alicuius inſtrumenti non requiratur partis citatio; intelligitur, quando ex eo quis lædi non poteſt, *Minado. deciſ.* 23. Secus vero quando adſit aliqua cancellatio, vel cauſa, ex qua poſſit aliquis lædi, quia tunc bene requiritur, *vt explicat Franc. Marc. in deciſ. Delph.* 407. *par.* 1. & ſic ſeruamus hodie indifferenter.

33 Tandem, his præcognitis, infertur, quod non habens intereſſe non debet citari; verum ſi de facto citetur debet admitti in cauſa, quia effectus eſt ex ea habilis cõtradictor, *Felyn. in c. ſuper his col.* 7. *ſub num.* 15. *verſ.* 2 *limita vltra de accuſat. Caſſan. ad conſuet. Burg. rubr.* 13. *§.* 6. *ſub ver. Quaritur. verſ. & mouebar, fol.* 1474. Ideò quando dubitatur de intereſſe alicuius, cautela eſt quod citetur cum clauſula (ſi ſua putauerit intereſſe) *vt dicit Felyn. vbi ſupra verſ. modo aduerte.* Ratio eſt, quia taliter citatus non habens intereſſe non tenetur comparere, & non comparendo non incurrit in contumaciam, *Franc. Marc. in deciſ. Delphin.* 493. *nu.* 7 *lib.* 1. Ita conſequens eſt, quod non cendo de iure ſuo, non admittitur, *Canale. in dec.* 17. *num.* 19. Et ideò quæ-

34 runt DD. an Clericus, vel alter citatus cum iſta clauſula comparendo dicatur actor voluntarius, vel neceſſarius, ad hoc vt valeat declinare forũ

de

*de qua re latè Roland. à Valle conſil.* 29. *vol.* 2. *Dec. in conſ.* 700. *col. ante pen. Ang. in l. ſi ſuſpecta col.* 5. *in fine, ff. de inoff. teſtament. Afflict. deciſ.* 2. *colum. fin. Capyc. deciſ.* 8. *& Gramm. deciſ.* 61. *vbi vide etiã de dicta clauſula, vt dixi ſupra num.* 8. *cum ſeq.* quod non ſolum ex defectu alicuius intereſſe, aliquis citari non debet, ſed etiam aliqua vrgente neceſſitate, puta, in capiendo debitorem ſuſpectum de fuga, nam tunc regulariter non fit citatio, *vt per Curt. in tract. de ſequeſtr. quæſt.* 7. *n.* 40. Item quando Iudex ex ſua conſcientia iudicare poteſt, *vt aduertit Menoch. vbi ſupra, de arbitr. quæſt.* 17. *num.* 14. *& ibi de alijs ad hoc propoſitum, & vide Soccin. in regula citatio requiritur, &c. & ſupra citat.*
35 *DD. infra in c. de teſtibus p.* 2. itẽ citatio nõ debet fieri, nec eſt neceſſaria quãdo citatus declarauit nolle ãplius cõparere in iudicio *Mareſ. var. reſol. c.* 57 *n.* 7. *vol.* 1. Et tandẽ aduertas, ꝙ citatio nõ requiritur in actibus, in quib. adeſt ſpontanea comparitio, immò ex ea omnis defectus illegitimæ citationis purgatur, *vt latè explicat Gaill. obſer.* 58 *lib.* 1. quia ad inducẽdam notitiã principaliter eſt inuenta citatio, & ideo dato effectu non curatur de modo, *vt in terminis differit Felyn. in cap. cum contingere de reſcript.*

36 Circa vltimum, pro coronide huius materiæ remanet notandũ, quod citatio etiã primæua multos producit effectus, quos paſſim explicant *præcitati DD.* ſignanter inducit prçuentionẽ, *gloſ. in cap. cum plures, de offic. deleg. in* 6. *verſ. quo poteſt. Angel. in l. ſi quis poſtea, ff. de iudic.* licet fiat Iudici, tantùm *Regens de Ponte, conſ.* 99. *num.* 1. *& ſeq. vol.* 1. ſed quod etiam debeat fieri parti, *ſubſtinet Reg. Valenz. conſ.* 21. *num.* 11.
37 *&* 12. *vol.* 1. & quod ſufficiat verbaliter facta, immò ſit maioris efficaciæ ad hunc effectum, quam realis citationis affectatæ, maxime à delinquente, *probat Maſtrill. deciſ. Sic.* 210. Item citatio perpetuat iuriſdictionem, & quando latè tractant. *DD. in cap. gratum, de offic. delegat.* & ibi multa cogerit, *Ricc. collect.* 975. *p.* 2. idem interrumpit præſcriptionem, *idem Ricc. collect.* 427. *part.* 2. *Borrell. in d. ſumm. deciſ. tit. de citat. num.* 510. *cum plur. ſequen.* Tandem afficit rem vitio litigioſi, & conſequenter ſub iudice, *Bald. in l. dudum, Cod. de contract. empt. num.* 2. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 29. *latè Borrell. in d. ſumm. deciſ. tit. de lit. num.* 555. *cum ſequent. de quo loquemur in cit. immediatè ſeqn.*

## DE LITE PENDENTE, ET Actibus tunc prohibitis, & & permiſſis.

### Cap. II.

### SVMMARIVM.

1 *Litis pendentia, an inducatur per ſolam citationem, & de ea debeat, fieri expreſſa mentio in reſcripto? num.* 2.

3 *Lis quando dicatur pendere, & in quo differat à cauſa, actione, inſtantia, & controuerſia, remiſſiuè.*

4 *Litis pendentia inducit præſumptionem fraudis.*

5 *Lite pendente attentare, eſt prohibitum, etiam circa ea quæ antea fieri poterant propria auctoritate.*

6 *Agens via ordinaria, quando poſſit agere via executiua, & an iuuet proteſtatio, & num.* 45.

7 *Attentata, lite pendente, an, & quando ſint ante omnia reuocanda, & quid circa hoc cenſeat auctor, num.* 8.

9 *Litis pendentia, quando prohibeat exercitium ſuper re controuerſa.*

10 *Sequeſtrum, lite pendente, regulariter prohibetur.*

11 *Sequeſtrum quando, lite pendente,* co-

toleratur, & qua cautela euitetur? num. 1
13 Annotatio fit in praxi indifferenter, & quid iuris tribuat.
14 Res mobilis, qualiter ſequeſtretur, & quid in debitore ſuſpecto de fuga, num. 17.
17 Praeceptum Iudicis factum conuento, ne alienet rem deductam in iudicio, ſtat loco ſequeſtri.
16 Alienatio facta contra praeceptum Iudicis eſt ipſo iure nulla, etiamſi eodem die appareat, & refertur deciſio.
18 Debitor quando cenſeatur ſuſpectus de fuga, vt poſsit ſuper eius bonis fieri ſequeſtrum, & an euitatur praeſtādo cautionem? n. 19.
20 Fideiuſſor de iudicio ſiſti, quando intelligatur liberatus, plenè diſcutitur.
21 Fideiuſſor de iudicio ſiſti, an teneatur ad intereſſe, & quando ſit liberatus per praeſentationem principalis?
22 Fideiuſſor de iudicatum ſoluendo, quando ſit liberatus, & teneatur pro iudicato per alium iudicem, plenè diſcutitur, nu. 23.
24 Poſſeſſio, quando ſit ſequeſtranda, lite pendente.
25 Poſſeſſor, lite pendente, eſt manutenendus, licet ſit timor armorum, & quando ſecus.
26 Poſſeſſionis actus, qui ſint attendendi, vt inducant probationem ad obtinendam poſſeſſionem, lite pendente.
27 Manutenſio cui ſit deferenda, lite pendente, ſi partes aequaliter probauerint de poſſeſſione.
28 Alienatio, lite pendente, eſt prohibita, & quid alienationis verbum contineat.
29 Alienatio, lite pendente, in quibus caſibus ob neceſsitatem ſit permiſſa.
30 Re in iudicio deducta, quando cenſeatur affecta vitio litigioſo.
31 Actio, & inſtantia ſuper re deducta in iudicio, quando poſsit cedi, & quid operetur ſi fiat in perſonis priuilegiatis, num. 32.
33 Res alienata, lite pendente, qualiter recuperetur.
34 Diſpoſitio Cap. Regn. conuentus quando procedat.
35 Actorum vnio, ſeu accumulatio, quando ſit facienda, et penes quem Actuarium, num. 36.
37 Solutio, quando ſit, lite pendente denegandā à tertio debitore, & quid ſeruandum in praxi, num. 38.
39 Creditor in poſſeſsione iuris exigendi, quando ſit manutenendus, lite pendente ſuper reſciſsione contractus, quid in emphiteuta, pro cenſibus, num. 40. & 41. & 42. quid ſi conſtet euidenter de nullitate contractus? nu. 43. & quando pro exactione ſit praeſtanda cautio? n. 44.
46 Ius ſuperueniens, lite pendente, quando proſit ad victoriam, & qualiter ſit deducendum in libello? n. 47. & explicatur exemplis? num. 48. & 49. & 50.
51 Ius ſuperueniens, an proſit reo ad obtinendam liberationem.
52 Iuriſdictio ſuperuenta Iudici, an validet iudicium, ſi iudicauit ſine ea.
53 Alimenta litiganti, & quādo ſint ab altero praeſtanda, lite pendente? num. 54.
55 Alimenta, quando debeantur filio liti-

*litiganti cum patre ; & an conſtare debeat de filiatione ? n. 56.*

57 *Alimentorum taxatio, lite pendente, qualiter ſit facienda.*

58 *Cautio pro alimentis præſtitis, lite pendente, an, & quando ſit præſtanda ? & quid cenſeat auctor ? n. 59.*

60 *Decretum Iudicis, per quod cernitur deberi alimenta, lite pĕdĕte, an ſuſpendatur per appellationem.*

1 OBlato libello, & citato reo, vt in prox. tit. inducitur pendentia litis ſuper re deducta in Iudicio, *cap. 2 vt lite pendente. Hoſtienſ. Io. Andr. & Abb. in cap. vltimo eod. tit.* ideò immediatè ſequitur titulus iſte, & licet DD. in multis caſibus declararent non ſufficere ſolam citationem ad inducendam pendentiam litis, ſed requiri litis conteſtationem, *vt per Bald. in l. prima, Cod. commun. diuid. num. 4. Affl. ct. in conſtitut. Regn. eorum fraudibus, in primo caſu, verſ. item, Neapod. in conſuet, Ne p. incip. ſi quis emit, num. 43. Guid. Pap. decif. 479. cum alijs cumulatis per Ricc. collect. 817. part. 4.* regulariter tamen ſola citatio eſt ſufficiens, etiam quòd ſit facta in iudicio ſummarijſſimo, ideſt cŏtra debitorem ſuſpectum de fuga, *Caccialup. in tract. de debit. ſuſ-*
2 *pecto, & fugit. quæſt. 15. num. 5.* Ideò de neceſſitate debet fieri de ea expreſſa mentio in reſcripto poſt citationem impetrato, alias eſſet ſubreptitium, & conſequenter nullum *Afflict. deciſ. 220. num. 18. Menoch. de arbitr. iud. caſu 202. cent. 4. lib. 2. num. 5. & per totum, & Velaſq. in deciſ. Luſitan. 11.* & dicitur
3 lis pendere à dicta citatione in toto progreſſu primæ inſtantiæ, vſquè ad ſententiam; *Cardinal. & cæteri in clem. 2 vt lite pend. Alex in l. fin. de eo, per quem. Troyhus in pramg. quilibet agere, nu. 17. de ordine Iudiorum,* & lis, ſiue cauſa dicitur, tàm ſi eſt intentata actio perſonalis, quàm realis, *l. litis nomen, ff. de verb. ſignif.* & in quo ſtrictè loquendo differat à cauſa, controuerſia, actione, & inſtantia, explicat. *Maranta in eius ſpecul. p. 4. n. 63. & addentes in prag. Reg. diſpendia, de ordine iudiorum, & Parlad. quotidian. differ. differ. 136. & memini ſupra in prælud. huius part. 2.* & ex hoc actu oritur exceptio litis pendentiæ, quæ poteſt opponi quoties actor vellet aliunde cauſam intentare, de quo ſuo loco, ſed hic ſolum nota hăc exceptionem procedere in iudicijs ordinarijs, de quibus nos loquimur, quia in his ius quæritur Iudici, at in exequtiuis ſecus, quia cum illa ſit innuenta ad conſulendum creditoribus non debent retorqueri in contrarium, & ſic obſeruatur in noſtris curijs attenta communi DD. opinione de qua per *Seraph. in tract. de priuil. iuram. priuil. 77. num. 81. verſ. huius dicti ratio. Grat. reſp. 193. num. 35. col. 2. Gramat. conſ. 95. num. 4. & num 26. Alba conſ. 547. nu. 12. 8.* ſed quid ſi habens viam executiuam intentauerit ordinariam.

Quid ſi habens viam agendi criminalier tagat ciuiliter an poſſit variare, vel ſimul intĕtare vtranque actionem *text. in l. interdum de publ. Iudicis* dicit, quod actor ſibi præiudicat, agendo ciuiliter, ſed quia habet plures inſpictiones quas examinat *Iul. Clar. in eius praxi lib. 5. §. final. q. 2.* vide per eum, & quatenus ad rem noſtram pertinet pro explicatione effectus huius litis pendentiæ eſt videndum circa hanc materiam vltra ea, quæ diffusè tractant practici, & colligit *Ricc. collectan. 139. part. 1. & 125. part. 4.* breuiter ſub duobus principijs collocemus.

**Primò, quænam ſint lite pendente prohibita. Secundò, quæ permiſſa.**

4 PRimum principium prohibitiuū eſt fundatum ſuper preſumptione fraudis, nam quicquid fit poſt litem cæptam dicitur in fraudem, *teſte Paul. Caſtr. in l. à Diuo Pio, §. ſuper rebus,*



Digitized by Google

*col.2.ff. de re iudicata*. hinc poſſumus inferre hoc principium latas habere habenas, ver ũnos methodicè in quatuor prohibitionis ſpeciebus reſtringemus.

*Prima, attentatorum.*
*Secunda, exercitij.*
*Tertia, ſequeſtri.*
*Quarta, alienationis.*

5 PRima ſpecies eſt reſpectu attentatorum, nequit enim vna pars litigans aliquid innouare,& actentatare; lite pendente, circa rem deductam in iudicio in præiudicium alterius,vt toto tit.vt lite pendente,ratio eſt, quia à Iudice eſt derimenda, & decidenda controuerſia,& interim carent partes poteſtate aliquid faciendi,*l.ſi ita, quis promiſſerit*, §. 1. *in fine, & l.continuus,§.cum ita,ff.de verb.obligat Camill.Medic.conſ.*64, *nu*.4. & hoc
6 vſque eo verum eſt,quod & ſi aliquid fieri poterit propria actoritate ſi eſt ſub iudice etiam voluntariè deductũ, eſt omninò expectanda eius prouiſio, vt notant *DD.in cap.*1. *vt lite pendente, Alex.conſ.*99. *num*.9. *lib*.1. *Tiraquel.in tract.de conſtit.in principio,num*.39.*pag*. 15.*Gramat.in addit.ad deciſ.Aſſlict*.131. *Surd.deciſ.Mant*.92.*num*.14.Sed bona eſt tunc proteſtatio. *Tiraquel. vbi ſupra,num*.42.imò hoc ampliatur, quod non ſolum prohibetur pars innouare, ſed etiam variare modum agẽdi circa re deductũ in iudicio,nã ſi intentauerit litem via ordinaria nequiret agere exequutiua,cõtradicente reo,vt ꝓbat *Galleſ.ad for.cam.obligat.p.*3.*q*.2.*num*.4. & 5.ſequitur *Suarez de Paz in praxi ciuil.& canonica*,4.*par.cap*.3.*ſub nu*.31. *in fin. tom*.1. hinc ſi quis conueniatur iudicio ordinario,etiam ſi pro inſtrumento guarentigiato concernente eandem rem, moleſtaretur in alio foro,& coram alio Iudice poterit ſe tueri hac exceptione litis pendentiæ, *Angel.in l.cum & unus,ff.de bon.auct.Iud. poſſ.ſequitur Seſſa Aragon. in deciſ*.40. *n*. 3. *vol*.1. & quæ nam ſint iudicia ordinaria, & quæ exequutiua explicat. *Parlad. in dict. tract. quotid. different. differ*.137.verum hoc non procedit in noſtris Tribunalibus in cauſis liquidationis inſtrumenti, quia non impediuntur prætextu huius exceptionis, vt eſt prouiſum per Pragm.nouiſ.editam,de qua dixi ſupra. Sic etiam non procederet quando eſſet intentata via ordinaria cum proteſtatione,quod viæ exequutiuæ nullum fiat præiudicium, nam tunc permittitur variari, *Tiraqu. vbi ſupra, Molin. de primogenit. in addit.ad finem oper.poſitis ad cap*.13.*n*.31. *lib*.3.*Paz.conſ*.39.*nu*.24.*ſequitur Giurba in deciſ.Sic*.100.*num*.53. cæterum
7 pro complemento huius prohibitionis eſt ſciendum,quod ſi de facto aliquid fiat, lite pendente, debet ante omnia reuocari tanquam attentatum, aliàs Iudex poterit argui de iniuſtitia, *Aſſlict.deciſ*.98. etiam ſi pars læſa non inſtaret,quia iſta reuocatio attentatorum fieri debet ex officio, vt latè *per Gratian.deciſ.Marc*.70.109.& 132. verum quando notoriè conſtaret de non iure petentis reuocationem, & quòd legitimè, & ex iuſta cauſa ſit attentatum,tunc non ſic de facili permittitur reuocatio, iuxta opinionem nonnullorum *contra Aſſlict. d. deciſ*.98. *vt per Viuiam in opin*.77.*num*.10. *part*.1. *cum alijs allegatis per Viſcont. in com.conclu. iur.ver.*attentata, & abſolutè hoc firmat *Gratian.in d.deciſ*.68.*nu*.19.quando proceditur ſola facti veritate in-
8 ſpecta,vt in Regno noſtro.Ego tamen puto in hoc deſtinguendum, quòd aut attentatum eſt præiudiciale circa id,quod principaliter agitur in iudicio,& tunc antè omnia eſſet reuocandum, puta ſi eſſet occupata poſſeſſio rei deductæ in iudicio, *cap.non ſolum, & ibi Io. Andr. de appellat. in* 6. & ſic procederet opinio *Aſſlict.& ius aſſeclarum in d. deciſ*.98. ſi verò eſſet attentatum circa incidens, & parui præiudicij,quod poſſit reparari per diffinitiuũ decretum, & erit in arbitrio Iudicis cun-

Digitized by Google

cuncta circa hoc rimari, niſi expreſsè à lege eſſent prohibita, & ſic procederet contraria opinio pluries obſeruata, apud peritos Iudices.

9 Secũda ſpecies prohibitionis eſt reſpectu exexercitij actionis, & poteſtatis in controuerſiam deductæ, cuius rei multa poſſunt adaptari exempla, videlicet in habente vigore contractus poteſtatem ingrediendi poſſeſſionem prop ia authoritate, de qua latè per *Intriglio.in conſ.*2.per totum, nam ſi lis pendeat ſuper reſciſſione dicti contractus, non poterit exerceri dictũ pactum, *Aſſli.dec.*131.item in hærede, qui caret facultate diſponẽdi de hęreditate, immò nequit obtinere decretum præambuli, lite pendente inter intereſſe prætendentes, *iuxtà deciſionem S. C. relatam per Minad.* 8. Item generaliter adminiſtratio, & exercicium officij eſt ſuſpenſum, pendente lite, ſuper ſuſpictione, *Franc. Marc.deciſ.delph.*654. *p.*1. *& dixi ſupra part.*1. *tit.de ſuſpect.off.* & ſic tandem in Tutore, qui non poteſt exercere tutelam, pendente lite. ſuper ſuſpictione allegata, *l.quod ſi forte*, §.1. *ff.de ſolut. l.eum quem C.de ſuſpect.tut.latè Theſaur.q.*85. *lib.*3. *qq.Forenſ.* verum quando perſona eſſet adeò coniuncta, quæ non poterit remoueri, tunc datur coadiutor, qui cum illo adminiſtrabit, *ſecundum Bart.in d. l. quod ſi fortè*, aſſerens eſſe veram opinionem, *ſequitur Guttier. conſ.*52.*num.*4. vbi edocet, quis eſſe debeat iſte coadiutor.

10 Tertia ſpecies eſt reſpectu ſequeſtri, qꝫ omni iure eſt prohibitũ lite pendente, *l.vnica, C.de probib.ſequeſtr. pec. & ibi plenè DD.* ratio eſt, quia eſt actus priuatiuus poſſeſſionis, à ſeparando dictus, *gloſſ.in d.l.vnica*, & eſt magnum præiudium, lite pendente amittere commoda poſſeſſionis, ideo à lege prohibetur, *Anna ſingul.*323. nã eſſet incipere ab exequutione, cõtra, *l.*1 *ff.de re iudic.* & de his latè *DD.in tit.de ſequeſtr. poſſ. & præſertim Canoniſta, & Iacob.de Arena, & Curt.in partic.tract.de ſequeſt. & Carpant. ad conſuet. ſtat. Med. cap.* 115. *& alij.* verum multi ſunt caſus, in

11 quibus toleratur ſequeſtrum quos poſt *glo.in d.l.vnica, ver.ſequeſtrationis, C.de probib.ſequeſtr.pec.* colligit *Coler. de proceſſ.executiuis p.*1.*cap.*2. *& nouiſſime Rodriqu.de priuileg.credit. part.*1.*art.*6. *num.*13. *cum plurib.ſequent. à verſ.ſed quia ſæpe in iure, &c.* & præcipuè quando reus, eſt cõtumax declaratus, quia cũ poſſit eo caſu interim in poſſeſſionẽ micti ex primo decreto, minus agitur ad ſequeſtrum, vt per *text. in cap. in iteris, il ſecondo de dolo, & contum.deducit Rodriq.eo loco ſub n.*14. Itẽ quãdo eſſet ſuſpictio dilapidationis rei deductæ in iudicio, vt probat *Verall.deciſ.*158.*p.*3. cum alijs requiſitis, quæ enũciat *Guid. Pap.deciſ.*246. modo de ea aliquo modo conſtet, quia in dubio non præſumitur dilapidatio: *Borg.Caual.deciſ.*23 *num.*20. & optimus modus probationis eſt ſi conſtaret de abuſu, vel alio actu deteriorationis ad emulationem vt docet *Abb. in cap. fin. tit. de ſequeſtr. poſſ.* & hoc tãtò magis ſi dicta res eſſet tempore peritura, quia tunc ex hoc permitteretur ſequeſtrum. *Gaill.obſer.*

12 148.*lib.*1. ſed tàm in his, quàm alijs ſimilibus caſibus, cautela eſt ad euitandum ſequeſtrum, quod pars conſtare faciat Iudici, quod valor corporis rei principaliter petitæ ſufficeret pro ſatisfacienda quantitate petita, etiam reſpectu fructuum, vel oſtendat aliundè habere, ex quo poſſit illos ſoluere, *vt dicit Abb.in d.cap.fin.verſ.noto ſecundo, Cappell.Tholoſ.deciſ.*479. vel ſi, præſtiterit cautionem de iudicio Siſti, aut iudicatum ſoluendo, *Bart. in l. fideiuſſor, §.fin.ff.qui ſatiſd.cogantur, &*

13 *Abb.vbi ſupra, num.*19. Praxis tamen hoc caſu non ſeruat fieri ſequeſtrum, ſed ſolum ad inſtantiam petentis, & eius ſumptibus in damnum ſuccumbentis, deſcriptionem, ſeu annotationem fructuum, qui perueniunt à re deducta in iudicio, & relaxantur penes quem reperiuntur cum cautione de illis reſtituendis ad omnem ordinem

nem cauſæ Commiſſarij, vel S. C. & interdum cum obligatione tantum, vt Iudici videbitur: quæ annotatio indifferenter fit etiam in caſu, quo prohibetur ſequeſtrum, quia non eſt actus præiudicialis ſed, vt magis conſultum ſit agenti pro futura cautela, *Bart. in l. ſi ſeruus. ff. de ventr. in poſſ. mittend. Guid. Papa, deciſ. 351. num. 3. in fine* & non eſt ſpecies ſequeſtri, ſecūdum, *Angel.* & *DD. in l. Imperatores, §. fin. ff. de appellat.* ſed, releuat partem ab onere probandi, *Caualc. in deciſ. 23. num.* 34. & ideò ſimpliciter conceditur in iudicio petitionis hæreditatis, ad hoc, vt lata ſententia non ignoretur, quæ bona deducta ſunt in condemnatione, *Andr. in cap. Regalia, §. condemnatorum, num.* 1. *circa medium tit. l. quæ ſint regalia, quem ſequitur Luc. de Penna in l. facultas col. 2. verſ. dominus Andreas de iure fiſci. lib.* 10. & ſi forſitan eſſent res

14 tempore perituræ, proceditur ad eorum venditionem, & relaxatur pecunia, *vt dicit Curtius in tract. de ſequeſtr. quæſt.* 23. *num.* 47. & de huiuſmodi deſceptatione vide late *Grat. & quæſ. forenſ. cap.* 114. *lib.* 1. *num.* 24. *& ſeq.* Sed hodie deponitur in banco publico, & ſic conſulitur reſpectu fructuum, &

15 bonorum mobilium. Reſpectu verò rei immobilis fit indifferenter præceptum conuento, quod non vendat, nec aliquo modo alienet, *Anna ſingu.* 412. & ſi lis vertitur ſuper nomine debitoris fit illi mandatum, quod non ſoluat vel recmat in conſulto Sacro Conſilio, *ex adductis per Iacob. de Arena in d. tract. de ſequeſtr. nu.* 8. *verſ. item refert Marium Mutam in deciſ. Sicil.* 92. *num.* 16. *Caput aquenſ. deciſ.* 158. & quicquid fit contra dictum mandatum, etiam ſine cauſæ cognitione expeditum, propter contemptum eſt nullius momenti *cap. non ſolum in fine, de appellat. Gratian. deciſ. March.* 132. *nu.* 2. *Camill. Medic. conſ.* 64. & hoc intelligitur, etiam ſi appareat de alienatione eodem die, ac fuit factum dictum mandatum prohibitiuum, *vt fuit obſeruatum in Sacr. Conſ. me patrocinante anno* 1623. *referente meritis Regente Brancia, tunc Reg. o Conſilio in fauorem Magnifici Decij Fauillæ, contra Franciſcum Iouenem V. I. D. alienantem quoddam rus in beneficium illorum de Lucatello, et fuit d. alienatione ſuſpenſa, proceſſum ad venditionem de ordine S. C. decretum eſt in proceſſu, intitulato pro Conſ. Marco Antonio Morra, Actuarius de Mondellis.*

18 Item toleratur ſequeſtrum, quando iudicium eſſet ſuper mobilibus, & cōuentus eſſet exterus, & ſuſpectus de fuga; nam tunc ſequeſtrantur dicta bona, & in ſubſidium perſona *d. l. ſi fideiuſſor §. fin. ff. qui ſatiſd. cogant. & l. Senatus, ff. de offic. Preſidis, & ibi DD.* ſed aduerte quod licet multæ cauſæ debeant concurrere, vt talis debitor dicatur ſuſpectus de fuga, & tanquam talis debeat arreſtari, vt poſt *gloſ. in l. ſi fideiuſſor, §. ſatiſfactam, ff. qui ſatiſd. cogantur*, tum multoties omnes multoties vna ſufficiet attenta bonæ qualitate perſonæ, & ideo in text. dum ſi hoc Iudici ſederit, & ideo ſunt conſideranda multa, & ſignanter ſi creditor iſte contraxerit ſcienter cum aduena; *Troyſ. in ritu* 370. *num.* 7. *vbi de materia.* Sed quæ in iſto caſu ſint probanda, vt poſſit obtineri dictum ſequeſtrum, *ponit practicam Iaſ. in §. ſupereſt nu.* 82. *& ſeq. inſt. de act.* Et requiſita ſigillatim enumerat *Rebuff. ad Gall. conſt. art.* 6. *gloſ.* 3. *tract. de rit. oblig. num.* 51. *& ſequent. tom.* 1. *& de materia latè Caccialup. in dicto tract. de deb. ſuſpect. & fug. Menoch. de arbitr. iud. caſu* 87. *num.* 1. *cum ſeq* & nota quod quando eſt fundata iſta ſuſpictio fugæ, & ſit priculum in mora per informationem de ſuper captam poteſt arreſtari perſona debitoris, & eius animalia aliaque bona etiam à Iudice alias incompetenti, & loci trāſeuntis nulla præmiſſa citatione, vt *ex Suarez in l.* 2. *tit. de los emplaçamientos lib.* 2. *for. ver. ſed attende deducit Rodriq. vbi ſupra num.* 17. *verſ. ex qua vera reſolutione*, & ſic in dies ſeruamus in Regno verùm, vt authoritate *Coler.*

de

de præſſ. execut. 1. p. cap. 2. num. 94. & aliorum aduertit in hoc caſu quod caute, & prudenter debent ſe gerere Iudices, quia ſi cum effectu non concurrerent requiſita ad procedendum ſic de facto circa arreſtationem perſonæ, animaliũ aliorumq. bonorũ mobilium debitoris ſuſpecti de fuga faceret litem ſuam, Fabr. in §. ſi finita inſt. de action, Abb. in cap. dilectus num. 9. de ſequeſtr. & quia de facili poterit circa hoc committi frauus, quia eſt medium, vt ſtatim prætenſus creditor obtineat intentum, quia pauper aduena detentus, & paſſus excutionem, ſtatim cedit, & ſoluit multoties indebitum, quia iudicium dat metum, gloſ. in rub. C. de pact. ideo non eſt deferendum ſimpliciter huic remedio conſeruatiuo iuris creditoris, niſi prius præſtita ab ipſo cautione de ſeruando indẽnem d. detentum ab omnibus damnis paſſis in caſu quo demoſtrabit coram iudice competente nullum ius compete dict. creditori, & iniuſte fuiſſe moleſtatum, vt ex Bald. in l. fin. num. 13. de pœna Iud. qui male iud. qui ad hoc allegat l. vnic. ff. de magiſtr. conueniend. Rodriq. vbi ſupra num. 18. & vltra dict. cautionem ſi iſte debito detentus cum animalibus, & familia eſſet adeo pauper quod non valeret de ſuo victum exibere tunc diuus ſequeſtrari faciẽs debet interim prouidere de alimentis ſequeſtrato, iumentis fame pereãt vt poſt Paris de Puteo de Synd. in verb. an contractus num. 2. & ſeq. Oldr. conſ. 27. & Bouer. deciſ. 303. num. 3. notat Rodriqu. vbi ſupra num. 17. & eſt certum, quod euitabit iſte debitor ſic detenſus ſequeſtrum ſi preſtiterit cautionẽ, vt per text. in d. l. ſi fideiuſſ. §. ſi ſatiſdatum notat gloſ. & DD. in tit. de iudicio ſiſti Caualc. in deciſ. 1. num. 12. verſ. vbi non poteſt, eo tamen modo, quem ipſe docet; ibi num. 13. Sed in noſtris curijs præſtatur, etiam de iudicatum ſoluendo, vt per Corn. conſ. 136. col. 2. vol. 4. ſic in Hiſpania Suarez in decl. l. 11. titul. de los emplazamientos, rub. 2. verſ. ſed pone nu. 6 fol. 776. ſimiliter in Francia ſeruari teſtat Rebuff. vbi ſupra, num. 55. cum ſequenti, & ibi vide, quod præſtita huiuſmodi cautione, bona ſequeſtrata reſtituuntur, & perſona relaxatur, & de modo præſtandi coniunctim has cautiones, docet Parlad. quotid. different. differ. 60. num. 6. & 16. de alijs. Sed

20 huc obiter ſcire pertinet, dictus fideiuſſor de iudicio ſiſti, quouſque abſtringatur vinculo tenendi reum ſiſtere? & eſſe in arbitrio Iudicis, ſi tempus non eſt ſpecificatum, dicit tex. in l. de die, ff. qui ſatiſd. cogantur, & rationes aſſignat Menoch. de arbitr. iud. caſu 54. lib. 2. cent. 1. alias regulariter vſque ad ſententiam, etiam quod ſit abſolutoria iudicij, quia tunc etiam ipſe fideiuſſor cenſebitur liberatus ab eius obſeruatione gloſ. in l. pen. Cod. de fid. & poſt Marſil. vbi ſupra de communi teſtatur Parlad. diff. quot. dicta diff. 60. nu. 4. & aduerte, quod lata ſentẽtia, abſque alia declaratione, iſte fideiuſſor intelligitur liberatus, gloſ. in l. ſi quis reum, ff. de cuſt. reorum, & eſt caſus ſecundum Bart. ibi in l. Gracè, §. poſt litem, ff. de fideiuſſ. & probari per text. in l. 1. in princip. ff. ſi ex noxal. cauſ. ago. iuncta gloſ. in verſ. iudicium, teſtatur Suarez in decl. l. 11. lib. 2. tit. de los empbizamientos, verſ. Sed pone num. 27. fol. 784. & ideò ſub nu. 28. ver. Ideò cautè, &c. dat vtilem, & neceſſariam practicam ad remouendas omnes ambages, quod promittat fideiuſſor ſiſtere principale reum, quotieſcumque fuerit petitum per illum, vel alium Iudicem, donec cauſa terminetur per diffinitiuam ſententiam, tranſactam in rem iudicatam, & de huiuſmodi promiſſione, vide etiam Bellug. in ſpecul. Princip. tit. de off. in camil. rubr. 31. §. quamuis num. 13. & quid ſi eſſet facta promiſſio præſentare toties, quoties, an per binas vices liberetur? ibi num. 14. & Afflict. in Conſtit. Reg. ſæpè contigit in 2. notab. et | in dec. 130. vbi addentes.

21 Sed aduertas, quod talis fideiuſſor, ſi iuxta eius promiſſionem non faciat ſi-

ſiſtere Reum in iudicio, tenebitur ad totum debitum, ac eius intereſſe, *Suarez vbi ſupra, ſub verſ. vlterius notat num. 21. fol. 772.* & in criminalibus, an teneatur ad pœnam, & intereſſe partis, *Afflict. deciſ. 234. Maranta, in diſp. 7. in fine, & Bellug. vbi ſupra, verſ. ſed pone,* & ibi quid ſi ex alio delicto fuerit captus pricipalis, vel fuerit tẽpore adhuc congruo præſentatus, an intelligatur purgata mora? *& vide Grammat. in deciſ. 95. & ibi de materia, & congerit Ricc. collect. 369. part. 2. de alijs ad materiam poſt Suarez, vbi ſupra, & ibbi add. & Marſil. in rubr. de fideiuſſ.*

22 Sequitur ſecundò, quærendum quid in fideiuſſore, de iudicatum ſoluendo, quando ſit liberatus? Et iſta eſt dubia, & ardua quæſtio, & communis opinio, *DD. eſt in l. cum apud, ff. Iud. ſolui,* quam ſequitur *Petrus de Bellapertica, in l. inuitus num. 16. C. de procurat.* quod lata ſententia ſit liberatus, & ad ea, quæ ipſa continet tantum teneatur; licet reformetur per appella-

23 tionem: quæ in praxi recepta eſt, quãdo fideiuſſor promiſit iudicatum ſoluere per talem curiam, illam exprimendo, & ideò cum fuiſſet ſpecificè promiſſum, iudicatum ſoluere in Sacr. Conſ. & deinde cauſa fuit remiſſa ad Reg. Cam. Summ. licèt prætenderetur quod eſſet vnum, & idem tribunal, & conſtitutum ſub vnica iuriſdictione noſtri Inuictiſſimi Regis, ſed diuiſum pro faciliori expeditione cauſarum; fuit tamen deciſum, quod non debeat extendi dicta fideiuſſio, & ſic in fauorem fideiuſſoris, *Præſ. de Franch. deciſ. 601. & Iſern. in titul. quæ ſint regalia, §. ſunt, col. 5. verſ. hoc de fideiuſſoribus,* dicit quod quando fideiuſſor promiſit ſoluere iudicatum ſpecificè à tali Iudice, explicando illum per nomen, & cognomen, non ſolum non tenebitur in cauſa appellationis, ſed etiam ſi aliquo modo mutaretur, etiam ſi fuiſſet ſubrogatus, niſi hoc fuerit ſpecificatum, vt ibi; ſecus verò eſſet in dubio, quando quis ſimpliciter promiſit iudicatum ſoluere, non exprimendo Curiam, vel Iudicem. Nam tunc clarum eſt, quod tenebitur, etiam in cauſa appellationis, *vt deciſum per Dominos de Rota refert Gabriel. in tract. com. concl. tit. de fideiuſſ. concluſ. 4. verſ. cõtrarium, lib. 2. & ſic etiam in S.C. Præſ. de Franch. deciſ. 320.* & ideò in praxi bona erit cautela, vt fiat promiſſio, modo quo ſupra dixi in fideiuſſore de iudicio ſiſti, *latè Gizz. deciſ. 14. vbi de alijs ad hanc materiam, de qua etiam vide Theſ. deciſ. Pedem. 202. Ricc. coll. 337. & Muſcatell. in tract. de fideiuſſ.*

24 Tandem moderatur d. poſitio ſequeſtri quoties duo contenderent de poſſeſſione rei ſtabilis, & non conſtaret liquidè, quis eorum poſſideat, tunc enim ne partes veniant ad arma debet Iudex, capta prius ſummaria informatione quis erat in poſſeſſione ante quam citatio in cauſa præceſſerit, decernere, quis lite pendente, ſit conſeruandus in poſſeſſione, *l. æquiſſimum ff. de vſufructu, Zabarel. in clem. 2. col. 1. vt lite pend. Lanar. conſ. 27. num. 8. Bald. in l. 2. Cod. de ſumma Trinit. Afflict. in cap. 1. num. 106. ex quibus cauſ. feud. amitt. Capic. deciſ. 13. col. 1. Guido Papa,*

25 *deciſ. 246. ſub num. 5.* Verum in hoc iudicio ſummariſſimo ſi conſtiterit vnum ex litigantibus poſſidere, ipſum debere interim manuteneri, etiam quod Iudex propter inſolentiam partium præuideat poſſe deueniri ad arma, adeo ſunt attendenda commoda poſſeſſionis, *Iaſon, in l. quidam, §. 4. ff. ſi certum petatur, Reg. Rouit. in pragm. 15. num. 88. cum ſeq. de feud. Capic. deciſ. 96. num. 11. Lanar. vbi ſupra. Gratus in reponſ. 10. num. 11. lib. 1. Bald. conſ. 244. lib. 3. Ludouiſ. deciſ. Rot. Roman. 9. & ibi addit. Beltra. litera B. verſ. quando conſtet.* non enim deficiunt remedia ſine præiudicio poſſeſſionis, nam poteſt Iudex prouidere mandatis pœnalibus, ne accedant, &c. *vt docet Bart. in l. ſi vſusfruct. §. ſed ſi inter duos, ff. de vſufr.* Verum ſi poſſeſſio eſſet attentata, lite pendente non inſeruiunt pro effectu ma-

Digitized by Google

manutentionis, *vt late per Mareſcot. lib.2.variar.reſol. cap.64.nu.15.& ſeq.* cæterũ remota fraude,& vitio atten-
26 tatorũ in hoc iudicio,quilibet poſſeſſionis actus attenditur, immò ſufficeret pro manutenſione, lite pendente, ſolum vltimus, *Andreas in vſibus feud. cap.1.§.ſi quis num.30.col.1.ſi de feud. defuncti milit.ſequitur Anna ſingul.*584. etiam quod eſſet minus priuilegiatus puta, ſi ſit probata iunior poſſeſſio cum titulo, nam tunc ſufficeret ad victoriam,quamuis pro alia parte adduceretur antiquior, *vt per Menoch. in 3.remed.poſſ.num.728.cum alijs allegatis per Oliuer.Beltram. in addit.deciſ. Cardin.Ludouiſ.*400. nam in hoc caſu non procederet illud brochardicum, videlicet poſſeſſionem iuniorem præſumi clandeſtinam,*vt auctoritate Baldi in l.quoties,de rei vendic.reſoluit Alex. in conſ.76.num.3.& 8.vol.*1. cæterum
27 ſi partes æqualiter probauerint de actu poſſeſſionis, ita vt diſcernere nequeat Iudex, quis eorum ſit, lite pendente manutenendus,*iuxta tradita per Boer.deciſ.*239.tunc in praxi fructus relaxantur pænes colonum, cum cautione de reſtituendo, *vt docet Bart.in l.ſi vſusfructus, §.ſed ſi inter duos,ff.de vſufructu.* Sed vt plurimum ſequeſtratur poſſeſſio nomine Sacr. Conſ.& ſic ſeruamæs in dies.

28 Quarta ſpecies,ſiue caſus prohibitus,lite pendente, etiam inducta poſt citationem eſt alienatio rei deductæ in Iudicio, & ideò nullius momenti reputatur,*l.fin. C.de litigioſ.* immò de iure Regni alienans punitur, iuxta diſpoſitionem *Conſtit. eorum fraudibus Marant.in eius ſpecul. tit.de multipl.alien.num.93.*& ſub nomine alienationis omnes continetur actus ex quibus dominium in alium transfertur, vt latè declarat, *Afflict. vbi ſupra, & Menoch.de præſumpt.lib.2.cap.vlt.num.32.cum ſequent.* & licet de iſta materia *pracitati DD.* abunde ſcripſerint, *vna cum Lancellott.in tit.de attentat.lite pend.in præfat.num.520. cum ſeq.Campagn.in cap. Regni conuentus* 151. *cum alijs plenè cumulatis,per Viſcont.in concluſ.iuris,ver.litigioſa res.Peregr.de iur. fiſci,tit.de litigioſ.& alijs infracitandis,* tamen ex eorum dictis aliqua breui-
29 ter,& diſtinctè pro facili terminorum intelligentia adnotanda ſunt. Primo d.regulam non ſic abſolutè eſſe intelligendam, nam ſtat fundata ſuper præſumptione fraudis, & ideò ipſa ceſſante, puta, ſi fiat ex cauſa vrgenti, & neceſſaria alienatio ſubſtineretur nempè ex cauſa dotis, donationis propter nuptias, diuiſionis, & *ſimil. Afflict.in dict. conſtit. eorum fraudibus, Menoch.d.cap.vlt num.37. Giurb.deciſ. Sicil.62.n.18.Peguer.deciſ. Portug.*205. qui multa congerit pro iſta materia, ſic etiam ſi res eſſet tempore peritura,*Campagn.vbi ſupra num.6. quem ſequitur Viſcon.et Peguer.vbi ſupra n.*18. item ſi ageretur de ampliatione Eccleſiæ,*vt latè D. Reg.Tapp. deciſ.S.C.*7. & ſic in alijs caſibus neceſſitatis, in quibus quis cogeretur vendere, *quos re-*
30 *fert Theſau.qq. for.64.lib.*1. ſecundo notandum eſt non ſemper contrahi vitium litigioſi, & in actionibus perſonalibus indifferenter negatiuè concludunt,*DD.Roman.conſ.270.num.3. cum alijs adductis in additione Mandoſ. ibid.Guido Papa deciſ.479. Muta.in d. deciſ.Sicil.14.num.4. Grauet.conſ.279. Sud.deciſ.172.num.3.Intrigl.ſingul.*82. *Marant.in d.eius ſpecul. tit. de multipl. alien.num.*93. alij tenent contrarium, vt eſt *Burſat.conſ.*100. *& Reg. de Pont. conſ.55.num.22.quos allegat.Viſcont.in in d.concl.verſ.litigioſa,col.3. in princip.* ſic etiam in propietate rei,quando lis principaliter eſt intentata ſuper poſſeſſione,non contrahi vitium litigioſi tenet,*gloſſ.princip.in cap.1. extra de confir.vtili,vel inutil.Bald.in eius Margarita, verſ.lis, num.22. Deci.in cap. de confirmationibus,verſ.2. eod.tit.de confirmat.vol.Ricc.collect.225.p.4. non ſic in actione hipothecæ, vt per Praſ. de Francb. deciſ.464. de quo dicam inferius.*



31 Ter-

31 Tertiò notandum eſt, quod licet res deducta in in iudicio non poſſit alienari, tamen ipſa actio, & ius inſtantiæ poteſt cedi, & eſt indubitatum in actore, *l. dudum, Cod. de contrab. emptione, Natta, conſ. 367. num. 21. Surd. conſ. 208. num. 5. lib. 2. cum alijs allegatis per Mar. Mutam deciſ. Sic. 14. nu. 7. & 13.* immò tunc non requiri nouam inſtantiam, ſed cum incepta poſſe proſequi iudicium ex multis concludit *Mar. Giurb. in deciſ. Sicil. 107. per totum*

32 Verum ſi fiat in perſonas priuilegiatas, puta, pupillos, & viduas, ad hoc, vt poſſint cauſas auocare ex eorum priuilegio, tunc in præiudicium rei non valet. *Brun. conſ. 46. Din. conſ. 24. latè Thuph. ver. litigioſi vitium concluſ. 386. & ſeq. cum alijs adductis per Mutam in d. deciſ. 14. nu. 15. ver. item,* nam præſumitur facta mutandi cauſa iudicium, quo caſu eſt ſemper prohita alienatio, & procedunt adducta *per DD. in tit. de alien. iud. mut. cauſ. & latè per Reg. Tap. in Ius Regni loco cit.*

33 Quarto notandum, quod in dictis caſibus, in quibus alienatio eſt nulla propter vitium litigioſi, tunc conſulitur agenti, vt agat contra alienantem actione in factum ad intereſſe, concurrentibus requiſitis, de quibus *per Guid. Papa, in ſing. 561.* Sed ante omnia poterit declarari facere alienationem fuiſſe nulliter factam, *pro vt deciſum refert* Rebuff. *ad Gall. Conſt. tit. de ceſſ. iur. gloſſ. 6. art. 11. num. 7. ver. quinto requiritur, & ibi de materia Afflict. in deciſ. 396. nu. 10.* Sed pinguius, & melius conſulitur huic agenti, *per cap. Reg. conuentus,* quo cauetur; Iudicium intentatum ſequi cum alienante rem vitio litigioſi affectam, etiam ſi per mille manus ambulauerit; & lata ſententia, exequitur cōtra illum, in quem facta eſt alienatio, cuius diſpoſitio procedit etiam non citato dicto poſſeſſore effecto, lite pendente, *vt per Aff. deciſ. 396. num. 9. ad quod vide DD. quos allegat Tiraquell. de vtroq. retract. §. 12. gloſ. 1. num. 27. fol. 180. & Roland. à Valle in conſ. 5. num. 10. vol. 2* & indifferēter ꝓcedit probata fraude etiam ſi eſſet facta alienatio cū aſſenſu, vnde in cauſa creditorum Cæſaris Fagiolæ, qui habebat quoddam officium, abſque iuriſdictione, cum illud renunciaſſet eius filio cum aſſenſu Proregis, & fuiſſet verificatum renunciationem prædictam fuiſſe factam poſt fugam paratam, & ſic in fraudē creditorū, *fuit per S. C. deciſum, referente D. de Franch. poſſe exequi ſuper introitibus dicti officij ad inſtātiā creditorū nō habentiū aſſenſū, anno 1586. vt in proceſſu, quem vidi penes Figliolam, vbi ſunt alia decreta ſimilia, etiam in officijs habentibus Iuriſdictionem.* Sed an diſ-

34 poſitio d. cap. procedat in actione hypotecaria, ita vt poſſit fieri exequutio contra tertium, in quem, lite pendente, eſt conceſſa? *Affl. in conſt. eorum fraudibus in 6. caſu, tenet, quod non, ſic Theſaur. deciſ. Senat. Pedamon. 65. col. 3. verſ. aut non erat quæſtio.* contrarium tamen ſeruatur, & pluries fuiſſe deciſ. in S. C. *teſtatur Præſ. de Franch. in deciſ. 464.* & ampliatur iſta poſitio etiā in clerico in quem eſt facta alienatio lite pendente, quia adhuc ſententia debet proferri cōtra conuentum, & à Iudice laico debet exequi, & licet idem *Præſ. de Franch. deciſ. 545. quem ſequitur Viſcont. in concluſ. iur. ver. litigioſa, vol. 2.* aſſerant deciſum negatiuè contrarium tamē ſeruamus non obſtātibus conſideratis *per Præſ.* & alios, & ſic in hoc caſu clericus non poterit, & eiſque de executione corā eius Iudice Eccleſiaſtico, & ſic in d[illegible] ſeruamus, & deciſionem refert [illegible] *Sanfelic. deciſ. 2. tom. 1.* verum quando ſit diuiſio rei deductæ in Iudicio inter fratres, quorum vnus ſit clericus, tunc non dicitur facta in fraudem, & ſic exequutio non poteſt fieri contra clericum, *vt deciſum refert Thor. in compend. deciſ. ver. litigioſa res, tom. 1.*

Secundum principium permiſſiuū ſe habet, tanquam genus continens plures caſus, ſiue ſpecies, quarum

rum cognitio licet facilis reddatur ex contrariorum cognitione, de quibus hucuſque diſſeruimus, nihilominus quatuor frequentiores in praxi conſtitui poſſunt.

*Primò, accumulatio, ſiue vnio actorum.*
*Secundò, denegatio ſolutionis.*
*Tertiò, ius ſuperueniens.*
*Quartò, Praſtatio alimentorum.*

35 PRimus caſus, ſiue ſpecies eſt accumulatio, ſeu vnio actorum, cuius oppoſitio frequens eſt in praxi, & in dies petitur in Sacr. Conſ. & à Præſide fit decretatio, quod Actuarij hebdomadarij videant ſi eſt locus vnioni, vt poſſit ſic decerni, eſt enim exceptio, quę oritur ex pendentia litis, nam vbi lis eſt cæpta, & pendet, ibi acta concernentia idem negotium, ſunt vnienda, *l. vbi cęptum, ff. de iudic.* & non debet continentia cauſa diuidi, *l. nulli prorſus, Cod. eodem,* continentia multifariam dicitur, *vt explicat Bar. Albe. & cæteri interpretes in d. l. nulli prorſus, & Afflict. & ibi: addentes, in deciſ. 354. num.* 12. & iſta vnio procedit etiam reſpectu actorum, in quibus ageretur de inſtrumento guarrentigiato, quia tunc procederet iſta exceptio, litis pendentiæ, *Angel. in l. cum vnus, ff. de bon. aut. Iud. poſſ. ſequitur Seſs. Areg. deciſ.* 40. *num.* 3. *vol.* 1. Sed in noſtris Tribunalibus, hoc non ſeruatur, quãdo agitur de liquidatione inſtrumentorum, nam tunc non obſtat iſta exceptio, *vt nouiſſimè eſt diſpoſitum per pragm. Exc. Comitis Montis Rey, & di-*
36 *cemus ſuo loco.* cæterum huiuſmodi vnio debet fieri pænes Actuarium, apud quem primò lis cæpta eſt, *per regul. text. in l. qui prior. ff. de regul. iur. et quæ ſcribit Bald. in l. ſi idem cum eodem, §. quod ſi mutua, ff. de iuriſdict. omn. iud.* & hoc iure vtimur, ſicut in Tribunalibus Hiſpan. teſtatur *Io: Parlad. tract. rer. quotidianar. cap. 9. lib. 1. vbi de alijs ad materiam.* Et actorum nomine non ſolum veniunt probationes, & confeſſiones à litigantibus factæ in iudicio, *vt notat gloſa, in l. 2. C. de lite pendente,* ſed etiam omnia, quæ ſunt geſta in præſentia Iudicis, licet non ſint in figura iudicij, *vt notat Bald. in l. interrogata, C. de liber. cauſa.*

37 Secundus caſus, ſiue ſpecies, eſt denegatio ſolutionis, quę alias fieri deberet propter dubium litis euentum, *vt in l. ſi bona fidei, ff. de pet. hered. & ib. latè DD. & præſertim Angel.* ex hoc multa inferuntur corrolaria, vt in liberto, qui non tenetur præſtare ſeruitia, nec obedire Domino, pendente lite, ſuper libertate, edocet *Bald. in l. cum aliquis, in fine, Cod. de iure deliber. ſequitur Caſtrenſ. ibid. num.* 3. ſic in vaſſallo, qui excuſatur præſtare ſeruitia domino feudi, ſi lis penderet ſuper dominio, infert *Cephal. in conſ.* 241. *nu.* 28. *Maſul. ad Capic. deciſ.* 69. *n.* 6. idem dicendum, ſi lis pendeat inter duos, de re debita à tertio, nam poterit iſte tertius denegare præſtationem vnicuique ipſorum, vt in emphiteuta, probat *latè Corbul. in tract. de cauſ. prina. ob non ſolu. can. limit.* 23. *Surd. deciſ. deciſ.* 6. *num.* 6. & in colono, dummodò præſtet cautionem de ſoluendo illi cui victoriam reportauerit, edocet *Bald. in l. Lucius Titia, ff. fam. erciſc. & eſt limitatio regulæ, text. in l. fin. ff. de petit. hered. ſecundum Boer. deciſ.* 109. *& latius Preſ. de Franch. in deciſ.* 596. de hoc diſſerit, & concludit, per Sac. C. fuiſſe determinatum non poſſe moleſtari debitorem hæreditatis, pendente controuerſia inter duos circa illam, ad quem ipſorum ſpectare debeat, niſi actio eſſet tempore peritu-
38 ra, vt ibi. Verum hodie indifferenter in hoc caſu ſeruatur, quod S.C. mandat debitoribus, quod faciant depoſitum in publico banco, & ſi debitum conſiſtit in ſpecie, quod vendatur, & pretium deponatur, & hoc modo abſque præiudicio litigantium
39 conſulitur omnibus. attamen ſupradicta limitatiuè intelligenda ſunt, vt non procedant in præiudicium quaſi

poſſeſſionis exigendi redditus; tunc enim, lite pendente, ſuper reſciſſione contractus, creditor debet in ea manuteneri, & cogi debitor ad continuandam ſolutionem, *vt late per Rebuff. ad gallic. conſti. tit. de reſciſs. contract. glo. 4. art. vnico, n. 7. Lancellot. de attentat. p. 2. c. 17. n. 150. Præſ. de Francb. dec. 373. Ludouiſ. Rot. Rom. dec. 365. vbi* docet qualiter ſit probāda iſta quaſi poſſeſſio exigēdi ad effectū obtinendi hanc manutenſionem, & ſi eſt dicendum in iuribus dominicalibus, *Capic. dec. 55.*
40 *Loffred. deciſ. 9. Boer. dec. 17. Giurba, deciſ. Sic. 100. num. 2.* ſic etiam emphiteuta, qui lite pendente ſuper reſciſſione contractus emphiteutici tenetur ſoluere canonem, vt tenent communiter DD. *relati per Surd. deciſ. Mantua. 6. & ibi add, Hodiern. & Præſ. vbi ſupra*, & hoc vſque eò verum eſſe intelligas, quod ſi lis ſit intentata ſuper caducitate, ob canonem non ſolutnm, adhuc debet ſolui pro tempore litis pendentiæ, alias ex hoc; tanquam iure ſuperuenienti erit locis caducitati, *Surd. d. deciſ. 6. Achil. deciſ. Rota Roman. 1. de locat. Capic. deciſ. 16. num. 6. Card. Puteus deciſ. 426. Riminal. conſ. 546. num. 53. Corbul. in tract. de cauſ. priuat. ob non ſolut. can. ampliat. 16. in princip.*
41 Sed ſanè intelligenda ſunt prædicta, vt procedant, ne dum ſi lis ſuper reſciſſione contractus ſit intentata ab eodem debitore, & poſſeſſore rei, ſed etiam ab ipſo creditore, ſeu domino rei emphiteuticæ; nam impugnans actum poteſt ſe iuuare ex illo, quouſque non fuerit pronunciatum, vel à parte acceptatam impugnationem *vt poſt Felin. & alij, in cap. capitulum, extra de reſcriptis, exornat Grat. diſcept. Forenſ. 239. num. 36. lib. 1. ſequitur Giurba d. deciſ. 100. num. 33.* & hoc tanto
42 magis reſpectu fructuum, quos debitor, & detentor recipit ex re in controuerſiam deducta, nā ſufficit, quod vſus rei non impediatur, vt ad ſolutionē ratione ipſorum teneatur poſſeſſor in beneficium venditoris, vel concedentis in emphiteuſim. *Iaſ. in l. 2. nu. 12. Cod. de iur. emphit. Cavalc. dec. 46. num. 8. Præſ. de Francb. deciſ. 296. num. 1.* quamuis conſtiterit ex parte ſua non adimpleuiſſe promiſſa, *vt poſt Bald. Caſtrenſ. & alij, in l. 2. C. de vſur. deducit Corn. conſ. 59. num. 5. vol. 3. Lup. de vſur. §. 7. num. 142. Surd. deciſ. 117. num. 7. Honded. conſ. 44. nu. 13. & 14. lib. 1. Cagnol. in l. curabit, num. 31. C. de euict. cum alijs allegatis per Giurba*
43 *vbi ſupra, num. 34.* Sed hic inſurgit dubium, an ſi lis pendeat ſuper nullitate contractus euidenter nulli, puta, ex defectu aſſenſus, an tūc exactio debeat fieri iuxta quantitatem canonis, vel fructuum, qui ex re percipiuntur? & fructuum reſoluit *Præſ. de deciſ. 297.* ex cuius dictis, *& in deciſ. 373.* ſubſequēter poteſt decidi, quod quando, ob læſionem, & ſterilitatem petita eſt ab emphiteuta, locatore, & ſimil. moderatio cenſus (quod fieri poteſt, *vt latè per Theſaur. deciſ. Pedemon. 150.*) & conſtaret euidenter, quod non percipiuntur fructus correſpondentes canoni, moderanda ſit poſſeſſio iuris exigendi, lite pendente, verum S. C. habito reſpectu ad fructus ſolet mandare, quod poſſeſſor ſoluat tot pro nunc, ſalua prouiſione facienda reſpectu aliorum peritorum per
44 actorem. Tandem hic aduertas, quod in omnibus caſibus, in quibus eſt petita reſciſſio contractus, maxime ex cauſa nullitatis, omne quod, lite pendente, ſoluitur, debet ſolui cum cautione de reſtituendo, *vt per Rebuff. Gall. conſtit. tit. de reſciſ. contr. act. 1. g. 3. num. 7. Carthr. d. deciſ. 2. nu. 12. G. Papa, deciſ. 50. ſub num. 2. Couarr. pp. q. cap. 25. verſ. huic verò. Lancell. de attent. p. 2. cap. 17. num. 87.* attamen hæc declarantur procedere habita ratione fructuum, quos percipit poſſeſſor, alias ſi de pretio ageretur, & pendeat lis ſuper euictione, & ſit euidens; vel ſit latum decretum ſuper ea, licet non ſecutum, tunc nulla debet fieri ſolutio

tio, *vt concludant Iaſon. in l. à diuo Pio, §. ſi poſt addictum, ff. de re iud. Surd. dec. 295. in fine. Cabell. de euictiom. §. 2. Cranetta, conſ. 845. num. 12. Caroz. deciſ. 96. num. 1. Maſtrill. deciſ. 160. num. 6. Theſaur. deciſ. 85. num. 1.* nam in caſu certo, vbi veriſimiliter cōſideratur repetitio, fragilis eſt cautela fideiuſſionis (maxime tempeſtate noſtra) *Praſ. de Franch. deciſ. 42. num. 4. & deciſ. 127. num. 7. & 10.* cæterum, an pendente
45 lite, in iudicio ordinario ſuper reſciſſione contractus in caſibus prædictis, & ſimilib. valeat creditor, vti via executiua: latè explicat, *Giurba dict. deciſ. 100. & dicam infra de probat. per ſcrip. public. & dixi ſupra.*

Item lite pendente ſuper iudicio reſciſſionis contractus ob tertias & cenſus, non ſolutas licito iure, poterit actor recipere d. cenſus, & tamen non intelligitur renunciaſſe liti, & proinde poterit vti eodem iudicio, & actis ad obtinendas alias tertias, & cenſus poſt receptionem maturatarū abſq. noua petitione, & libello, quia viuit eadem ratio, *Odoffred. in l. non poteſt, verſ. item ſi peto à te ſortem, ff. de Iudic. & ibi Alber.* eſt enim hoc ius ſuperueniens ex cauſa tertiarū, nō ſolutorum pendente iudicio ſufficiens ad condendationem abſque noua petitione, *pract. Papienſ. in forma libell. action. real. verbo deducendo in prraſenti. iudicio,* & ſic ſeruamus in praxi ex prędictis, *& plenè adductis per Regent. Rouit. conſ. 37. num. 16. à verſ. vltra ſuperius allegata, & per totum, & per Gizzarell. quem ipſe allegat in deciſ. 68.* cum ibi late notatis per addentes, vbi vide hoc idem procedere reſpectu receptionis canonis in iudicio intentato ſuper caducitate rei enphiteuticæ.

46 Tertia ſpecies eſt ius ſuperueniēs, lite pendente, quod prodeſt ad victoriam, & validat actionem propoſitam in iudicio abſque alio libello, modo debeatur ex cauſa de præterito, *l. ſi rem 1. §. fin. ff. de pignor. act. l. ſi mandauero tibi, ff. mandati. Bald. conſ. 150. vol. 2. Capell. Tholoſ. quæſt. 30. Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 14. num. 4. Raudenſ. var. reſolut. cap. 30. nu. 20. Tuſc. tom. 5. lib. I. concl. 630. num. 1. Gabr. tit. de Iudic. concluſ. 2. num. 1. Coſta de retrotract. caſ. 2. cap. 8. n. 14. & caſ. 3. cap. 8. num. 10. Carpan. ad Stat. Mediol.*
47 *cap. 21. num. 196. tom. 1.* Sed aduertè, quod iſta concluſio habet ſuas declarationes, primò enim declaratur, vt hoc ius ſit deductum tanquam ius præſens, quia ſi tanquam futurum nequaquam operaretur, nam ius merè de futuro in iudicio deduci non poteſt, & ad iudicem, tractus futuri temporis non ſpectant, *l. non poteſt, & ibi Paul. Caſtr. & l. non quemadmodum, ff. de iud. Gab. & Molin. vbi ſupra, Oſaſc. deciſ. 130. num. 15. Pappon. conſ. 22. num. 12. & 13. Suarez, alleg. 3. Surd. deciſ. 120. num. 5.* niſi propoponatur acceſſoriè, quia tunc ſine dubio admittitur ad coadiuuandam iuſtitiam actoris, *vt explicat Surd. dict. deciſ. 220. num. 9. 14. & 15. cum aliis conſideratis per Giurb. deciſ. Sicil. 17. num. 22. & in d. deciſ. latè explicat hanc materiam,*
48 huius rei multa ſunt exempla, ſignãter in aſſenſu, lite pendente, ſuper actione inteſtata in re feudali, nam validat iudicium, & ſine nouo proceſſu rectè ſequi poteſt ſententia, *ex traditis per And. in cap. imperialem, num. 21 verſ. item quæritur, an conſenſus hic valeat, de probib. feudi alien. per Feder. Aſflict. deciſ. 286. & 335. in ſecundo dubio, Regens de Ponte, de poteſt. Proreg. tit. de decret. collat. conſ. num. 18. benè Lanarius in conſ. 18.* licet ſub dubio reliquiſſet *Capic. in inueſt. feud. verb. feudorum exequutiones, pag. 195. verſ. & quid ſit actum.* aliud exemplum eſt in agente contra emphiteutam ſuper caducitate rei emphiteuticæ ob canonem non ſolutum, vt validetur iudicium etiam ob canonem debitum à tempore litis cęptæ, *vt latè per Surd. deciſ. 6.* & ex hoc exemplo deducitur, idem
49 procedere in agente ſuper reſciſſione contractus ob tertias non ſolutas, vt

vt poſſit obtinere, etiam ſi tertiæ incipiant deberi, lite pendente, *vt latè probat Regens Rouit. in pragmat. 1. de cenſib.*

50 Secundo declaratur, vt ius futurũ validet iudicium, vtcunque ſit, & proponatur; modo à parte conuenta ab initio non ſit hæſitatum de eius oppoſitionis importunitate, immò paſſa ſit ad vlteriora circa eius merita procedi, *Oſaſc. d. deciſ. 130. num. 3. Molin. d. cap. 14. lib. 3. num. 2. Bero. q. 102. nu. 9. Giurba, d. deciſ. 17. num. 20. & conferunt dicta infra in remed. appell. num. p. 3.*

51 Teritò declaratur prædicta procedere reſpectu actoris, nam indifferenter ius ſuperueniens prodeſt reo conuento ad obtinendam abſolutionem à petitis per actorem, & de hoc multa poterunt adduci exempla, & præcipuè in conuento ſuper reſciſſione contractus ob falſam aſſertionem, videlicet bona obligata non reperiri ſua, nam ſi, lite pendente, illa acquirat veniret abſoluendus, *l. ſi tibi liberam, ff. de act. empt. Alex. conſ. 45. vol. 5. Franc. de Amic. in tract. feud. pag. 94.* Sic etiam in conuento ad reſtitutionem rei poſſeſſæ iure hipotechecæ anterioris, nam ſi hoc interim obtineret ceſſionem ab alio anteriori dicto creditore agente, vel ei ſuccedat, tunc poterit vti his iuribus ad elidenda prætenſa per agentem, & opponere conpenſationem, *l. in rem, ff. de compen-*

52 *ſat. & ibi DD.* Cæterum hoc ius ſuperueniens, etiam reſpectu Iudicis prodeſt, puta, in iuriſdictione ſuperuenta, quæ redderet ipſum competentẽ, & validũ iudiciũ, vt notãt communiter *DD. præſertim Bald. & Salice. in l. 1. Cod. qui pro ſua iuriſdict. & dicam infra in cap. de except. decl. fori.* Sed an Iudex teneatur obſeruare legem nouam emanatam, lite pendente? *Guido Papa, in ſingul. 337. dicit, quod ſic per text. in l. contractus, §. primo, C. de fide inſtrum. & l. iubemus, Cod. ad Velleianum.*

53 Quartus caſus, ſeu ſpecies eſt præſtatio alimentorum, lite pendente, de qua re, quomodo, & in quibus caſibus debeantur, licet ad ſaturitatem diſſeruerint. *Menoch. in præſumpt. 35. lib. 1. Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 111. cum plur. ſequent. vſque ad 122. Couarr. pract. q. cap. 6. Paſcal. de virib. patriæ poteſt. p. 2. c. 2. Ricc. collect. 99. 56. & 191. p. 1. Milanenſ. per ampliat. & limit. in in deciſ. Sicil. 17. lib. 1. cum alijs plenè cumulatis per Viſcont. in concluſ. iur. ver. alimenta, ſua expenſa, & Thor. in compend. deciſ. tom. 2. ver. alimenta debita, lite pendente.* aliqua tamen breuiter expendere, non pigebit, primo reſpe-

54 ctu perſonarum, nam debentur regulariter pauperibus litigantibus nõ habentibus aliud, vnde poſſint ſe alere, *vt per Guido Papa. deciſ. 561. Ludon. deciſ. Peruſ. 46. Anna ſingul. 25.* Sed an debeantur Monaco litigante pro Eccleſia, vel accuſante Abbatem? & reſoluit *Io. Lopez in cap. veſtras amplia. 8. num. 39. de donat. inter vir. & vxor.* & quod debeantur aere publico, & cõmuni, litiganti pro ſedili contra prætendentem eſſe de illius nobilibus, *concludit Paſcal. d. tract. de patr. poteſt. c. 2. p. 2. num. 8.* & quod indifferenter debeantur filio litiganti cum patre, & vxori cum viro, tranſit ſine ſcrupu-

55 lo apud *Paſcal. & præcit. DD.* Sed reſpectu filij illud tanquam, præambulum obſeruãdum eſt, nimirum, quod ſit in quaſi poſſeſſione filiationis, vel nitatur præſumptione, & tunc ſtatim debentur alimenta, & ſi nullum decretum pro ſe obtinuerit, iuxtà verũ intellectum, *tex. in l. ſi inſtituta, §. de inofficioſ. ff. de inoff. teſtam.* & ita practicatur in noſtris Tribunalibus, *vt per Afflict. deciſ. 10. & 11.* & ſic in Regno Franciæ *teſtatur Rebuff. ad Gallic. conſt. tit. de ſent. prouiſion. ar. 1. gloſ. 2. n. 5. to. 1.* & ſic in Regno Hiſpaniæ, *deducitur ex Molin. de primogenit. Hiſpan. librò ſecundo capit. 16. numer. 46.* Hinc in dubio præcedit Summaria cognitio circa filiationem, qua facta, condemnabitur pater ad præſtationem alimen-

mentorum, vſque quo per diffinitiuã ſit pronunciatum, vt docet *Molin. & Paſcal. vbi ſupra.* Sed an licitum erit patri opponere non deberi eius filio alimenta, ex quo habet aliunde, vel afferat fuiſſe ei ingratum, & alleget cauſas ingratitudinis, ex quibus veniret exheredandus? *Et Aufrer. in add. ad deciſ. Cappell. Tholoſ.* 77. conclu-
56 dit, quod ſic, & ita pari ratione cõclu dendum eſt, quando conſtet de paupertate patris, vt non poſſit cogi ad præſtanda huiuſmodi alimenta filio, *Abb. Panor. in cap. cum haberet, de eo quę duxit in matrim. & eſt abſolutum apud*
57 *omnes præcit. DD.* Secundò, reſpectu quantitatis, pro qua ſint præſtanda hæc alimenta, explicat optimè, *Molin. vbi ſupra, num.* 47. dicens habendam eſſe rationem qualitatis perſonarum, fructuum bonorum in iudicio deductorum euentus litis, & quantitatis forſitan præſtandæ per diffinitiuam ſententiam, *& latè Caputaquenſ. dec.* 21. *p.* 1. *& Benint. in dec. Bono.* 89. *& Anna, ſingul.* 23. & ſatis verſatur circa hoc iudicis arbitrium, & vt plurimũ per Sac. Conſ. ſit decretum, quod ſoluatur aliqua quantitas pro nunc excomputanda, prout per S. Conſ. fuerit prouiſum, *vt dicit Praſ. de Franch. deciſ.* 336. *ſub nu.* 5. Cæterum reſpectu modi nimirum, an huiuſmodi alimenta debeant dari cum cautione de illis reſtituendis in caſu ſuccumbentiæ? hoc ſunt variæ opiniones, prima eſt, quod non debeat præſtari ex quo in caſu ſuccumbentiæ non ſunt reſtituenda, *vt per Boer. deciſ.* 324. *Manſue. in tit. de poſſ. num.* 23. *Ant. Corduba, in l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, num.* 54. *verſ. verum autem, ff. de lib. agnoſcend. Velaſc. in eius conſult.* 1. *num.* 7. *cum alijs allegatis per Praſ. de Franch. deciſ.* 614. *ſub num.* 4. *verſ. dicebatur.* nam valet argumentum alimenta non ſunt reſtituenda, ergo non eſt prętanda cautio, quia cautio ad hoc datur, vt faciat extare pecuniam, vt latè *per Praſ. de Franch. deciſ.* 75. *& d. deciſ.* 614. *nu.* 3 & fruſtra extaret cum non ſit reſtituenda, immò ſi de facto præſtaretur cautio vi exceptionis poterit ſe tueri, quamuis, committatur ſtipulatio, vt per *text. in l.* 1. *verſ. quid deinde, ff. vt in poſſ. legat. deducit Praſ. d. deciſ.* 614. *num.* 6. *verſ. propterea.* Alia eſt opinio contraria, videlicet, quod omnino ſit præſtanda cautio de illis reſtituendis in caſu ſuccumbentiæ ſupponendo, quod debeant reſtitui, vt per *Couarr. pract. quæſt. cap.* 6. *num.* 7 *quem ſequitur Milanenſ. d. deciſ.* 77. *nu.* 37. *verſ. ſed eſt aduertendum, cum alijs ibi adductis.* verum hanc opinionem non ſic abſolutè admittit *Molin. in d. tract. de primogenit, cap.* 16. *nu.* 41. nam ſentiens difficultatem, dicit eſſe præſtandam cautionem conditionatè, puta in caſu ſuccumbentiæ quatenus eſſent reſtituenda, *& de eo meminit Praſ. de Franch. d. deciſ.* 336. *num.* 5. in praxi tamen ſeruatur in Sacr. Conſ. quod iſta cautio non præſtatur, attenta prima opinione, *Praſ. de Franch. in d. deciſ.* 614. *num.* 6. dicit nunquam vidiſſe prouiſum per Sacr. Conſ. in decretis alimentorum eſſe præſtandam cautionem, attamen hoc moderat quoties appareret de calumnia alimentarij litigantis, tunc enim poterit Iudex ex arbitrio decernere eſſe præſtandã cum cautione de illis reſtituendis, *ut dicit ibidem ſub ver. benè tamen, &c.* & ſit procedit opinio *Couar.* quia militat ratio ſuper qua ſe fundat, videlicet, ne pauperes inuitentur ad temere, & incautè agendum in iudicio, & interim dum lis finiatur obtinere alimenta, & expen-
59 ſas. Sed ego dico, quod quando Iudex cognoſcit de calumnia non ſolum debet decernere eſſe præſtandam dict. cautionem, ſed deneganda alimẽta, nam illa, *attenta opinione Lancellot. ubi ſupra, num.* 45. non debentur niſi conſtet de bono iure actoris, ſaltim præſumptiuè cum paupertate, *ſequitur, Thor. in d. compend. deciſ. p.* 2. *uer. alimenta debita, col.* 2. *circa finem, &* con-

Digitized by Google

*conſert deciſio, ibi per eam relata, videlicet in petente ſupplementum vitæ, & militiæ*, & ibi vide de alimentis debitis poſt ſententiam, *& Præſ. d. deciſ.* 614. & ibi adeſt nouiſſima additio Roitij vbi multos allegat tenentes huiuſmodi alimenta nō debere reſtitui quādo iuſta cauſa litigandi appareat illud tamen non eſt hic omittendum, videlicet an, attentis his terminis, ſtante dicta cautione debeat exequi decretum, quo mandatur deberi tot pro alimentis, lite pendente, non obſtante, quod pars contraria obtineat ſupplicationem de verbo faciendo, vel alio modo appellauerit? & fauore alimentorum poteſt decidi, quod ſic, *text. in l. inſtituta, ff. de inofficioſo, & ſic deciſum per d. text. & obſeruari in Reg. Aud. Senatus Cathaloniæ, teſtatur Ludou. à Peguer. in deciſ.* 170. & ſic in dies ſeruamus in noſtris Curij iuxta vulgare dictum, quod venter non patitur dilationem.

# DE CONTVMACIA

## Cap. IV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Contumaciæ accuſantur conſtito prius in actis de citatione.*

2 *Pupillus citatus non comparendo an, poſſit effici contumax.*

3 *Contumaciæ materia à multis tractata.*

4 *Contumaciæ qualiter accuſentur, reſpectu citati intra, vel extra ciuit. Neap. n.* 5.

6 *Contumax, an quis reputetur ex ſolum temporis curſu, abſque alia ſollemnitate.*

7 *Contumacia, an accuſari poſſit die feriato, & quanto tempore circumducitur, num.* 8. *& quod ſi vltima die menſis, etiam quod ſit biſſextus, num.* 9. *&* 10.

11 *Contumacia excuſatur ob nullitatem citationis, & refeuntur exempla, n.* 12. 13. 14. *&* 15.

16 *Contumacia ex iuſto impedimento, an excuſetur; & quæ ſint cauſæ illud inducentes, n.* 17.

18 *Citatus habens impedimentum quando teneatur mittere excuſatorem, etiam cum mandato, n.* 19. *& quid ſi mittatur clericus, nu.* 20. *& ad quæ teneatur, n.* 21.

22 *Contumacia purgatur; ſi contumax compareat poſt rectam Curiam, & quid ſi Iudices non ſedeant pro tribunali, num.* 23. *& an purgetur, refectis expenſis, nu.* 24. *& de alijs modis illam purgandi, nu.* 25.

26 *Contumacia non eſt propriè delictum, ideò mulctatur, & non punitur, & de differentia.*

27 *Contumax pro multa exequitur in M.C. item contra ipſum fit miſſio ex primo, & ſecundo decreto, ſed an hodie ſeruetur, num.* 28.

29 *Coutumax habetur pro confeſſo, ſed an ſolum ſufficiat dicta, confeſſio ad condemnationem, num.* 30.

31 *Contumaci in iudicio aſſiſtentiæ, ex ſtylo M.C. adhuc intimātur perſonaliter præcepta, vt ſoluat tertias, alias non proceditur ad reſciſsionem, & de ratione, n.* 32.

33 *Contumax qui purgauit contumaciam comparendo, an poſsit contra proceſſum aliquid opponere, vel audiri in terminis in quibus cauſa reperitur, num.* 37. *& de ratione, n.* 38. *& quid ſi illum excuſabit, n.* 43.

34 *Me-*

34 *Menoch. de arbitr. Iudic. qu. 36. n. 16. explicatur.*

35 *Contumax in vno actu, non extenditur ad alium.*

36 *Citationes primæ in Regnum fiunt ad omnes actus, & totam cauſam.*

39 *Contumax, an, & quando amittat exceptionem declinatoriam fori; & num. 41. & quid in minore, per reſtitutionem in integrum, num. 40. & quid in alijs exceptionibus dilatorijs, & num. 42.*

44 *Contumax in criminalibus, quibus afficiatur pœnis remiſsiuè.*

45 *Contumacia Procuratoris, an noceat Domini, Abb. Monaſterio, & ſimil.*

1 FActa citatione, & inducta ex ea pendentia litis, de qua in proximè præcedenti titulo, ſi citatus non compareat in iudicio, conſtito prius de citatione per relationem Nuntij, *vt dicit Abb. in cap. quoniam contra, de probation. cum alijs allegatis per Reg. Rouit. in Pragm. 6. de cit.* accuſatis contumacijs, iuxtà ſtylum Curiæ, proceditur contra ipſum in contumaciam, modo
2 ſit maior, alias ſi eſſet pupillus non potuit fieri contumax, *ſecundum Caſtrenſ. in l. contra pupillum, num. 3. verſ. ſecunda perſona, ff. de re iudic. Gratian. deciſ. Marcb. 34. num. 8.* Sed attende in praxi quod legitime proceditur in contumacia ad expeditionem cauſæ coram eodem Iudice à quo fuit expedita citatio alias ipſo mortuo, vel aliquo modo mutato, debet expediri noua citatio in terminis in quibus cauſa repetitur, quia per mutationem Iudicis remanet extinta contumacia nulliter proceditur iuxta obſeruantiam relatam *per Regent. Rouit. in prag. 4. num. 2. de ord. iud. & Reg. Capic. Latr. deciſ. 69. num. 32. verſ. maior difficultas,* cæterum quid ſit contumacia, & alijs ad materiam, licet abundè practici ſcripſerint, & ſignanter *poſt Caſſan. in conſuet. Burg. tit. de iuſtices, rubr. 1. §. 7. Regens Tapia in ius Regn. tit. de contum.*
3 *& alij infraſcripti.* Ego tamen ſectando inſtitutum, illam quinque notabilibus expendam.

*Primo, contumaciæ in noſtris Curijs, qua ſollemnitate accuſentur.*
*Secundo, qualiter excuſentur.*
*Tertio, quot modis purgentur.*
*Quartò quos producant effectus.*
*Quintò, vnius an noceant alijs.*

4 AD primum, quod attinet, ſi citatus habitauerit intra Ciuitatem Neapolit. prima cõtumacia accuſatur die ſequenti poſt citationem, abſque interuentu iudicis, ab Actuario ad hoc deputato: alia poſt dies tres immediatè ſequentes, Curia ſedente pro Tribunali, præcedente ſono tubitæ; *vt explicat Folleri. in praxi crimin. ver. accuſantur contumaciæ, num. 2. Maranta, in eius ſpecul. part. 6. tit. & rectè concipitur citatio, num. 67. verſ. ea circa hoc,*
5 & ibi vide, quid dicendum, ſi citatus habitauerit extra Ciuitatem, vel Regnum, & latè *per Burrell. in ſumma deciſ. tit. de citat. num. 58. & 59. lib. 1.* Sed
6 an ſolum temporis curſus abſque d. ſollemnitate ſufficiat ad contrahendam contumaciam? *vide Carauit. in ritu 127.* & dicam infra, quid ſi dies,
7 quibus accuſari debent dictæ contumaciæ eſſent feriati? *vide Marantam, vbi ſupra num. 68.* & quid ſi adſint in medio? *Carauit. in ritu 221. & ibi de materia, & Marant. tit. de contumacia,* & quid ſit contumacia, *vide text. l. contumacia, ff. de re iud.* & vnde dicatur *Marant. in loco proximè citato à num. 7.*
8 Verum aduerte, quod ſi omiſerit accuſare dictas contumacias, iuxta dictam ſollemnitatem, vel ſi accuſauerit vnam, & deſiſtat in accuſando aliam; modo ſpatio vnius menſis ſi citatus ſit intus Ciuitatem; ſi vero ex-

N tra

tra ſpatiò duorum menſium; tunc citatio erit circumducta, & debet iterum fieri, & ſic praxis ſeruat, de qua teſtatur *Afflict. in Conſtit. Regni edictorum, num. 2. in fine, & in conſt. Accuſatorum, num. 7. not. 4. quem ſequitur Carauit. in ritu 123. num. 8.* Verum ſuffi-
9 cit ſi illam accuſauerit vltima die dicti menſis, licet eſſet 31. dierum, *ſecundum gloſ. in cap. quam ſit, de elect. in 6. & Bart. in l. biſſextum, ff. de verb. ſign. & ſic deciſum fuiſſe in S.C. refert Præſ. de Franch. deciſ. 47. vbi de materia*, & idem pu-
10 to dicendum ſi menſis eſſet 28. dierum, vt in menſe Februarij, ex prædictis, verum iſta circumductio non ſeruatur in S. C. & Regiam Cameram Summariam, vt alias dixi *ſupra de cit. cap. 2.*

11 AD ſecundum ſcias, quod contumacia, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus multis excuſatur modis, & conſequenter poterit, contumacia ipſa non obſtante, audiri talis contumax, & ſignanter in praxi ſæpiſſimè occurrit, quando præambula citatio eſſet nulla, & vitioſa, quia tunc conſequens eſt, quod nullus ſit eius effectus contumaciæ, *Afflict. in conſt. Reg. ſi quem noſtrorum, 7. not. 6. & in conſt. cauſas alias 4. not. & in deciſ. 306. nu. 16. Præſ. de Franch. deciſ. 514. num. 2.* & ſic omnis proceſſus inde factus erit ſimiliter nullus, *Bald. in auth. ſi omnes, C. ſi ab hered. ſe abſt. & bene per Foller. in prax. crim. verbo, & ſi confitebuntur, verſic.*
12 *vitiata*, de qua re nonnulla poſſunt conſtitui exempla, videlicet, ſi fuerit citatio facta, non adhibita ſollemnitate, de qua ſupra *in tit. de citatione*, vel
13 ſi fuerit facta à Iudice euidenter incompetente, ſecus ſi dubitetur, *ſecundum gloſ. in l. ex quacunque, ff. ſi quis in*
14 *ius vocat. de quo, & alijs exemplis, vide per Innoc. in cap. præterea de dilat. & plenè Vant. de nullit. in tit. de nullitat. in tit. de null. ex defect. cit.*

15 Item notabiliter excuſatur contumax, etiam ſi valida præceſſerit citatio, ſed ex aliqua vrgente cauſa, vel iuſto impedimento citatus nequiuit
16 comparere, vtputa, propter inimicitias, odia, vel partialitates, *Pugnat. in pragm. 4. num. 27. de falſis. Hypolyt. ſing. 261. Afflict. vbi Vrsill. in dec. ſ. 29. & alij quos allegat Thor. in Compend. deciſ. ver. citatus ſi non compareret*, & de materia
17 circa huiuſmodi impedimentum, *colligit Ricc. collect. 155. par. 1.* & quæ requirantur, vt iuſtum dicatur, *Sebaſt. Med. deciſ. 9.* de alijs verò modis, & cauſis excuſandi contumacem, *vide per Bald. in eius margarita, ver. citatio num. 40. & per Menoch. de arbitrio Iudic. q. 153. vbi eſſe in arbitrio Iudicis illas admittere fatetur ſub num. 5.*

18 Sed hæc de impedimento intellige primò, ſi præcedat proteſtatio, ideo pro cautela traditur impedito, *vt per Afflict. deciſ. 29. num. 2. & 50. num. 3. & 4. Borrel. in d. ſumma, deciſ. tit. de inſtantia 64. num. 38. tom. 1.* Secundò intellige, dummodo impeditus mittat excuſatorem, *text. & gloſ. in cap. querelam, de procurat.* niſi eſſet propter odia, & partialitates, vt per *Afflict. in*
19 *d. deciſ. 29. num. 4*, de cuius materia, & quando requiratur mandatum, benè *Afflict. in conſt. Reg. edictorum, num. 23. & ſeq. vbi latiſſimè, Pariſ. conſ. 202. nu. 6 vol. 4. Sforza de reſtit. in integr. q. 30. ar. 17. late Imola in cap. paſtoralis, num. 58. de ſent. & re iud. & ibi DD. de materia.*
20 Et an poſſit mittere excuſatorem cum mandato, etiam alterius fori, vel profeſſionis; puta, ſi citatus eſſet laicus, & mitteret Clericum, & è conuerſo: *Belluga in ſpec. Princip. tit. vt vocati ad Curiam, rub. 4. num. 8.* dicit ad hoc inſpiciendam eſſe conſuetudinem lo-
21 corum; Sed praxis noſtra ſeruat, quod admittatur Clericus; verùm teneatur præſtare cationem coram Iudice laico de ſoluendo expenſas, ſi non probauerit cauſam allegatæ abſentię, *vt iudicatum fuiſſe teſtatur Afflict. in d. conſtit. edictorum, num. 28. verſ. 7. quæro, &c.*

22 AD tertium, quod attinet ſcias, quod etiam multis modis pur-

gatur

Digitized by Google

gatur contumacia, & ſignanter ſi con-
tumax vocatus, compareat poſt re-
ctam Curiam, dummodo non diſceſ-
ſerint Iudices, *tex. eſt in l. Diuus Anto-
ninus, C. de in integr. reſtit. singularis re-
putatus à Bald. in eius Margarita, ver.
citatio, quem ſequitur, & allegat Rebuff.
ad Gaill. conſtit. tit. de contum. gloſ. vnica,
art. 5. num. 2. tom. 3.* vbi ampliat etiam
23 ſi Iudices non ſedeant pro Tribunali
ſed adſint in Curia ibi *num.* 11. & latè
de materia *per ampliat. & limit.*
24 Item purgatur ſi citatus cõpareat,
& reficiat parti aduerſæ expenſas Iu-
dicis arbitrio, dicit, *Menoch. de arbitr.
Iud. caſu* 154. *lib.* 2. *cent.* 2. *vbi de mate-
ria, & dixi ſupra de actore, part.* 1. quod
25 iſta refectio hodie non ſeruatur, de
alijs verò modis, item purgatur con-
tumacia, quibus, *vide Reg. Tapp. in
Ius Regn. tit. de purg. contumacia.*

26 AD quartum principaliter ſcias,
quod contumax multas patitur
pœnas impropiè loquendo, nam ex
quo contumax non dicitur propriè
delinquere, nõ debet puniri, ſed mul-
ctari, *Reg. de Ponte conſ.* 94. *nu.* 3. *& ſeq.
vol.* 1. *vbi de differentia inter mulctam,
& pœnam, num.* 17. *&* 18. & ideo in
27 dies contra contumaces ex cauſa ci-
uili in M. C. expediuntur exequuto-
28 ria pro mulcta. Item fit miſſio in poſ-
ſeſſionem ex primo, vel ex ſecundò
decreto, *de quo Bart. in l. si finita, §. Iu-
lianus, ff. de damn. infect. Troyſ. in prag.* 1.
*& 4. tit. de contum. & alijs.* ſed hodie
receſſit ab vſu, remanentibus alijs
29 pœnis, & ſignanter contumax habe-
tur pro confeſſo *l. locorum, C. de omn.
agr. deſer. lib.* 11. ſed non eſt adeò con-
feſſio efficax, quod ſola ſufficiat ad
condemnationem, *cap. nullus de præ-
30 ſumpt:* nam requiritur etiam, quòd
actor habeat eius intentionem fun-
datam, *iuxta text. in l.* 2. *§. quod si actor,
C. de iureiu. propter calumn. dand. & ibi
gloſ. Hippol. singul.* 72. *incip. hodie eſt de-
ciſum,* & ſic in huius Regni Tribuna-
libus ſeruatur; ſicut in Francia teſta-
tur *Rebuff. ad d. Gall. conſt. glo. vnica art.
9. num.* 1. *tit. de contum. & defect. tom.* 3.
nam ſufficit, quòd ex ea releuetur
actor, vt procedatur in cauſa abſque
31 contradictore vſque ad ſententiam;
verum in M. C. V. inoleuit ſtylus, quẽ
multoties vidi ſeruari in Sacr. Conſ.
quod quando cauſa eſt ſuper iudicio
aſſiſtentiæ, vbi fiunt præcepta de ſol-
uendo tertijs, ad finem procedendi
ſuper reſciſſione, illa intimantur
perſonaliter contumaci, vt apparet
ex fide Actuariorum M. C. præſen-
tata in S. C. in proceſſu inter Proſpe-
rum Bozzi, cum Franciſco de Vri-
glia, fol. 203. pœnes Act. de Ferrarijs,
qui ſtylus eſt ſuper ratione fundatus,
nam licet contumax reputetur con-
32 feſſus, tamen contra confeſſum ad-
huc fiunt præcepta prius de ſoluendo
ad tradita *per Galleſ. in tract. de oblig. ad
form. Cam. part.* 3. *tit. de liquidat. nu.* 14.
33 Ex his infertur, quod ex quo con-
tumax reputatur confeſſus, ſi compa-
reat poſt contumaciam, & ipſam pur-
gat aliqua ex cauſa, vt ſupra; ſi tamen
reperiat proceſſum compilatum, non
poterit aliquid contra illum oppone-
re, *Iaſon in l. iubemus, num.* 19. *C. de iud.*
adhibita tamen diſtinctione tradita
*per Menoch. de arb. Iud. qu.* 36. *num.* 16.
35 *vſque ad fin. lib.* 1. cuius theorica in-
telligitur, quando aliquis citetur ad
vnicum tantum actum, quo caſu po-
teſt etiam adaptari ratio *gloſ. & ſequa-
cium in clem. ſæpè, in verb. partibus, de
verb. sign.* vbi dicit, quod abſens, &
contumax in vno actu, non ſibi præ-
iudicat in alio, *latè Hippol. in l. de vno
36 quoque, ff. de re iud. num.* 181. At quia
in noſtris Curijs citationes (vt ſupra
dixi tit. de citatione, num. 31.) expe-
diuntur ad omnes actus, & ſic ad to-
tam cauſam, *iuxta doctrinam Innoc. in
cap. conſulit in fin. de off. deleg. Bald. in d.
37 mag. ver. citatio, num.* 56. Ideò de his
loquendo, ſeruatur in praxi contu-
macem comparendo debere admitti
ad cauſam, ſed in terminis, in quibus
cauſa reperitur, *Vrsill. ad Aff. deciſ.* 133



Digitized by Google

*num,4 ad quod allegat Innoc. in cap. præ-*
38 *terea de dilation.* & ſic poterit oppone-
re ſomnes exceptiones, quas poterat ſi
fuiſſet præſens in iudicio, & vſque ad
illum actum tacuiſſet; alias eſſet me-
lioris conditionis, quam præſentis,
*contra text. in §. ſi autem ille, auth. vt*
*omnes obed. iud. prouinc. coll. 5. & cap.*
*eum qui de præben. in 6.*
39 Sed hæc ſanè intelligas primo,
quod tunc etiam dictus contumax
nequeat opponere, & vti aliquibus
exceptionibus, & iuribus, de quibus
iam fuit per contumaciam priuatus,
puta declinatoriam fori, cui tacitè in-
telligitur per contumaciam renun-
ciatum, *vt decisum refert Affli. dec.* 133.
40 Quod ampliatur etiam in minore,
nam aduerſus declinatoriam omiſſam
non reſtituitur, *vt per Afflict. in conſtit.*
*Regn. obſcuritatem, num. 10. verſ. ſexto*
*quæro, & benè Reg. Rouit. in pragm. 1. de*
*minor. num. 19. Capic. deciſ. 13. num. 4.*
*Præſ. de Franch. deciſ. 439. Preta, ad Ca-*
*pic. deciſ. 62.* niſi tàm ei, quàm cuilibet
alio competeret ex priuilegio cum
clauſula, quod eius foro non poſſit
tacitè, nec expreſsè renunciari, *vt in*
41 *fine, d. deciſ. not. Afflict.* Ideò in Eccle-
ſia, & clerico eſt ſatis difficultas, nam
conſideratur non leuis læſio ſi coram
non Iudice ſuo Eccleſiaſtico vexare-
tur, propter multa priuilegia, quibus
fruitur: & cum ſit in hoc caſu conſti-
tuenda differentia inter læſionem, &
læſionem, iudicis arbitrio eſt relin-
quendum determinare, ſi vel ne com-
petat huiuſmodi reſtitutio Eccleſiæ?
*vt auctoritate Couarr. pract. quæſt. lib. 1.*
*q. 52. deducit Præſ. de Franch. deciſ. 439.*
*ſub num.* 7. caſus eſt in facto, & pen-
42 det deciſio. Sed quid de alijs excep-
tionibus dilatorijs, & quæ alia priui-
legia amittat contumax? *vide Rebuff.*
*vbi ſupra gloſ. 1. art. 36. num. 1. & ſeq.*
*tom. 3. & latè poſt gloſ. in l. contumax,*
*verſ. litis, ff. de re iud. Rip. in cap. de quo*
*vult. ext. de iudic. & aliqua notabilia per*
*per Conſiliar. de Boctis in addit. in conſti.*
*Regn. incip. poſt mundi machinam, verſ.*
*adde, quod propter contemptum.* Et an re-
ſtituatur ad omiſſas exceptiones di-
latorias? *vide cit. DD. ſupra num. 40.*
*& Præſ. de Franch. deciſ. 290.*
43 Intelligas ſecundo prædicta, quan-
do cōtumax comparuiſſet purgando
contumaciā, quoniam tunc auditur in
terminis, in quibus cauſa reperitur,
ſecus verò quando comparuiſſet ex-
cuſando illam in caſibus ſupra nota-
tis, quoniam tunc ex quo non eſt in
culpa, non comparendo, & ſe defen-
dendo, adhuc debet reſtitui, & reinte-
grari, & in iſtis terminis loquitur *Aff.*
*in deciſ. 29. vbi Add.*
44 Et cum ſupra dixi de pœnis, quibus
afficitur contumax, quid in contuma-
ce ex cauſa criminali, perſiſtente in
anno? *benè du Pont. in d. conſ. 94. vol. 1.*
*& de materia Reg. Rouit. in pragm. 1. de*
*contum. & per Thor. in compend. deciſ.*
*verb. contumax in criminalibus, & ver.*
*contumax ob delictum, tom. 1. & latè Fol-*
*ler. in pract. crimin. &c.*
45 AD quintum, & vltimum, an contu-
macia vnius, noceat alteri, vt pu-
ta procuratoris dominio? *benè Rebuf.*
*in d. tit. de contumac. & defectu in præfa.*
*num. 20. & ſeq.* Item Abbatis, Mona-
ſterio, vel Eccleſiæ? *Abb. in cap. 1. de*
*ſequeſtr. poſſ. nu. 3.* vel defuncti noceat
hæredi? & de alijs, *vide Riec. coll. 74.*
*part. 1.*

## DE EXCEPTIONIBVS Dilatorijs, impedientibus litis ingreſſum, & modo illas opponendi.

## Cap. V.

### *SVMMARIVM.*

1 *EXceptionibus contrarijs, an poſſit vti reus.*

2 *Exceptiones impedientes litis ingreſſum, quæ ſint.*



Digitized by Google

3 Exceptionum materia à multis tractata.
4 Exceptiones dilatoriæ quando ſint opponendæ attenta Reg. pragmat. & eius diſpoſitio, an ſeruetur in praxi, num. 5. 6. & 9.
7 Exceptiones dilatoriæ debent opponi ante litis conteſtationem, vel incontinenti, nu. 8.
10 Ad probandas exceptiones dilatorias, quando ſit dandus terminus, & quando reſeruantur ad merita, num. 20.
11 Terminus datus ad probandas exceptiones dilatorias, quando non currat, & qua debet vti cautela actor, num. 12.
13 Exceptiones dilatoriæ, an poſſint opponi à priuilegiatis per viam reſtitutionem in integrum, n. 1 .
15 Exceptio declinatoria fori eſt parui præiudicij.
16 Res magni, vel parui præiudicij, quando dicatur, remiſſiue.
17 Exceptio dilatoria oppoſita, quando tacitè intelligatur tecta à Iudice per progreſſum ad vlteriora, & nu. 18. & quid in declinatoria fori? nu. 19.
20 Exceptiones peremptoriæ qualiter opponantur in vim dilatoriarum, remiſſiuè.
21 Exceptionibus dilatorijs à Syndico, vel procuratore, an poſſit renunciari.
22 Exceptiones dilatoriæ, & anomalæ ſunt multæ, remiſſiuè.
23 Exceptio vt veniens aduerſus tranſactionem prius reſtituat, accepta, eſt dilatoria, impediens litis curſum, ſi expreſsè opponatur, & per eius oppoſitionem, an inducatur conſenſus reſciſſioni, num. 34. & de materia huius exceptionis, remiſſiuè, num. 25.
24 Deciſio relata ab Anna in ſingul. 540. qualiter intelligatur.
26 Exceptio vt veniens aduerſus tranſactionem prius reſtituat accepta, an procedat, ſi actor prætendat læſionem, & paupertatem. Item nullitatem contractus, vel creditor maioris ſummæ, nu. 32. Item an procedat in omni contractu, num. 27. Et quid in emptione, & venditione, num. 28. Quid in diuiſione num. 29. Et quæ cautela ſit adhibenda in contractibus vt dicta exceptio habeat locum, nu. 30. Et an procedat ſi actor ſit minor num. 31. & in quibus alijs caſibus, remiſſiuè, n. 33.
35 Qui vtitur legis beneficio non meretur pœnam.

1 Diximus in præcedenti titulo de contumacia rei comparentis, merito ſequitur, hic videndum de comparẽte, & ſe defendẽte varijs exceptionibus aduerſus petita per actorem, ſicut ei de iure permittitur, *l. nemo prohibetur, & ibi Bart. &* DD. *ff. de exception. & declarat laté Borrell. in ſumma deciſ. tit. de except. nu. 42. & ſeq. lib.* 1. modo non appareat ex aliqua cõiectura, vel præſumptione eſſe caluminoſa, quia tũc Iudex ipſa non obſtante procedit ad vlteriora ex celebri doctrina, *Innoc. in cap. poſt electionem de conceſſ. præb. vt aduertit Sanfelic. dec. 90.*
2 *ſub num.* 38. & in primis poterit opponere exceptiones dilatorias, impedientes litis ingreſſum, & tales dicuntur, quando dilatant negotium, & impediunt proceſſum ad vlteriora, ex quo excludunt vnam ex tribus perſonis à iudicio ſine quo non ſubſiſtit, nimirum, aut Iudicis, aut Rei, aut actoris, iuxta theoricam, *Bart. in l. iuſiuran-*

Digitized by Google

*randum, ſolu.* 16. *ff. de iureiuran.* & licet de his exceptionibus, latè tractent *Specul. & ibi Add. Io. Andr. eod. tit. Marant. et Muſcatell. in eorum praxi, Troyſ. & addentes in pragmat. comparentem V. de ord. iud. vbi Regent. Rouit. & Reg. Tapia in Ius Regni, tit. de exceptionibus, Io. Baptiſta Aſinius in prax. iudiciorum.* §. 13. *cap.* 1. *& ſeq. tit. de except. dilatorijs Camill. Bor. in ſumma deciſ. tit. de excep.*
3 *&c. num.* 15. *tom.* 1. & quando per illas impediatur litis ingreſſus, *idem Aſin.* §. 13. *cap.* 9. *& Blanc. in tract. de exceptionibus impedientibus litis ingreſſ.* Ego verò iuxta propoſitum ordinem, duobus capitibus hanc materiam expendam.

4 PRimò, prīcipaliter aduerto, quod tempus deducendi has exceptiones, de iure cōmuni erat indeterminatum, & proinde Iudicis arbitrio ſtatui poſſe, tenuit *Abb. in cap. paſtoralis, extra de exceptionibus, vt benè per Menoch. de arb. iud. caſu* 240. *lib.* 2. *cent.*
5 2. *num.* 7. Verum in Regno Neapolit. ſecundum diſpoſitionem *d. Reg. prag.* 5. conceditur tempus trium dierum ad illas proponēdas, & aliorum quinque immediatè ſequentium ad illas
6 probandas. Sed diſpoſitio iſta receſſit ab vſu ex recentiſſima praxi, *vt aſſerit Muſcatell. gloſ. defendendum par.* 5. *ſub*
7 *num.* 3. circa illum primum terminum trium dierum, nam hodie poſſunt opponi vſque ad litis conteſtationem, vt ipſe fatetur, poſtea enim intelliguntur remiſſæ, *vt per Reg. Tapp. vbi*
8 *ſupra*, niſi opponantur in ipſo actu litis conteſt. vel incontinēti, *vt explicat Loffred. in conſ.* 12. *num.* 31. vel ſi eſſent exceptiones poſt litis conteſtationem ortæ, de quibus, & alijs limitationibus, & amplationibus, *benè Aſinus, loco cit.* §. 13. *cap.* 2. *& colligit Ricc. collect.* 1091. *par.* 4.

9 Receſſit etiam ab vſu diſpoſitio *d. Reg. pragm.* reſpectu ſecundi termini, ideſt quinque dierum, *vt ibi Muſcat.* ideò nunc eſt in arbitrio Iudicis, *ſecundum Menoch. vbi ſupra*, & apud peritos Iudices ſeruatur hodie dictum terminum concedi indifferenter, duobus concurrentibus. Primò, ſi conſiſtant exceptiones allegatæ in facto, quod probari debet. Secundò, quod clarè cognoſcantur illis probatis, abſque maiori indagine, impediri litis curſum, alias ſi dubiæ ſint, vel requirant maiorem indaginem, reſeruatur ad merita cauſæ, *Praeſ. de Franch. deciſ.* 289. *nu.* 5. *verſ. item quando*, & de alijs
10 caſibus, quando reſeruari debeant, *vide DD. in l. ille à quo, §. ſi de teſtamento, ff. ad Trebell. & latiſſimè Aſinius Florentinus in praxi iudic.* §. 18. *cap.* 3. *tit. de reſeruat. except. & repel. in fin. cauſæ, & ibi in cap.* 5. vide quid oporetur dicta reſeruatio ad merita, & dixi infra *tit. de except. perempt.*

11 Sed poteſt dubitari, ſi datur terminus ad probandum dictas exceptiones an currat, ſi actor ſe opponat dicendo non deberi admitti, tanquam friuolas? ego teneo, quod non, niſi Iudex prius declaret eſſe admittendas, *vt dicit Loff. in conſ.* 12. *ſub nu.* 35. *quod maximè procedit. & ſic iudicatum eſſe in S. C. teſtatur Capyc. deciſ.* 83. *qui ſub num.* 4. dat cautelam actori, quod
12 taceat, & non contradicat, ſi vult, quod terminus currat, & licet loquatur in termino 5. dierum, de quo loquitur *dicta Reg. pragm.* non eſt maior ratio in termino, qui datur à Iudice loco illius.

13 Secundò, poteſt dubitari, an lapſo termino dato ad probandas dictas exceptiones, vel lite conteſtata, & ſic ſit præcluſa regulariter via ad illas allegandas, adhuc poſſint allegari, & opponi à minori, aliaque perſona priuilegiata per viam reſtitutionis in integrum? & quod non tenuit *Capyc. deciſ.* 13. *quem ſequitur Couarr. pract. q. cap.* 26. *verſ. quinto, &c. & dixi ſupra, tit. de contum. num.* 40. Sed in praxi ſer
14 uatur, quòd ſi huiuſmodi exceptiones ſunt magni momenti, & conſiderationis, adeò quod eorum omiſſio inducat læſionem, ac etiam ſi non fuerunt

runt

Digitized by Google

ſunt oppoſitæ ex manifeſto errore, concedenda eſt reſtitutio ad illas opponendas, ex adductis *per Praſ. de Franch. in deciſ.* 290. *& vide Io. Lop: z. in cap. per veſtras de donat.* §. 26. *fol.* 161. *ſub num.* 9. *ibi, ſi verò ſit exceptio non leuis præiudicij, ſicut exceptio recuſationis, rei iudicatæ, & ſimiles, tunc minor reſtituitur. hæc ille.*

15 Hinc eſt, quod ex quo declinatoria fori eſt parui præiudicii, & non reſpicit iuſtitiam, ſi omittatur opponi, non conceditur reſtitutio, *vt dicit idem Lopez, vbi ſupra verſ. hæc intellige, & bene Reg. Rouit. in d. pragm.* 5. *num.* 23. *verſ. ſed an minor, & vide ſupra, tit. de contumac. hac eadem parte, num.* 40. & quan-
16 do res parui, vel magni præiudicij dicatur, remittitur arbitrio Iudicis, *Menoch. de arbitr. iud. caſu* 133. *lib.* 2. *cent.* 2. *num.* 2.

17 Tertiò, poteſt dubitari, an allegatæ, vel probatæ exceptiones, ſi Iudex ſuper illis non pronunciando procedat ad vlteriora intelligantur reiectæ? *Bart. in l. à præcedente, C. de ferijs, ſub n.* 3 dicit, quod ſi Iudex examinauit exceptionem, ſed tamen ſuper illa non pronunciauit expreſsæ, intelligitur illam reieciſſe, ac ſi ſuper illa interlocutus fuiſſet, & cum iſta diſtinctione
18 transeunt omnes: & propria materia reſidet *in cap. ex parte, il ſecondo, de appe. quam bene examinat Gabr. in concl.* 1. *tit. de exceptionibus, vbi vide; & Menoch. de præſumptionibus, lib.* 2. *præſumpt.* 64. & ibi quando appellari poſſit, ac ſi fuiſſet expreſsè latum decretum illas
19 reijciendo. Verum ſi exceptio eſſet declinatoria fori, tunc non intelligitur reiecta, niſi expreſsè declaretur, alias Iudex ignoraret ſe Iudicem, & ideo non procedit in ea regula *text. in d. cap. ex parte, Paul. de Caſtr. in l.* 2. *ff. ſi quis in ius voc. non ier. num.* 10. *vide Aſin. Florent. in d. praxi iud.* §. 28. *cap.* 6. de qua re, & quando Iudex poſſit declarare ſe competentem, vide infra tit. proximo.

20 Quartò eſt ſciendum, quod omnia ſupradicta intelliguntur etiam quando opponuntur peremptoriæ exceptiones in vim dilatoriarum, *iuxta practicam Bart. in l. cum quærebatur, ff. iudic. ſol. quam ſequitur, & benè explicat Blanc. vbi ſupra, tit. de exceptio. imped. litis ingreſſ. ver. ſecunda erit regula, fol.* 162. *in par.*

21 Quintò, & vltimo eſt quærendum, an Syndicus, Procurator, vel ſimiles perſonæ poſſint prædictis exceptionibus renunciare in præiudicium principalium? & reſoluit *Reg. Tap. in Iur. Reg. tit. de ſuſpit. offic. lib.* 3. *prag.* 23. *num.* 22. Et quid ſi eſſet exceptio declinatoria fori? *vide infra tit. prox. ſeq.*

22 SEcundò principaliter in hac materia aduertendum eſt, quod multæ ſunt exceptiones dilatoriæ, *de quibus vide latè percitatos DD. & à Borrell. in ſumma deciſ. tit.* 48. *de except. nu.* 62. *tom.* 1. & quædam ſunt anomalæ, quas enumerat *Aſin. vbi ſupra*, §. 13. *cap.* 8. ſed inter illas vna eſt, quæ ſatis verſatur in praxi, à paucis tamen tacta, videlicet quandò quis agit circa reſciſſionem tranſactionis iuratæ, nam
23 ſi illius gratia aliquid recepit, tenetur illud ante omnia reſtituere, alias curſus litis impeditur, *iuxta diſpoſitionem text. in l. vbi pactum, & l. ſi quis maior, C. de tranſact. cum alijs allegatis per Ann. ſing.* 540. dummodo expreſsè op-
24 ponatur, ne procedat contraria deciſio relata *ab Ann. in d. ſingul. per text. in l. ſi diuerſa, C. eod. vt benè per Thor. in*
25 *primo tom. compend. deciſ. verſ. offerre, quod acceptum, & ibi alleg. vide de alijs ad hanc exceptionem & Cagnol. in d. l. ſi quis maior, Rolan. à Valle conſ.* 57. *vol.* 1. *Gabr. concl.* 1. *tit. de tranſact. fol.* 294. *& nouiſſimè colligit latè Ricc. collect.* 347. *p.* 2. *& coll.* 1088. *par.* 4. *& Bero. in conſ.* 176. *vol.* 1. vbi edocet, quod contrauenire dicitur, ne dum per actum contrarium, ſed etiam omittendo, puta, ſi promiſſa non adimplentur.

26 Verum præter eos nota, quod iſta exceptio procedit etiam, quod agens prætendat notoriam læſionem, & pau-

per-

Digitized by Google

pertatem, *vt fuit deciſum in Sac. Conſ. in cauſa D. Franciſci Pandone cum Ill. Marchione Bellantis, referente Conſilia-Orifice, anno 1576. vt vidi in proceſſu penes Actuar. Milonum, nunc de Scacciauento.*

27 Sed quid in alio contractu, quam tranſactionis? *Ricc. in d. collect.* refert, quod procedit in omni contractu, & præſertim in emphyteutico, *& allegat Polid. Rip. in obſeru. 26. cui, addo Gabr. in d. conclu. nu.* 5. vbi infert habere locum etiam in arbitramento *num. 6.* cuius ratio eſſe poteſt, nam illud, quod dicitur, quod agens ex contractu teneatur primò adimplere ex parte ſua, locum habet etiam in diſtractu, vt agens ad reſciſſionem, debeat prius accepta reſtituere, *vt dicit Anchar. in conſ.* 134.
28 *num.* 11. Sed tamen non ſic genericè intelligenda eſt dicta propoſitio, nam non habet locum in contractu emptionis, vel venditionis, *vt tenet expreſsè Afflict. in cap. 1. col. 2. in princ. de feud. milit. dat. valuas.* Sic etiam in diuiſione. *Hinc in cauſa illorum de Trapana, & Ioſeph. de Martino, cum Andrea de Martino fuit in Sacr. Conſ. dubitatum, ſi facta diuiſione, cuius gratia fuerunt aliqua ſoluta, & deinde dicebatur per vnum de læſione, an poterit per aliam partem opponi dicta exceptio, & ſic teneatur agens ſuper illius reſciſſione prius illa reſtituere? & fuit deciſum, quod non, referente Conſiliario eruditiſſimo de Bottis, anno 1579. vt eſt videre in proceſſu penes Actuar. de Caro, nunc de Felice.* Idcirco ad hoc, vt pro-
30 cedat dicta exceptio cautela eſt, quod in contractu, cuius gratia aliquid recipitur, fiat expreſſe pactum, quod in cauſa contrauentionis reſtituatur acceptum, quia tunc indifferenter admittitur, & impedit litis curſum, *& ideò in cauſa Scipionis de Baſtarij cum Magnifico Angelo de Coſtantio, dum prædictus Scipio peteret reſciſſionem cuiuſdam contractus, in quo habuerat quadam bona ſtabilia per ceſſionem, quam fecerat quorundam iurium ſuper Caſtro Cantalupi, ex quo in dicto inſtrumento fuit conuentum, quod ſi dictus Scipio contrauenirет, ante omnia deberet reſtituere prædicta ſtabilia, fuit iudicatum in Sacr. Conſ. referent Conſiliario Cadena, non eſſe procedendum ad examen eius teſtium, niſi prius adimpleuiſſet promiſſa per eum, anno 1571. Actuar. Iulius Angriſanus, nunc de Cioffo.*

31 Item reſtringe, quod iſta exceptio non procedit, quando reus eſſet minor, quia poterit accepta reſtituere in fine litis. *Molin. in tract. primogen. cap. 9. lib. 4. poſt num.* 42. Item quando præ-
32 tenderetur reſciſſio ex enormiſſima læſione, nullitate, aut ſi euidenter agens eſſet creditor rei in maiori ſumma, quam recepit, vt benè per
33 *Conſilior. Georgium in allega. 34. nu. 18 & ſeq. de alijs limit. vide Ricc. vbi ſupra.*

34. Sed ne erres circa iſtam exceptionem aduerte, quod per eius oppoſitionem reus non conſentit reſciſſioni tranſactionis, vt nonnulli putarunt, *per text. in d. l. ſi diuerſa, C. eod.* quia eorum opinio non eſt in praxi recepta, & confunditur per verba *text. in d. l. vbi pactum,* ibi (*ante cognitionem cauſa, &c.*) ideſt principalis *explicat gloſ.* ergo præſupponit l. quod debeat præcedere reſtitutio acceptorum cognitioni cauſæ, *immò gloſa magna ſub verb. pœna, prope fin. verſ. alij, vt Al.* reſoluit contrarium de *d. l. ſi diuerſa, his verbis,* (*& ſic quaſi voluntariè fingebat reſcindi tranſactionem, quod poſſet fieri, vt ſupra d. l. ſi diuerſa, cui reſpondat Azo, quod non petit omnia illa, vt reſcindatur: immo vt ſeruetur ei pactum.*) & ſi aduertatur diſpoſitio *d. l. ſi diuerſa,* vt reſcindatur tranſactio, procedit ex conſenſu vtriuſque, nõ ſic diſpoſitio *d. l. vbi pactũ,* vbi vnus contrauenit, & ideò ratione contemptus debet reſtituere accepta, *vt inuenit Bald. ibi num.* 7. aliàs enim eſſet deterior conditio rei facto actoris, contra rationis æquitatem, quam conſiderat *text. in d. l. ſi diuerſa.* Sequitur
35 ergo, quod opponens dictam exceptionem vtitur legis beneficio adeo, quod quando eſſet oppoſita pœna à par-

Digitized by Google

partibus ceſſat, ſecundum allegata per *Riccium d. collect. num.* 188. ergo mereri non debet pœnam, conſentiẽdo reſciſſioni tranſactionis, *l. Gracchus ff. de adult.* & ſic reſtitutis acceptis, proceditur ad vlteriora in cauſa, & ita ſeruatur, & de his *vide per Nouar. in quaeſt.* 140. *num.* 1. *vol. eius, qq. forenſ.* & meminit de dictis deciſionibus ex meis ſcriptis in prima editione huius praxis viſis, licet auctorem taceat.

## DE EXCEPTIONE Declinatoria fori, & quando competat.

### Cap. VI.

*SVMMARIVM.*

1 *Reus eſt conueniendus coram Iudice competenti.*

2 *Exceptio declinatoria fori ante alias exceptiones eſt opponenda.*

3 *Exceptio declinatoria fori non poteſt opponi, ſi mutatur forum, lite pendente, in ciuilibus, ſic etiam in criminalibus, n. 4.*

5 *Exceptionis declinatoriæ fori materia, remiſſiuè.*

6 *Exceptio declinatoria fori ſuſpendit iuriſdictionem, & ideo illa oppoſita, datur terminus ſuper remiſſione, & non reijcitur, niſi expreſsè per decretum, vel tacitè ſi præcedat cauſæ cognitio, num. 7.*

8 *Iudex declarans ſe competentem, cum non ſit, an teneatur ad intereſſe partis, ſed quando poſſit ita ſe declarare, num.* 12. 13. *&* 14.

9 *Iudex incompetens facit proceſſum, & ſententiam nullam, & quid ſi præcedat decretum vbi declarauit ſe competentem, & ab eo non eſt appellatum, num.* 10.

11 *Bart. in l.* 2. *ff. ſi quis vocat. non ierit, declaratur duobus modis, nu.* 12. *&* 13.

15 *Forus ſortitur ratione originis, & alijs modis, remiſſiuè.*

16 *Forus domicilij præualet omnibus in Regno virtute Reg. prag. contra ius commune, num.* 17.

18 *Domicilium propriè in aliquo loco contrahitur, animo ibi permanendi, etiam ſi habitatio ſit per vnum diem in num.* 20 *quid in dubio, n.* 19.

21 *Domicilium quando mutatur per mutationem loci.*

22 *Vxor retinet domicilium viri, & ideo eſt conuenienda. Quid in ſponſa, num.* 23. *Quid ſi fuerit ſeparata à thoro viri, num.* 24. *Quid in vidua, num.* 25. *Et quid ſi viuat luxurioſè, num.* 26.

27 *Fori domicilij materia remiſſiuè.*

28 *Clericus eſt exemptus à quolibet iuriſdictione, & exceptioni declinatoriæ non poterit renunciare, neque conſentiente Epiſcopo, vel Papa.*

29 *Clericus debet prius docere de clericatu, vt gaudeat priuilegio fori, & qualiter fiat per bullas, num.* 30. *Et quid ſi bullæ eſſent deperditæ, num.* 31. *Et quid aliud requiratur probandum iuxta diſpoſitionem Concil. Trid. num.* 32.

33 *Clericus quando dicatur incedere in habitu, & tonſura, remiſſiuè.*

34 *Clericus beneficiatus, an gaudeat priuilegio fori, ſi non habeat requiſita à Concil. Trid. Et quid ſi habeat adeò modicum beneficium, vt præſumatur, fuiſſe impetratum in fraudem, et*



Digitized by Google

*de materia, num. 35. & 36.*

37 *Clericus etiam inquiſitus de crim. leſ. Maieſt. eſt remittendus. Quid de aſſaſſinio, num. 38. & in quibus caſibus non gaudeat priuilegio fori, remiſſiuè, num. 39.*

40 *Clericus effectus poſt litem cœptam, an ſit remittendus ad Iudicem* Eccle*ſiaſticum? Et quid ſi agitur de obligatione penes acta, tempore laicali effecta, an poſſit coram laico Iudice incuſari? nu. 41.*

42 *Clericus, tempore executionis ſententiæ repertus, prius, vt laicus condemnatus, in bonis tantum exequitur.*

43 *Clericus, ſi poſt litem inſtitutam laicus efficiatur, coram Eccleſiaſtico Iudice conueniendus, & quando, vide num. 44.*

45 *Clericus quando clericatus priuilegium amittit, vbi terminorum explicatio.*

46 *Clerici coniugati, an clericorum priuilegio potiantur? Quid in eorum vxoribus?*

47 *Fori priuilegium clericis indultum, eius quoque famulis competit.*

48 *Familiarium appellatione, qui contineantur?*

49 *Ruſtici, & coloni, pro* Eccleſiæ *iuribus conuenti, debent, colonia durante, ad Eccleſiaſticum iudicem remitti, quid in notarijs, n. 50.*

51 *Vaſſalli clericorum, etiam in delictis diſrobationis viæ publicæ, clericis eorum Dominis, remittendi ſunt.*

52 *Eremitæ, cæteræque perſonæ, clericali charactere non inſignitæ, an fori priuilegio gaudeant? Quid in conuerſis tertiarijs, ſiue pizocarijs, nu. 53.*

54 *Conſeruatorijs, Apoſtolica authoritate fundatis, an pro perſonis, ibi degentibus, remiſſio concedatur? Quid in Collegijs Fraternitatum? & deciſio refertur.*

55 *Hoſpitalia, alijque pij loci, ſub* Ec*cleſiæ titulo denominati, vel ipſorum adminiſtratores, an gaudeant exceptione fori* Eccleſiæ.

56 *Pragmatica Regni querula in minoribus, alijſque miſerabilibus perſonis, locum ſibi non vendicat.*

57 *Electione, & variatione facta à priuilegiatis, Iudex, coram quo lis eſt cœpta, etiam abſque inhibitione efficitur incompetens.*

58 *Virgo, pauper, Vniuerſitas, & meretrix habent fori electionem, & variationem.*

59 *Variatio poſt factam electionem in Magna Cur. arguit contra variantem colluſionis præſumptionem.*

60 *Priuilegio minoribus & alijs vt ſupra, conceſſo, nunquam per clauſulas, in alio priuilegio inſertas, niſi ſpecialiter agatur, derogatum intelligitur.*

61 *Neapolitani virtute ampliſsimorũ priuilegiorum trahunt, & non trahuntur, niſi alibi de ibidem geſtis ex cauſa feudi, vel alterius iuriſdictionis conueniantur. num. 62.*

63 *Baro Neapolitanus, alibi tanquam ſimplex poſſeſſor conuentus, adhuc forum declinat.*

64 *Neapolitanus quis dicatur? & an continua requiratur habitatio? n. 65.*

66 *Domus, per Neapol. tantum empta, totius familiæ capax eſſe debet, vt priuilegio gaudeat, & ſic deciſum enunciatur.*

67 *Ciues ex priuilegijs ciuilitatem acqui-*

qui-

quirentes, impropriè tales dicuntur; quò loci etiam nonnulla ad materiam remiſſiuè.

68 Priuilegiati occaſione alicuius officij, profeſſionis, aut artis coram deputato eorum Iudice conueniendi ſunt, & num. 71. quorum exempla ibid. enunciantur.

69 Remiſſio denegatur ei, qui poſt litẽ in numerum exercentium artem adſcriptus eſt, quid ſi iudicium cum minore, vel alia priuilegiata perſona inſtituit? num. 70. Et quid aduerſus alium alterius artis? n. 72.

73 Feudalis cauſa Regiæ Cameræ omnino remittenda, etiam ſi dubitetur, an ita ſit? nu. 75.

74 Feudalis cauſa, quæ dicatur?

76 Clericus ſuper re indiuidua conuentus, ad quam inſolidum cum laico tenebatur, forum declinat.

77 Continentia cauſæ, ne diuidatur, quælibet controuerſia rei in iudicium deducte, vel tanquam illius ſequela, coram primo iudice eſt terminanda.

78 Regula, ne continentia, &c. in criminalibus non admittitur, quamuis Magna Curia prius de delicto informationem cœpiſſet.

79 Debitor ſuſpectus de fuga, cuiuſcunque iudicis ordine capi & cognoſci poteſt.

80 Tertius, vt autor laudatus comparens, minimè remittitur, nec pro eius intereſſe. num. 81. Quomodo verò id declaretur. num. 82.

83 Clericus hæres defuncti iudicium, vbi cœptum eſt, communi ſententia proſequi tenetur, & ibi quid de laico hærede clerici.

84 Verba (nullo priuilegio) à iure prolata non excludunt priuilegium, in corpore iuris inſertum, & quid de eo, quod hæredi reſpectu Iudicis competit? num. 85.

86 Clericus citatus ratione apocæ Banci, concurrentiæ, vel confectionis inuentarij, forum minimè declinat, num. 87.

88 Poſſidens bona vigore alicuius decreti, etiam ſi eſſet clericus, apud eundem Iudicem citatus, ad alium non remittitur, quid in conuento ex cauſa depoſiti? num. 89.

90 Pragmatica Regni querula, ſtante fori renuntiatione, non viget.

91 Renunciatio fori, quando valeat, diſtinctio adhibetur, & n. 93.

92 Renuntians omni legum auxilio, poteſt adhuc exceptionem fori declinatoriam opponere, & quid in praxi obſeruetur? num. 94.

95 Renunciatio quælibet à vaſſallo in Baronis præiudicium nihil operatur: & quid poſt ſententiam in ciuilibus? num. 96.

97 Baro, ſiue alter Dominus, prohibentur in præiudicium vaſſalli eius priuilegio circa cauſæ cognitionem renuntiare.

98 Iudex loci, attenta diſpoſitione pragmaticæ querula, Iudici originis, & domicilij in delictis præfertur.

99 Iudex loci delicti, an alijs Iudicibus, in captura informationis præuenientibus, preferatur, ſi ipſi ſpecificam cognoſcendi poteſtatem de delinquentibus extra territorium non habeant deciſiones contrariæ adducuntur.

100 Preuentio in criminalibus tunc attenditur, cùm delictum eſt miſti fori, exempla ibi.



Digitized by Google

101 *Officialium delicta ſola Mag. Curia cognoſcit, & quid ſi eſſent baronales? num. 102. Limitatio, n. 103.*

1 SEd quia interdum Reus conuenitur coram Iudice incompetenti contra *reg. tex. in c. cum ſit generale,*
2 *de for. compet. l. 2. C. de iuriſd. omn. iud. & l. fin. C. vbi in rem actio*; ideo tunc ante omnes alias exceptiones dilatorias, hæc in primis ſe offert opponenda, cum nunquam intelligatur excluſa etiam à ſtatuto omnes exceptiones excludente, *Petr. Greg. de cenſ. & ibi add. q. 8. num. 7.* verum debet expreſsè opponi, alias induceretur conſenſus in Iudicem, & remiſſioni cauſę ad iudicem competentem, amplius locus non erit, *Maran. in praxi tit. de*
3 *except. num. 2. par. 6. & benè Afinius Florent. in pract. iudic. §. 18. cap. 1. nu. 6.* immò, & iſte conſenſus excludit iſtã exceptionem etiam ſi tempore litis motæ non poterat opponi, ex quo fortè, lite pendente, ſuperuenerit ex priuilegio, iuxta diſpoſitionem *l. ſi quis, & poſtea. ff. de iudic. prout explicat, & deciſum in Sac. Conſ. teſtatur Præſ. de Franch. dec.* 544. & licèt contrariæ reperiãtur deciſiones, quas refert *Ricc. in coll. 750. par. 4. in fin.* tamen praxis in Regno primam opinionẽ recepit, & ad ipſam inclinat etiam *Ricc. per d.*
4 *tex. expreſſum, & addo Giurb. dec. Sic.* 23. Hinc ex contrario infertur ad illã quęſtionem, iam determinatam, quòd is, qui fecit aliquod delictum tempore, quo erat ſub aliqua iuriſdictione, & deinde efficiatur alterius, adhuc debet recognoſci, & puniri ab illo primo, quia initium attenditur, *prout fit deciſum fuit in S. Conſ. in fauorem Magni Admirati, petentis remiſſionem cuiuſdam, qui deliquit tempore, quo erat de quinquaginta, vt refert Præſ. de Fran-*
5 *ch. in deciſ. 417. de quo vide etiam infra.* Sed licèt de iſta exceptione adſint tituli particulares, vt *in canon. de foro compet. in pandectis, tit. de Iudicijs, & vbi quiſque agere, vel conueniri debeat, & tit. de iuriſd. omn. iud. latè Marant. tit. an Iudex ſit competens, vel incompetẽs p. 6. aliqua Camill. Borr. in ſumma dec. tit. 43. de foro competenti, Craſſ. de except. except.* 18. & cum ſit frequentiſſima in praxi, circa eam ordinatè procedendo nonnulla notanda duxi.

6 NOto primò, quod ſtatim atque opponitur iſta exceptio declinatoria, in dubium eſt reuocata poteſtas Iudicis, & eius manus ſunt ligatę. *Spec. in tit. de except. §. nunc videndum, num.* 27. adeò quòd ſententia lata, pendente diſcuſſione ſuper iſta exceptione eſt nulla, *Innocent. in c. cum ſpeciali, de appellat. què allegat Bald. in eis. Margarita, verſ. Iudex ait eo ipſo, Maſtrill. dec. Sic.* 127. & ideò indifferenter datur terminus ſuper petita remiſſione, & recipiuntur hinc inde probationes, quibus viſis, iudex debet declarare ſe competentem, vel cauſam remittere, alias non poterit procedere ſuper negotio principali. & quando Iudici ſit permiſſum declarare ſe competentem, explicat *Andr. de Iſern. in vſibus feud. c. fin. de ſtat. & conſ. uer. alias dicitur,* & inter fallẽtias numeratur illa nimirum quando notorium eſt, iuriſdictionem nõ compete, quia tunc & ſi iſta exceptio nõ allegetur debet ex officio admitti, *ut ex Bart. in l. 3. ff. de iudicijs deducit Regens de Ponte dec. collater. 32. n. 8.* & ſi à tali declaratione appellatur, interim non poteſt procedi in cauſa *Viſcont. in eius conc. uer. an appellari poteſt*: hinc dicimus quando in iſta exceptione non ſufficit tacita pronuntiatio per progreſſum ad vlteriora, ſicut in cæteris, *iux. reg. tex. in cap. ex parte, il ſecõdo, de iudic. ſecundum Paul. de Caſtr. in l. 2. ff. ſi quis in ius uoc. non ierit, nu. 10.*
7 *in fin.* vel ſaltem, & ſi non fiat expreſſa pronuntiatio requiritur, quod præcedat cauſæ cognitio, *Franc. Macr. deciſ. delph. 400. num. 6.* alias erit proceſſus nullus, vt nouiſſimè *per Reg. Roat. in pragm. 5. de ord. ind. num. 15. uſque ad* 25.

Digitized by Google

25.& ſic intelligitur *Dec. in conſ.* 107.
*col.* 1. *dum ſe fundat in dicto Angel. in d. l.*
2. *quem in primis* Reg. Ronis. *pro ſe ad-*
*ducit.* ſic etiam in cauſa appellationis
à prædicto decreto debet etiam pro-
cedi cauſa cognita quando appella-
tur a iudice Baronali non ſic a decre-
to M.C. quia per Præſ.S.C. fit decre-
tatio quod verbũ faciat in S.C.& ſic
conſulitur grauato.
8 Sed quid, ſi Iudex, vt multoties ac-
cidit, ſit penitus incompetens, & ta-
men declarauerit ſe competentem, in
quam pœnam incurrat? *Bald. in l. ſi quis*
*in conſcribendo. nu.* 8. *C. de pact.* diſcur-
rit, an teneatur ad totale intereſſe to-
tius cauſæ, vel ſolùm huius articuli
remiſſionis, ſed quicquid ſit, ſufficit
ſcire in praxi, quod proceſſus, & ſen-
tentia lata à Iudice, euidenter incom-
9 petenti. ſit nulla, vt dixit *Affl. in deciſ.*
354. *num.* 5. puta, ſi Iudex eſſet ſecula-
ris, & cauſa eſſet cum clerico, vel ſpi-
rituali, vt infra. Item ſi ſtatutum pro-
hiberet Iudicem habere iuriſdictioné
10 in cauſa, & ſuper illa adhuc pronun-
ciat, nam tunc non valeret proceſſus,
etiam ſi prius declarauerit ſe compe-
tentem, & ab iſta declaratione non
fuerit appellatum, *Dec. in conſil.* 18.
*col. fin. num.* 5.
11 *Et licèt Bar. in d. l.* 2. *ff. ſi quis in ius*
*uoc. non ierit, uerſ. niſi eſſet*, aſſerat vale-
re ſententiam latam à Iudice incom-
12 petenti, quando proceſſit decretum,
in quo declarauit ſe competentem,
intelligitur tamen, quando poterit eſ-
ſe Iudex, vt aduertit *in d. l.* 2. *Paul. de*
*Caſtr. num.* 10. puta, ſi partes poterant
coram eo prorogare iuriſdictionem,
Dec. *in d. conſ.* 18. *num.* 15. *verſ. & iſta*
*concluſio*, vel intelligitur ſecundò di-
13 ctum *Bar.* quando Iudex dubitat de
eis competentia, quia tũc, ſicut puer,
qui neſcit equitate, ſe tenet ad arſo-
nium, benè facit declarare ſe com-
petenté, ſecus uerò, ſi euidenter co-
gnoſcat ſe eſſe incompetentem, ut in
14 allegatis. *per Affl. in d. deciſ.* 354. *num.*
15. uel, dubitando de iuriſdictione,

habeat alium Iudicem competentem
circa illam, quia tunc potius dicitur
pars, & nequit ſe declarare competẽ-
tem vt dixi ſup. tit. de actore nu. 22.
p.p., a quo autem Iudice ſit cogno-
ſcenda cauſa remiſſionis fori ad vi-
dendum an gaudeat vel nè declina-
toriã vide *Sanfel. deciſ.* 10. *lib.* 1. Sed, vt
prædicta melius intelligantur.
15 NOto ſecundò, quod, licèt quis
multis modis ſortiatur forum,
videlicet, ratione originis, contractus
16 rei ſitæ, domicilij, &c. *vt per DD. in tit.*
*de foro cõp. et Bal. in eius margarita, verſ.*
*forum, &c.* In Regno præualet forus
domicilij, & ideò in primis cauſis, ibi
eſt conueniendus reus coram Iudice
ordinario, etſi alibi conueniatur, po-
terit petere remiſſionem, & eſt ei cõ-
cedenda, iuxta diſpoſitionem *progm.*
*quarula, tit. ubi de delict. quis. deb. conuen.*
*relata in pragm.* 11. §. *nos autem*, *tit. de*
17 *ord. iud.* ex cuius diſpoſitione videtur
derogatum iuri communi in hoc, ſci-
licet, vt principalis forus, qui nunc
attenditur, ſit habitationis, vt ibi (ex-
tra diſtrictum proprij incolatus.) Nam
olim, etſi aliquis plura poterat habere
domicilia in pluribus locis. *l. aſſum-*
*ptio* §. *iuris prudentibus ff. ad municipal.*
ipſorum tamen principale erat domi-
cilium originis. *l. & qui originem ff. de*
*muner. & honor. de Mauro, in alleg.* 4. *n.*
2. *in fin. & nu.* 3. *& ſeq. par.* 2.
18 Sed quod dixi de domicilio, intel-
ligas. Non quòd illud acquiratur, ha-
bitando in aliquo loco, ex quo diſce-
ditur ab alio cum bonis, *iuxta deciſ.*
*tex. in l. domicilium, ff. ad municipal.* ſed
quando moratur animo permanendi,
non autem per tranſcurſum, puta, ex
cauſa officij, vel alterius lucri, *vt notat*
*Rimin. ſen. in conſ.* 237 *num.* 5 *quem ſe-*
*quitur, & allegat Thomas Triuiſ. in de-*
*ciſ. Venet.* 23 *num.* 5. *lib. cauſ. ciuil.* Hinc
19 eſt, quòd, licèt requiratur ſpatium 10.
annorum ad contrahendum domici-
lium in dubio, *vt per DD. cit. à Triuiſ.*
20 *ibi num.* 3. tamen quòad forum ſuffi-
cit, quod habitauerit per vnum diem,
dum-

Digitized by Google

dummodo habeat animum ibi permanendi, & poterit vti priuilegio d. pragmat. & petere remiſſionem, ſi
21 alibi conueniatur; & in hoc caſu loquitur *Abb. in cap. propoſuiſti, num. 1. de for. compet.* dum aſſerit, quòd domicilij commutatio, & translatio eximit diſcedentem à iuriſdictione, & poteſtate primi Iudicis, & ita ſeruatur, niſi iſti diſcedentes de loco ad alium, haberent ex priuilegio declinandi forum ad certum locum, & ſi alibi habitauerint, prout in dies practicatur in Neapolitanis habitantibus extra Ciuitatem, & alijs habentibus ſimile priuilegium. Reliqua de ciuibus nouellis, & qualiter acquiratur ciuilitas in loco, *tractat Viſcont. in eius conclus. iur. verb. ciuilititas, & ciues.*

22 Intelligas ſecundò, quòd, & ſi dicta Pragmatica non loquatur, ſi conueniatur vxor, eſt caſus omiſſus, & intelligendus ſecundùm ius commune, *Auth. offeratur, C. de lit. conteſt.* ſecũdum quod retinet domicilium viri, *vulgat. tex. in l. cùm quadam puella, ff. de iuriſd. om. iud.* & ſic in eo eſt conuenienda, & coram Iudice competenti eius viri, licèt illũ habeat ratione artis, vel officij *Præſide Frãcb. dec. 163. & benè Milan. in dec. Sicil. 9. lib. 1.* quod procedit etiam ſi ipſa vxor eſſet Neapolitana, ex quo illud amiſit, ducendo exterũ, prout affirmat *Præſ. de Francb. in dec.*
23 *416.* quid in ſponſa, non adhuc introducta in domum viri, an etiam, amittendo ſuum, acquirat forum futuri viri? quòd non, *Tiraqu. de leg. connub. glo. 2. num. 28. & de alijs ad mat. idem in glo. 1. num. 28. & ſeq. mihi fol. 5.* quid in
24 vxore ſeparata à thoro viri? certè quod nõ per hoc amittit forum, quia, licet ſeparetur thorus, tamen conſiſtit matrimonium, *Abb. in cap. pen. de conuerſ. coniug.* & ſic in ſpecie voluit idem *Abb. in cap. 2. de foro compet. ſub num. 9. & ibi bene additio Sebaſt. Sap. litera A. verſ. priuilegio fori, &c.* Quid in vidua? clarum eſt, quòd etiam retineat domicilium viri mortui, vt ſummat *Bart. tex. in l. filij §. vidua, ff. ad municip. Theſaurus q. 90. nu. 6. & per totum Præſes de Francbis deciſ. 363. & deciſ. 416. Capyc. deciſ. 76.* Ratio eſt, quia ſeruando viduitatem dicitur ſtare in eodem matrimonio, adeo quòd, ſi vidua moriatur, comprehenditur in ſtatuto loquente de moriente in matrimonio,
25 *Alex. in conſ. 6. num. 7. vol. 7.* ſed ſanè intelligas, ſi dicta vidua honeſtè viuat, nam ſi inhoneſtè, maximè publicè, & cum dedecore, & offenſione Reipub. priuilegijs viri non frueretur *Arius Pinell. de bon. mater. in l. 4. & vlt. num. 4. & præſertim circa finem fol. 227.* & de alijs adhoc, vide *Borrell. in d. ſumma deciſ. tit. 44. num. 159. & ſequent. vol. 1. Theſaur vbi ſup. q. 90.* priuilegium vero ex cauſa profeſſionis & exercitij competens alicui an competat etiam filijs & famulis tractat *Reg. Sanfel. deciſ. 21. per totum lib. 1.*

25 Cæterùm in materia domicilij, etſi illud non habeat reus, an teneatur eligere, & in quo loco, & de alijs latiſſimè tractat *Rebuff. ad gall. conſt. tit. de domicilij electione, art. vnic. glo. vnic. lib. 3.*

27 His, ſic breuiter cognitis, eſt primò ſciendum, quod diſpoſitio d. pragm. in multis caſibus non procedit, tam reſpectu priuilegiorum, à lege introductorum, quam ab homine. Et prima huius rei fallentia. eſt in clerico qui regulariter non ligatur laicorum ſtatutis, vnde & ſi conueniatur in domicilio, & habeat eius ordinarium aliunde, illuc poterit petere remiſſionem, nam de iure Diuino eſt exemptus à qualibet iuriſdictione, *Reg. Rouitus in rub. tit. de cler. vel diac. ſaluat.* Vnde neque volens poterit huic exceptioni declinatoriæ renuntiare, *cap. ſi diligenti, de for. compet.* etiã conſentiente Epiſcopo, vel Papa. *Gramma. in conſ. 1. num. 29. inter deciſ.* & licet de iſta exceptione reſpectu clerici infiniti ſcripſerint, *et noviſſ. Graſ. de eff. cler. et Squillant.* nihilominus aliqua breuiter tangam, & primo pri-

28 primo aduerto, quod ita demum cle-
ricus poterit vti hac exceptione, ſi
prius doceat, & probauerit de cleri-
29 catu; cuius probatio fit multis mo-
dis, *collectis per Ricc. collect. 729. par.*
3. & ſignãter per bullas, & tunc quali-
ter fiat, docet *Reg. Tapia in Ius Regni*
*Rit. 65. & rit. 235. verſ. addo, quod cleri-*
30 *cus poteſt probari, ſub titul. de Epiſc. &*
*cler. & ibi alij addentes. Reg. Sanfel. dec.*
143. *n. 5. lib. 1.* Quid ſi bullæ eſſent de-
perditæ, an proſint teſtimoniales eius
Epiſcopi ordinarij? *Belluc. in ſpecul.*
*princ. tit. de propoſit. grauam. §. item du-*
*bitat. rubr. 2. in fin.* tenet quod ſufficiũt
ad obtinendam remiſſionem in crimi-
nalibus, quod eſt plus. Et probatio i-
ſta, quæ concernit clericatum poteſt
fieri abſque partis citatione, quia cum
fiat coram Iudice incompetenti ten-
dit potius ad inſtructionem, ad quod
cumulat *DD. Camil. Borrel. in ſumma*
*dec. tit. de cit. 44. nu. 432. tom. 1.* & cleri-
catus benè probatur per teſtes de fa-
ma, & communi reputatione, maximè
ſi alias fuit remiſſus, *Ludouiſ. dec. Rota*
*Rom. 20. nu. 1. & 2.*

Aduerto ſecundò, quòd non ſolum
ſufficit probatio per bullas, vt cleri-
31 cus gaudere poſſit priuilegio fori,
ſed etiam tenetur docere de habitu,
tonſura, & ſeruitio in Diuinis vt ſta-
tuitur *in Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 6. & in*
*Prag. 4. tit. de cler. vel diac. & in Extrau.*
32 *Clementis VII. de vit. & honeſt. cler.* ve-
rum ſeruitium debet eſſe frequens &
in illa eccleſia cui eſt adſcriptus per
Epiſcopum late *Sanfel. deciſ. 245. lib. 2.*
Et quando clericus dicatur incedere
in habitu, docet remiſſiuè *Viſcont. in*
*addit. ad Præſ. de Franch. dec. 189. verſ.*
*quando clericus, & benè Campag. in d. ex-*
*tranag. Clem. verſ. vt habitum, & verſ.*
*& tonſuram.* Sed an ſeruetur etiam
reſpectu clericorum Neapolitanorũ,
*Viſc. vbi ſupra, verſ. item extat, & inter*
*alias allegat. Vrſill. ad Affl. in dec. 24.*
*num. 7.*

33 Sed an, vno ex his tribus requiſitis
deficiente, ſufficiat habere ſolùm be-
neficium, DD. dicunt quod ſic cum
alijs allegatis per *Reg. Rouit. deciſ. 55.*
*nu. 4.* & quod ſufficiant bullæ ordinis
minorum cum bullæ inſtitutionis
iuris patronatus facta a Vicario Epi-
ſcopi deciſum refert *Sanfel. dec. 3. lib. 1*
& ſi nullum eſſet matrimonium con-
tractum ex quo ſit ortus beneficiatus
an beneficiũ amictatur DD. dicunt q
ſic, ſed debet iſte articulus tãquã me-
re ſpiritualis decidi per iudicem ec-
34 cleſiaſticum vt refert *Reg. Sanf. dec. 15.*
verum ſi clericus non eſſe legitimè
natus, & concurrere tacita diſpenſa-
tio facta ab Epiſcopo reſpectu de-
fectus natalium ex neceſſario ante-
cedenti tunc iudex Laicus adhuc re-
mictit hũc clericum, nulla habitu di-
ſcuſſione circa validitatem diſpenſa-
tionis, & ſic refert obſeruatum: *R. Ro-*
*uit. dec. 56. Gutierez pract. quæſt. lib. 1.*
35 *quæſt. 7.* Et quid ſi eſſet adeò modicũ,
vt detegetur, fraus, vz. fuiſſet obtentũ
ad finem habendi dictam exceptionẽ
36 declinatoriam? *Minad. in conſtit. in*
*aliquibus, verſ. filiorum, num. 21.* &
de obſeruantia circa hoc *vide Tap. in*
*d. rit. 235. verſ. hac tamen hodie. tit. de*
*epiſc. & cler.* reliqua ad hunc propoſi-
tum collegit *Ricc. in coll. 540. par. 3.*

37 Aduerto tertiò, quòd concurrenti-
bus requiſitis prædictis, debet Iu-
dex ſecularis remittere clericum ad
eius Iudicem Eccleſiaſticum, at ſi
ageretur de crimine læſ. Maieſtatis,
vide deciſ. Collat. Conſ. *apud de Pont.*
38 *in dec. 9.* quid in crimine aſſaſſinij? *vi-*
*de Capyc. in dec. 112. & benè Tap. in d. c.*
*de perſonis, num. 12. verſ. ſecundò limi-*
*tatur regula prædicta*; & qualitates cir-
ca probationem huius delicti, *vide*
*per Thor. in compend. dec. verſ. remiſſio*
*inquiſiti*: ſed quid ſi clericus capiatur
à Iudice ſeculari, an ſit remittendus
ad ordinarium illius loci, licèt ſit al-
terius diœceſis? *Bellug.* tenet, quod ſic,
& reſpondet contrarijs *in ſpecul. princ.*
*tit. de propoſi. grauaminum §. item dubi-*
*tatur, a num. 1.* & pluries fuit deciſum
in M.C.



Digitized by Google

39 Sed in quibus caſibus clerico non competat iſta exceptio declinatoria, vide Gul. de Benedic. in cap. Raynutius, verſ. & vxorem nomen Adelaſiam, dec. 2. num. 121. & ſeq. extra de teſtam. Reg. Tap. in d. tit. de epiſc. & cler. & dicam paſſim in progreſſu huius tituli, ſed pro nunc.

40 Quid dicendum in clerico incorrigibili, vel monaco profeſſo a ſua Religione, vti tali eſpulſo, late Reg. Rouit. dec. 54. quid in clerico, effecto poſt litem cœptam? certè quòd non remittitur, Angel. in l. ſi quis, & poſtea. ff. de iud. ben. de Graſſ. in tract. de effect.

41 cler. in 1. eff. ſub num. 181. verùm quãdo agitur de accuſando obligationem penes acta facta tempore, quo erat laicus, eſt debium, & præſ. de Franch. in dec. 656. videtur inclinare, quod nõ poſſit fieri accuſatio, & pro eius opinione erit iudicandum in facto contingenti: nam habetur pro ea facta deciſio ex adductis per Triuiſ. in deciſ. Venet. 80. cauſ. ciuil. ſed tunc conſuleretur creditori, quòd poſſit coram Iudice ſeculari petere ad iudicationem, vel retentionem loco pignoris, bonorum immobilium, in dicta obligatione hypothecatorum pro concurrenti quantitate crediti, ſi vera eſſet in praxi doctrina Gul. de bened. in d. cap. Raynutius, verſ. vxorem nomine Adelaſiam dec. 1. n. 122.

42 Benè verum hoc fateor in praxi receptum, quando laicus condemnatur ad ſoluendum, & tempore executionis inuenitur clericus; nam tunc, omiſſa diſputatione, indifferenter exequitur ſuper eius bonis, & quoad perſonam remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum per tradita ab eodem Præſ. in dicta deciſ. 656. in prin. & millies practicaui, & ſignanter in proceſſu quondam Cæſaris de Philippo in banca de Mondellis fol. 1. adeſt decretum, latum ab eruditiſſ. Commiſſ. Sanfelice. & vltra adducta per Præſ. hanc praxim confirmat Regens Rouit. dec. 20. num. 8. authoritate Valaſc. conſult. 48. Quid in clerico effecto poſt delictum? Præſ. de Franc. dec. 209. & 709. & latè per Maſtrill. dec. Sic. 294. lib. 3. vide infra.

43 Sed quid è conuerſo in clerico, qui poſt litem cœptam efficiatur laicus, & matrimonium contraxit, quòd tunc, vt ſeruetur æqualitas, ſit conueniendus coram Eccleſiaſtico, fuit deciſum in Sacr. Con. teſte Gram. in dec. 10. & licèt Doctores, quos allegat; loquantur in caſu, quando clericus fuit præuentus, & poſtea vxorem duxit, tamen ratio, qua ipſi mouentur, eſt fundata in initio temporis, quo fuit cœpta lis, vt aduertit Præſ. de Franch. in dec. 417. & propriè ſub num. 6. verſ. quod licet Bal. Gaball. caſ. 147. & hoc extende non ſolùm in clerico, ſed etiam in quolibet alio, qui tempore litis cœp-

44 tæ eſt vnius iuriſdictionis, & lite pendente, efficiatur alterius, vt coram primo Iudice ſit terminanda lis, & huic exceptioni locus non ſit, Paul. Caſtrẽſ. in l. 1. C. vbi de rat. agi oport. eum ſequitur Præſ. vbi ſup. facit, quod notat Angel. & Iacob. in l. præter ait, §. is etiam, ff. de edendo, & in criminalib. Thor. in primo Tom. compend. deciſ. verſ. clericus dimiſſo habitu, ſed contrarium pluries fuiſſe obſeruatum in M. C. & S. C. & ſic ſeruari hodiè in praxi refert Reg. Capyc. Latro. dec. 45. nu. 35.

45 Nec dimittitur habitus per renunciationẽ fori, quia ei clericus non poteſt renunciare, vt dixi ſupra num. 17. imò licet de facto renunciauerit cum iuramento huic exceptioni, poterit deinde etiam abſque metu periurij illa petere, & eſt ei concedenda, Camill. Borrell. in conſil. 11. num. 1. cum alijs cumulatis per Carolum de Graſſis in tract. de effect. cleric. in primo effectu, num. 46. vbi latè de hac materia per totum.

46 Quid in clericis coniugatis? latè Campag. vbi ſupr. priuil. 42. Tap. in dicto ritu 66. num. 4. & an etiam clericali priuilegio gaudeant eorum vxores, & quando, bene Milanenſ. in dic. Sic. 9. lib. 1. cũ alijs allegatis per Ricc. coll. 251.

Bor-

Digitized by Google

*Borrel.in ſumma dec.tit.8. vbi latè,lib.*1.
& quando iſti clerici coniugati ami-
ctunt priuilegiũ per dimiſſionem ha-
bitus *uide Reg. Sanfel. dec.*13. *lib.*1. &
quādo eſt permiſſa reaſſumptio habi-
ti ſi per illius depoſitionem eſſent
priuati hoc priuilegio idē *dec.ſeq.*14.
47 Aduerto quartò, an priuilegium
competens clerico, competat, & eius
famulis? *& Capog.in d.extrauag.Clem.
in verb.priuilegio,num.*32. dicit,quod
famuli perpetui etiam ſimplicis cle-
rici gaudent priuilegio clericali circa
forum,ſed in Epiſcopo, vel Cardinali
ſecus, etiam ſi non eſſent perpetui,&
48 dietim ſeruirent,nu.34.ſed ibi, vide
latè de his,& quid in familiaribus, &
appellatione familiarium,qui veniāt?
*colligit Ricc.collect.* 131. *par.* 1. *& Viſ-
cont.in eius concluſ.iur. ver.familia, &c.*
49 Item ruſtici, & coloni Eccleſiæ,con-
uenti pro iuribus Eccleſiæ,donec ſint
coloni,debent remitti ad Iudicem Ec-
cleſiaſticum,*Afflict.in conſt.quiſquis,num.*
3.*in fin.* & in quibus alijs caſibus co-
loni, & maſſarij rerum eccleſiaſticarū
habeant fori priuilegium,benè expli-
cat *Theſ. in deciſ.Pedemon.*22. quid in
50 notarijs, & ſcriptoribus laicis *benè
Gratia.in dec.March.*233. *& Giurba in
conſil.crimil.*88.
51 Quid in vaſſallis clericorum? tunc
certum eſt, quòd eſt facienda remiſſio
ad eos pro delictis vaſſallorum, & ſi
delinquerent, & diſrubarent in ſtrata
publica,non obſtante Regia Pragma-
tica,quòd taliter delinquētes poſſint
à quocunque officiali,cognoſci & pu-
niri, prout deciſum in Sacro Conſilio
refert *Camillus Salernus in proœm. ad
conſuet.Neapol.ſub num.*294.*lit.E.* quā
deciſionem deinde *vidi alleg.à Regent.
Rouit.in pragmat.* 5. *num.* 6. *tit. vbi de
delict.quis deb.conueniri, &c.* Quid in
fideiuſſore clerici? *Afflict.deciſ.*206. &
quando, *Franc.Mar.in dec.*1057.
52 Quid in alijs Eremitis, alijſvè per-
ſonis, non inſignitis clericali chara-
ctere,vel in aliqua probata Religione
adſcriptis, an veniant ſub nomine ec-
cleſiaſticarum perſonarum; quoad
priuilegium fori? de omnibus benè
*Belluga in ſpecul. princ. titu. de propoſit.
grauam.§.videndum,rub.*11.*num.*6.vbi
de conuerſis,& his, qui ſe, eorumque
bona obtulerunt eccleſiæ,non mutā-
53 do habitum. Quid in tertiarijs, ſiue
pizochariis, an gaudeat hac exceptio-
ne ad forum eccleſiaſticum; quod ſic
deciſum *refert Thor. in d.compend.de-
ciſ.verſ. moniales tertiariæ*, & de ipſorū
materia colligit *Ricc.coll.*1036.*& vide
benè addit.ad Bar.in l.ſemper.§. quibuſ-
dam.ff.de iur.immun.verſic. quibuſdam,
& ibi de alijs,& latiſſimè Regens Sanf. d.
dec.S.C. primus tom.*1.
54 Quid in perſonis degentibus quid
in clerico fideiuſſore laici, & è con-
uerſo? quod competat remiſſio vide
latè Reg.*Rouit.dec.*19.*poſt Alber.et alios
DD.in l.*1.*ff.de in ius voc.* ſic etiam in
clerico depoſitario, vt probat *Marta
de iuriſdictione p.*2. *caſu* 104. & de illo
penes quē fuit factum ſequeſtrum
idem *Mart. in caſu* 124. *cum alijs alle-
gatis per Regens Rou.dec.*20. & hæc in-
ſeruiunt quando Clericus non incidit
in habitu, & tōſura,& poſt reus ſumit
habitū, quia eſſet incautus Iudex ad-
mittere clericū pro fideiuſſ. depoſita-
rio,& ſimil. quid in perſonis degentib.
in Conſeruatorijs, erectis auctoritate
Apoſt.ſeruata forma Conc.Trid.& an
ſint conueniendæ coram Iudice or-
dinario, vel Conſeruatore electo, &
deputato: *benè Guttier.pract.quaeſt.lib.*
4.*quaeſt.*54. Quid in Collegijs frater-
nitatum, an habeant dictam excep-
tionem? quòd non; ex quo perſonæ,
quæ ibi congregantur, non dicuntur
Eccleſiaſticæ, & conſequenter non
gaudent priuilegio fori, *ſecundum
Bart. & alios, quos allegat Menoch. de
recuper.poſſeſſ.remed.*15.*n.*31.*latè Natt.
in conſil.*62.*num.*6.*volum.*1.*& Anna in
ſingul.*90. Sed an Confraternitas ere-
cta ſub nomine Corporis Chriſti,de-
beat alijs in proceſſionibus præferri?
*vide Natt. in d. conſ.*62. *& de his latè
Viſcont.in eius concl.iur.ver.confraterie.*

P Quid

Digitized by Google

55 Quid in hoſpitalibus, alijſq; locis pijs, maximè ſi denominentur ſub nomine Eccleſiæ, an habeant dictam exceptionem ad eccleſiaſticum forum? *vide D. de Ponte in conſ.* 18. *vol.* 1. Et quid in Gubernatore Hoſpitalium? *Cappell. Thol. dec.* 8. *& ibi Aufrer. vbi de alijs ad mat. de qua vide etiam Reg. Tap. & cæteros ſup. cit. DD. & latiſſimè Decian. in tract. crim. c.* 9. *lib.* 4. *tit. cler. & iud. ac rel. trib. iuriſd.*

56 SEcunda principalis fallentia eſt in minoribus, pupillis, viduis, alijſq; miſerabilibus perſonis, in quibus nec etiam procedit dicta Reg. Pragm. *Quarula*; nam ex priuilegio eis conceſſo tam à lege communi, *vt in l. vnic. C. quando imper. inter pupil. & vid.* quam à lege Regni, *vt in conſt. ſtatuimus*, habent electionem, & variationem fori, dummodò iurent perhorreſcere potentiam aduerſariorũ, vbi lis eſt cœpta, vel debet incipi, *vt in d. conſt. & ibi Aff.* & facta electione, & variatione, ſtatim Iudex, coram quo fuit cœpta lis, efficitur incompetens, licèt ei non fuerit inhibitum, *Præſ. de Franch. dec.* 294. *Maſtrill. dec.*
58 *Sic.* 127. Sed hæc diſpoſitio procedit etiam in Virgine, *Præſ. dec.* 100. *& latè Paſcal. de virib. patr. poteſt. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 88. *vſque ad fin. Ricc. coll.* 1. modo careat patre quia ſi illum habeat indifferenter denegatur, ita electio & variatio fori, & ſic fuit pluries deciſũ in S. C. *Viſcont. in add. in d. dec.* 100. *cum plenè adductis per conſ. Capic. Latr. dec.* 54. *num.* 4. *cum ſeq.* quid in maritata, & certè, quòd ſi virum habeat inutilem ſic, vt declarat, *Lopez. in c. per veſtras*, §. 1. *not.* 2. *num.* 12. *de donat. inter virũ & vxor. cum alijs adductis per* Borrell. *in ſumma dec. tit.* 56. *num.* 35. *tom.* 1. Quid in paupere? *Thor. in compend. deciſ. ver. pauperes.* Quid in vniuerſitate? & certè, quod ſic, nam reſpub. gaudet omnibus priuilegijs minorum, *l. reſpub. C. quibus ex cauſ. min. de qua relatè Rol. conſ.* 68. *vol.* 3. *& Borgn. Caualc. deciſ.* 37. *num.* 13. & quòd habeat electionem fori, ſicut, & minor, *fuit deciſum in M. C. & confirmatum in S. C. in cauſa vniuerſitatis Aquauiuæ cum illis de Paulino, ann.* 1579. *Actuarius tunc Nicolaus Cappula.* Quid in meretrice? quod ſic, nam numeratur inter miſerabiles perſonas. *Præſ. de Franch. dec.* 134. Et meretrix an dicatur illa, quæ tenet vnum tantum amaſium, *Triniſan. in dec. Venet.* 33. *col.* 3. tenet quod non, contra *Aff.* & ibi enumeras honeſtas mulieres. Sed latè, quando quis propriè dicatur meretrix, *vide Paſcal. vbi ſupr. cap.* 12. *par.* 2. *nu.* 2. *& ſeq.* quid ſi ambæ partes litigantes eſſent miſerabiles? *Præſ. de Franch. dec.* 118.

59 Eſt etiam ſciendum, quòd, cum fiat electio, virtute d. priuilegij in M. C. V. ſi deinde fiat variatio, oritur præſumptio colluſionis contra variantẽ, quia difficilè ibi perhorreſcitur potentia aduerſariorum, & ideo in criminalibus fit quædam diligentia à Fiſci patrono, & multoties reperit partes concordantes, *vt per Præſ. de Frãch. deciſ.* 100. *num.* 21. *& in d. deciſ.* vide de
60 iſta materia, & priuilegio dictarum legum, conceſſo prædictis perſonis, nunquam intelligitur derogatum per clauſulas, poſitas in alio priuilegio, niſi in eo adſit ſpecialis derogatio, *Præſ. de Franch. dec.* 541. *Theſau. deciſ. ped.* 177. *vbi latiſſimè num.* 5. *alios allegat Thor. vbi ſupra, verſ. remiſſio cauſarum viduarum, tom.* 1. de alijs verò ad hanc materiam, *vide latiſſimè Maſcat. in gloſ. competentes, par.* 2. *num.* 3. *& ſeq. à num.* 59. *& nouiſſimè in particulari tract. Nouar. de elect. & var. for. vbi etiã latè de prædictis, & Camill. Borrell. in ſumma deciſ. tit.* 56. *de iuramento perhorreſcentia, tom.* 1. *per totum.*

TErtia principalis fallentia eſt in Neapolitanis, in quibus non procedit *d. Regia Pram. Præſ. de Franch.*
61 *in deciſ.* 416. *num.* 6. Nam virtute ampliſſimorum priuilegiorum trahunt, & non trahuntur, vndè poterit Neapolitanus conuenire exterum in Curijs huius Ciuitatis. *Præſ. de Franch. d. deciſ.*

*d.deciſ.*416. *Ricc.coll.* 38. *etiam in delictis, Reg.Rouit.in d.prag.* 5. *nu.* 3. *tit: vbi*
62 *de delict. quis deb. conueni.* & adeo ampla ſunt iſta capitula priuilegiorum, quòd vigore illorum Neapolitani trahunt etiam illos qui tenent commiſſiones, & locationes à R. Doghana Menepecudum, maximè quādo illius priuilegia ſunt de anno 1574. & priuilegia Neapolitanorum ſunt de anno 1462. conceſſa à Reg. Alfonſo, & Ferdinando I. & non adeſt clauſula derogatoria, & ideo deneganda eſſet remiſſio in facti contingentia ex dictis per *Carauit. Ritu* 301. & nouiſſime ſic fuit deciſum in S.C. referente doctiſſimo tunc Conſiliario nunc Præſide S.C. Andrea Marcheſio in fauorem Vincentij Brancacij contra Martiam Branciam, & Regium Fiſcum patrocinante V.I.D. Iulio Ceſare Caiafa anno 1640. penes Act. Carbonem. Sed quid ſi aliquis Neapolitanus conueniatur in aliqua prouintiali Audientia de ibi geſtis ex cauſa feudi, vel alterius iuriſdictionis? *Capyc. refert deciſum, quòd poſſit ipſum ſequitur, & alijs rationibus corroborat, Frecc. de ſubfeud. lib.* 1. *tit. de off. Mag. Cancell. num.* 31. *& ſeq.* & vltra rationes, ab ipſo adductas, *facit l.* 1. 2. *& tot. tit. C. vbi de ratio. agi opor.* quo in loco probatur, quòd, licèt aliquis habeat eius forum competentem, tamen ratione adminiſtratæ tutelæ, vel exercitij, vel alterius actus in aliquo loco, ibi poteſt conueniri, verùm, ne erres in praxi, dum
63 fuiſſet dubitatum, an Baro, cōuentus ratione alicuius poſſeſſionis in quadā Audientia, poſſit declinare forum, tāquam Neapolitanus, & quidam dicebant, quòd non, ex dictis: Ego verò dicebam contrarium, nam inueni, quòd prædicta *deciſ. Capyc.* & alia ſupradicta procedunt, quando Baro, vel alius Dominus, & poſſidens feuda, conuenitur de eo, quod geſſit in illo loco, quoad exercitium iuriſdictionis, ſecus verò, quando ſimpliciter ſit poſſeſſor; *prout declaratum fuit in prouiſionibus expeditis ad inſtantiam Comitis Aielli per litteras Collater. Conſil. ſub die* 30. *Iunij* 1522. *regiſtratas in part. loq.* 15. *fol.* 182. & aduerte quod hæc non procedunt in Clerico tutore, vel curatore, quia debet conueniri coram iudice Eccleſiaſtico ad reddendum cōputum eius adminiſtrationis, licet adminiſtratio ſit delata à iudice laico, & ſic pluries fuit practicatum in S. C. quicquid dicat *Eſcobar de ratioc. c.* 7. *à num.* 7. quia de eius diſtinctione in praxi non eſt habenda ratio, vt aduertit *Reg. Rouit. dec.* 20 *num.* 18. *verſ.* Sed quod hæc diſtinctio, &c.
64 Sed nota, quòd Neapolitanus dicitur, vel qui oritur in ciuitate, vel qui ciuilitatem aquirit per habitationem ſpatio decennij, dummodo habeat domum propriam in Ciuitate Neap. *vt in Pragm.* 1. *tit. de priuil. Neap.* prout in dies expediuntur priuilegia à Reg.
65 Cam. ſed quid, ſi non habitauerint continuè, ſed pro maiori parte anni, vel temporis? *vide Thor. in d. compend. deciſ. verſ. habitans in Ciuitate.* Item quid ſi domus non ſit empta, ſed dotalis, vel recepta in emphyteuſim? *vide Nouar. in d. pract. elect. & var. fori. quæſt.* 39. *ſect.* 2. & ibi de alijs ad hanc mat. ſed aduerte, quòd dicta domus
66 debet eſſe apta, vt ipſe, qui intendit ſe adſcribi in numero Ciuium, poſſit habitare cum eius familia, ideò in cauſa Baronis Caſæpeſellæ, qui emerat domunculam in Ciuitate Neap. attenta ratione *d.* R*egia Pragmat.* vz. vt fiat populata Ciuitas, & ſic requirat domum in qua exterus habitare poſſit, & attenta qualitate d. Baronis habitantis, potius debebat eſſe palatium, fuit deciſum, non debere gaudere priuilegio Neapolitano ex cauſa d. domus emptæ, vt benè de omnibus. *Thom. in dict. compend. verſ. Ciuis* N*eapolit. efficitur, &c. vbi de materia, & de alijs idem in verſ. mulier* N*eapolitana origine, &c. & ver.* N*eapolitani, tom.* 1. *& colligit* R*icc. in coll.* 301. *par.* 1. Sed an iſta ciuilitas ammictatur ſi deinde iſte

exterus qui acquiſiuit ciuilitatem per habitationem continuam diſcedat à Ciuitate cum familia animo non amplius ibi habitandi amictat hoc priuilegium ? quod ſic ſeruamus in praxi, immo amicteret etiam ſi origine eſſet Neapolitanus, *vt refert* Reg. *Sanfel. dec. 74. lib. 1.*

67 Sed iſti tales, qui acquirunt dictã ciuilitatem per priuilegia, dicuntur Ciues, ſed impropriè, *bene D. Paſcal. de viribus patr. poteſt. cap. 2. num. 32. & ſeq. par. 3.* & appellatione Neapolitanorũ, an veniant ciues originarij, vel etiam incolæ ? Reg. *Ronit. in pragm. 1. de ceſſ. bon. nu. 1.* & ibi, quæ ſit differentia inter Ciuem, & habitum pro tale, & ciuilitas quomodo conſideretur in eo, qui naſcitur in peregrinatione, & de alijs ad materiã, *vide* Ricc. *in coll. 269. par. 11. ſuper tex. in l. ciues, C. de incol. & vide addit. ad Bart. in l. 1. ver. aſſumptio, ff. ad municip. Viſcont. in eius concluſ. ver. ciuilitas, et ciues*, & dixi ſupra in principio huius tit. & Ciuis, qui vidit eius Ciuitatem oppreſſam, & ipſe non defendit, ſed deſerat, tunc amittit ciuilitatem, vt notat *Bal. in l. 3. C. de infant. expoſit. in fin. & alios allegat. Boer. deciſ. 260. in fi. verbis.* & quando agitur de ciuilitate aquiſita intellige quodo nõ ſit in fraudem puta poſt contractum vel delictum, & aduertit *Carauit. ritu 301. num. 7. in fine.* cæterum, an locus ſit huic exceptioni in beneficiũ Neapolitani agentis, vti ceſſionarij alicuius exteri ? *Afflict. d. deciſ. 74. quem ſequitur Maxil. in conſuet. Barenſ. tit. de teſtibus, S licet, num. 23.* dicit, quod ſic, & eſt vera opinio, modo, non conſtet ex aliqua coniectura de fraude, & procedat ceſſio ex mera cauſa lucratiua, & de hoc ſunt infinitæ deciſiones in Sac. Conſ. & M.C. his adſtipulatur quod omnes Curiales vt ſunt Aduocati & procuratores Tribunalium huius Ciuitatis Neap. ſicut Neapolitani ſunt priuilegiati, vt trahant & non trahantur ſic dictante ritu 232. incipiente item quod omnes Curiales, & ſic obſeruari teſtatur poſt *Muſcatel.* Reg. *Tap. in conſtit. R. ſtatuimus nu. 14. cum ſequent. 1. p. iur.* Reg. *& Calà de morbo articulandi gl. 1. nu. 90. limit. 17.* fallit ſi veniat ex iure ceſſo, quod tunc non competeret iſta exceptio fori in curijs huius Ciuitatis prout ex multis confirmat, & ſi obſeruatum in S.C. refert *Capic. Latro deciſ. 54.*

58 QVarta principalis fallentia eſt, etiam reſpectu priuilegiorum in omnibus alijs perſonis alicuius officij, profeſſionis, vel artis, qui ſunt conueniendi coram eorum Iudice deputato, puta, in Doctoribus de Collegio Neap. quorum Iudex competens eſt magnus Cancellarius, vel eius Locumtenens, P*ræſid. de Franch. deciſ.* 544. & ſic etiam in Doctore medico de collegio, T*hor. in compend. deciſ. verſ. medicus*, ſic in militibus, qui olim erant conueniendi coram magiſtro militum *l. magiſteria, C. de iuriſd. omn. iud.* hodie coram Auditore militum, & ſi ſint de triremibus, coram Regia Audientia triremium; ſed de intellectu, & materia *d. legis benè Præſ. de Franch. dec.* 88. & quid in effecto militè poſt delictum, an ſit iudicandus ab Auditore? & de militibus noſtri temporis, *benè* P*aſc. de vir. patr. poteſt. cap. 3. num. 24. & ſequ. par. 3.* reliqua circa cognitionem cauſarum, pertinẽtium ad dictum Auditorem, *videas* R*egiam* Pr*agm. Illuſtr.* C*ardinalis Zapata, editã ſub die 31. Ianuarij, 1622. & alias in ea mentionatas in princip.* & an Aduenturerijs competant priuilegia militum? *vide de* P*ont. de poteſt.* P*roreg. ſub tit. 10. de milit. &c. num. 3.* Item ratione officij, vt in porterijs Sac. Conſ. qui ſunt conueniendi coram Præſide, *de Ponte in deciſ. Collater. 36.* Item ratione nationum, puta, in Raguſeis, qui habent eorum Conſules, T*hor. vbi ſupr. verſ.* R*aguſei.* Item ratione artium, videlicet Serici, Lanæ, & ſimilium, nam habent etiam Conſules, coram quibus cõueniuntur, R*icc. coll. 94. par. 1.* dummodo exhibeant matriculam, & probent

bèris de exercitio; nam vtrumque re-
quiritur, ſed ſufficit exercitium fieri
per ſubſtitutum, *benè Thor. vbi ſupra,
verſ. remiſſio cauſæ, an ſit facienda ad
Curiam Artis*, dummodo etiam ſit cō-
tinuum, *Præſ. de Franch. deciſ.* 175. *Capi-
blan. in prag.* 1. §. *& più perche, tit. de Al-
guzer. n. 2. lib. 1.*

69 Quid ſi matricula ſuperuenerit cō-
uento, ex qua adſcribatur in numero
exercentium dictā artem? certè quod
non poterit petere remiſſionem, vt
dixi ſupra in principio huius titu. niſi
inſtantia eſſet perempta, & reſtaurata
per inſufflationem, nam tūc erit huic
exceptioni locus, *Reg. Rouit. in rub. tit.
de inſt. cauſ. non reſt. num.* 14. Verùm ſi
aliquis harum artium litigauerit cum
minore, aliaque Priuilegiata perſona,
70 cui competat electio, & variatio, vt
dixi, tunc ceſſat iſta exceptio petendi
remiſſionem ad Conſules, *vt refert de-
ciſum Conſ. de Bottis, in add. ad conſt. ſta-
tuimus.*

71 Item in Nautis, ac viuentibus ex
arte maris, qui ſunt conueniendi co-
ram Magno Admirato, *Præſ. de Frāch.
in deciſ.* 723. & quis dicatur taliter vi-
uere, vt poſſit vti iſta exceptione? *ex-
plicat Frecc. de ſubfeudis tit. de officio Ad-
miratí Maris, lib. 1. num.* 14. & ibi vide,
quid in liquidatione inſtrumentorū,
& quid in illo, qui offēdit Alguzerios
M. C. V. *Fab. de Anna in conſ.* 197.

72 Et an ſi contendat vnus ex prædi-
ctis priuilegiatis, contra alium ſimili-
ter priuilegiatum, cuius forus atten-
datur, & an poſſit aliquis huius artis
alibi conueniri? ſunt inſpicienda ver-
ba priuilegij, *vt dicit de Franch. dec.* 88.
*ſub num.* 8. *& vidit Reg. Sanfel. dec.* 68.

QVinta principalis fallentia eſt
respectu qualitatis cauſæ de-
ductæ in iudicio, puta, ſi eſſet quæſtio
ſuper re feudali: nam tunc Iudex cō-
73 petens erit Regia Camera Summa-
riæ, etiam ſi actor, vel reus eſſet cleri-
cus, & ageretur, tàm ſuper cauſa poſ-
ſeſſorij, quàm petitorij, *vt in cap. venie.
& cap. cæterorum, extrà de iudicijs, Aſ-
flict. in conſt. quam plurium, num.* 39. *&
apparet conuentio inter Romanam Ec-
cleſiam, & Regem Carolum II. in cap.
Reg. ſtatuimus, vbi adden. & vide de
materia Muſcatell. in citata gl. compe-
tentes à nu.* 96. *& Reg. Rouit. in pragm.*
2. *tit. de cler. vel Diac. & Auellum de
Amato, in conſ.* 28.

74 Sed cauſa feudalis, an dicatur, ſi
eſſet circa actionem ad feudum? *Anna
alleg.* 122. vel ſi intentatur recuperatio
feudi per jus offerendi, *vide Mutam
in deciſ. Sicil.* 56, *num.* 9. Sed latiſſimè
feudalis cauſa quando dicatur, *ex-
plicat Milanen. in deciſ. Sicil.* 6. *per totum,*
75 benè verum eſt, quòd, quando du-
bitatur, an cauſa ſit feudalis, vel bur-
genſatica, ſeruatur in praxi, quòd iſte
articulus decidendus remittitur ad
dictam Regiam Cameram, & interim
iuriſdictio, coram quo lis erat cœpta,
ſilet, *Thor. in d. compend. deciſ. verſ. arti-
culus incidens, & de his dixi in meo me-
thod. feud. p.* 2. *c. vlt.*

Hæc tamen intellige, ſi ageretur
de cauſis, fiſcum tangentibus, *vt in
Reg Pragm.* 13. *tit. de off. procurat. Cæſar.*
ſic etiam ſi eſſet autor laudatus, dum-
modo re vera oſtendat, teneri de eui-
ctione, & ita ſeruari, & fuiſſe deciſum
refert *Reg. Rouit. in d. Pragm. nu.* 2. nam
in alijs cauſis feudalibus, in quibus
agitur de intereſſe partium, tunc S. C.
erit Iudex competens, & queuis Cu-
ria Baronalis non poterit procedere,
quamuis Baro habere priuilegium
cognoſcendi expræſsè de cauſis feu-
dalibus, & ſic indifferenter practica-
mus, & nouiſſimè dum magnifica Ge-
nua Valentina peterat aſſiſtentiam in
S. C. ſuper terra Roſeti contra Ca-
rolum Renda originarium Ciuem
Ciuitatis Biſniani, & fuiſſet petita re-
miſſio ad d. Ciuitatem per Illu. Prin-
cipem vigore ampliſſimorum priuile-
giorum cognoſcendi etiam de cauſis
feudalibus, & de feudis quaternatis,
quia circa hoc non eſt in vſu receptū,
& ideo fuit denegata dicta remiſſio,
per S. C. iunctis aulis referente doctiſ-

ſimo tunc Conſil. D. Franciſco Merlino, anno 1641. 9. Aprilis penes Act. S.C. Fabritium Solatium. & ſcire pertinet; quod nec R. Camera Summariæ eſt Iudex competens in cauſis vertentibus inter priuatos, etiam quòd ageretur de formali intereſſe Fiſci niſi in tribus caſibus expræſſis per regiam pragm. 64. de off. procur. Cæſ. v3. quando Fiſcus eſt actor, Reus, vel Auctor laudatus, vnde ſi ageretur de lite mota à debitore Fiſci, contra eius debitoré, tũc non poterit prætendere cauſæ remiſsionem; vt refert deciſum *Reg. Rou. in d. pragm.* & nouiſsime eſt confirmatum in cauſa Philippi Spinolæ, vbi agebatur de auferenda ſucceſſione ab indigno, quæ de iure competit Fiſco, ſed quia cauſa vertebatur inter priuatos fuit reſeruatum ius Fiſco reſpectũ eius prætenſionis, *vt refert Reg. Sanſ. dec. 70. lib. 1.*

76 Item ſub iſta fallentia comprehenditur cauſa ſuper re indiuidua, ad quam inſolidum tenebatur laicus, & clericus, nam tunc laicus conuentus habet declinatoriam ad Eccleſiaſticũ, *Guttier pract. quæſt. q. 43. lib. 1. & ſic ſeruari in Sac. Conſ. refert Capyc. deciſ. 173.* vbi exemplificat in actione hypothecaria, *& Vrſill. ad Affl. deciſ. 213. num. 2.* in re communiter poſſeſſa cum clerico, & cauſæ, quæ ſint indiuiduæ, *vide infra p. 3. c. 6. num. 14.* ſed de alijs ad materiam *vide Reg. Tap. in d. conſt. de perſonis, ampliat. 1. & in conſt. de burgenſaticis, num. 15. tit. de Epiſcop. & cler. & vide Soc. conſ. 12. quæſt. 4. vol. 1.*

77 Item ſub iſta fallentia comprehenditur caſus, ſcilicet, quando intentatur lis ſuper aliqua re, vel circa ipſam quæ alias fuit intentata, vel ſaltem ſe habeat, tanquam illius accidens, & ſequela; nam tunc, ne continentia cauſæ diuidatur, debet coram primo Iudice procedi, & ad ipſum fieri remiſsio, *iuxta diſpoſit. text. in l. vbi cœptum, ff. de iudicijs,* & procedit, licet eſſet cœpta lis coram Iudice virtute alicuius priuilegij quod deinde ceſſauit, *Valaſc. in conſult. Luſit. 57. tom. 1.* ſed de intellectu dictæ legis, & materia, & quot modis dicatur continentia cauſæ, *benè Affl. & ibi add. in deciſ. 314. Muſcatel. in gloſ. Tribunali, par. 2. Troyſ. in add. ad prag. quilibet agere de ordine iudiciorum, & Gabr. in tract. commun. concluſ. tit. de iud. concl. 1. f. 126.*

78 Sed obiter nota, quòd dicta continentia non procedit in criminalibus, puta, ſi duo deliquiſſent; nam quilibet Iudex competens poterit cognoſcere de eius ſubdito delinquenti, *Regens Rouit. in pragm. 1. num. 40. tit. vbi de delict. quis deb. conu.* quod procedit, etiã ſi prius fuerit de delicto capta informatio in M.C. V. nam non attenditur ad hoc eius præheminentia, *Vrſill. ad Afflic. deciſ. 155. de Franch. dec. 582. & 426. & ibi vide de intellectu, dec. Capyc. 122.* quæ videtur contra, & de materia, *vide latè Boſſ. de for. competen. n. 109. verſ. & licèt ſuperius. Aymo. conſ. 232. & alios allegatos per Thor. in d. compen. verſ. remiſſio, an fieri debeat, vol. 1.* Hinc cauſa inter Regium Fiſcum, & not. Franc. Ant. Zitum de Terra Spinuſij inquiſitum, cum fuiſſet virtute exceptionis, (*ne continentia cauſa diuidatur*) prouiſum cauſam debere remanere in M.C. non obſtante remiſsione petita per Illuſt. Principem Hoſtiliani, fuit per Sac. Conſ. reuocatum dictum Decretum, & prouiſum, quòd remittatur. Actuarius M. C. Iulius Pintus, *& vide Reg. Rouit. vbi ſupra, num. 41. verſ. amplia.*

Dixi in quibus caſibus non habet locum *d. Reg. prag.* modificatiuè, ideſt, reſpectu priuilegiorum, à lege, vel ab homine introductorum, videamus nunc, quando penitus non debeat fieri remiſsio, & ceſſet dicta exceptio declinatoria fori, de qua re tres conſtituo caſus.

*Primò, circa perſonas.*
*Secundò, circa qualitatem cauſæ.*
*Tertiò, circa renunciationem.*

Pri-

PRimus eſt reſpectu inhabilitatis
perſonarum; qua de re plura
ſunt exempla, videlicet, ſi conuenia-
tur aliquis debitor ſuſpectus de fu-
ga; nam poterit cognoſci, & capi de
ordine cuiuſcunque Iudicis, prout
de communi teſtatur *Caccialup. in
tract. de deb. ſuſpect. et fug. queſt. 4. Franc.
Curt. in tract. de ſequeſtr. q. 17. num. 6. &
ſeruatur indies, latè de materia* Theſ. *in
dec.* Pede. 220.
80 Item in tertio, comparente pro de-
fenſione alicuius, qui non gaudet iſta
exceptione, vt eſt Autor laudatus. *l.
vend tor, ff. de iudic.* ſed fallit in multis,
videlicet, in clericis, Neapolitanis, &
alijs, collectis *per* Ricc. *coll.* 424 & dum
etiam limitat in Fiſco, adde, quòd ſic
ſeruatur in Regno *per* Reg. *Pragm.* 13.
§. *Item, de off. procur. Caſar. & ſic non
procedit deciſ.* T*heſaur. relata à* Ricc. ſed
intelligas, ſi conſtat Fiſcum teneri de
euictione, vt aduertit ibi *Reg. Rouit. &
dixi etiam ſupra.*
81 Idem eſt in tertio, comparente pro
eius intereſſe, qui regulariter non ha-
bet remiſſionem cauſæ, vt dicit fuiſſe
deciſum *Anna in all.* 76. *& propriè nu.* 3.
quod procedit etiam ſi eſſet clericus,
*Affl. dec.* 2. *num.* 9. *& in dec.* 380 *poſt nu.*
7. *&* 8. *Petr. de Anchar. in conſ.* 333. *co-
lum.* 1. *Dec. in cap. cum inter. num.* 37. *&
ſeq. de except. & latè de materia Rolan. à
Vall. in conſ.* 29. *lib.* 2. *Sanfel. dec.* 90. *nu.*
24. Sed ne erres, *tàm Anna, quàm Affl.*
82 *& alij* loquuntur de tertio, compa-
rente incidenter pro eius intereſſe,
vel pro alterius defenſione; ſecùs ve-
rò, ſi principaliter, adeo quòd, ſi non
compareat, veniret ipſe condemnan-
dus, & de eius bonis priuandus, quia
tunc erit neceſſariò reus, & conſe-
quenter petendo, eſt ei concedenda
remiſſio ad Iudicem competentem,
*vt dixit* Dec. *in conſ.* 700. *col. antepen. ſub
num.* 7. *ver. ad prædicta etiam benefacit,
&c.* & ſic millies practicaui; hinc eſt,
quod clericus, nominatus ab eius co-
lono, & emphyteuta, conuento pro re
clerici, ſpontè comparendo, quia agi-
tur de eius proprio, & principali inte-
reſſe, habet remiſſionem. *Abb. in cap.
quoniam frequenter, § in alijs, num.* 28.
*vt lite nõ conteſt. Sard. conſ.* 396. *n.* 10. *&
20. col.* 3. *& ſic in dies practicatur.* hoc
idem dicendum in hærede, qui ſi in-
uenerit litem cœptam cum defuncto
in aliquo loco, ibi ſe defendere de-
bet, & litem proſequi, quamuis ipſe
domicilium transmare habeat, *dicit*
83 *tex. in l. ſi is qui Roma, ff. de iudic.* etiam
ſi dictus hæres ſit clericus, prout de
communi teſtatur, & ipſam ſequitur
*Couar. pract. queſt. cap.* 8. *Meſtrill. dec.*
79. *de Pont. conſ.* 18. *vol.* 1. *Reg.* T*apia in
Iur. reg. in conſt. de burgenſaticis, ſub tit.
de epiſc. & cler. & ita ſeruari, & deciſum
fuiſſe in Sac. Conſ. refert Thor. in comp.
deciſ. verſ. remiſſio cauſa laici, &c.*
Et vt ſeruetur æqualitas, idem erit
dicendum in laico hærede clerici,
*Anton. Fab. in dec.* 12. *C. de iud.*
Verum, ſi lis non adhuc ſit cœpta,
tunc conueniendus eſt heres, vbi de-
functus conueniri debebat, & nullo
priuilegio excuſetur, *dicit tex. in l. hæres
abſens, ff. de iud. qui tex.* licet loquatur
84 generaliter per Ly (nullo) adeo, quod
videatur excludere omne priuilegiũ,
tamen non intelligitur excluſum pri-
uilegium generale, conceſſum de iure
communi, ſeù intra illud inſertum, vt
eſt clericatus, *Couar. vbi ſupra, ſub nu.* 4.
*verbo Tertia Concluſio, verſ. qui non obe-
rit, &c.* Nec ſecundò intelligitur ex-
cluſum priuilegium, quod habet hæ-
res reſpectu Iudicis, ſed tantum loci,
& domicilij, vt notabiliter aduertit
poſt *Fulgoſ. D. de Ponte in d. conſ.* 18. *n.* 8.
85 *vol.* 1. Sed contrarium videtur ſerua-
re praxis, vt deducitur *ex deciſ. relata
à Præſide de Franch.* 363. *ſub nu.* 4. vbi
licèt mulier, cuiuſdam exercentis ar-
tem ſerici conuenta in M. C. præten-
deret gaudere priuilegio viri, reſpe-
ctu Iudicis, tamen ex quo apparebat
fuiſſe conuentum, vti heredem, fuit
per Sac. Conſ. denegata remiſsio,
quaſi dicat ibi *Præſes*, quòd dato, & nõ
conceſſo, quòd iſta mulier gauderet
pri-

priuilegio viri, quia erat particulare, & ſic excluſum à diſpoſitione *d. tex.* non erat decidenda quæſtio, an ei cõpetat, vel ne, cum eſſet conuenta vti hæres, & ideò legatur à verſ. *dum res eſſet in ancipiti, &c. reliqua ad mat. huius tex. vide per Couarr. & de Ponte vbi ſupra, & colligit Ricc. coll.* 1030. *par.* 4.

SEcundus caſus eſt reſpectu qualitatis cauſarum, de qua etiam plura ſunt exempla, videlicet, in aliquo conuento virtute apocæ Banci, nam per Regiam pragm. non procedit dicta exceptio declinatoria fori, niſi facta recognitione, & reus ſe conſtituat in vinculis, vel faciat depoſitum quãtitatis in ea cõtentę, *vt benè refert Thor. in compend. deciſ. verſ. remiſſio cauſa apocæ, & vide Cols. de modo probar. & articulan. glo.* 1. *nu.* 86. *& Muſcatell. in d. gloſ. competentes, num.* 99. *& ſequen. vbi de materia, & Rebuff. ad gall. conſt. de chirog. & ced. art. primo, gl.* 1. *n.* 5.

87 Item, in citato ad concurrendum, vel ad confectionem inuentarij, etiam quòd eſſet clericus, *Muſtrill. deciſ.* 79. *Paſcal. de vir. patr. poteſt. cap.* 9. *num.* 70. *par.* 2. qui referunt ſic obſeruari, & fuit deciſum me patrocinante in S.C. ad relationem M.C. in cauſa Fabritij de Amato *cont. Abb. And. Sellarulũ, penes Act. Ferdinandum, &c.*

88 Item, ſi aliquis poſsidet bona vigore alicuius decreti, ſi aliquo modo opponitur contra d. decretum, puta ex cauſa nullitatis, vel alijs medijs, maximè ſi in eo ſunt ſeruata iura tertij, tunc poſsidens citatus coram d. Iudice, à quo fuit latum decretum, nullo modo poterit declinare forum, etiã ſi conuentus ſit clericus, prout in facto ſibi accidiſſe, *refert Peregrin. de fideicom. art.* 48. *num.* 62. *& ſeq.* & ſic etiã quando agitur de annullando inſtrumento confecto à Notario publico Regio: *vt tenet Gul. de Ben. in d. cap. Raynutius, verſ. & vxorem nomine Adelaſiam num.* 126. qui mouetur eadem ratione, ac ipſe *Peregrin.* videlicet, cũ illius ſit ſoluere, cuius ſit ligare, & hęc tantò magis procedunt, quando per agentem ex aliqua cauſa petitur aduerſus d. decretum reſtitutio in integrum, quia tunc penitùs, non erit locus d. exceptioni *& fuit deciſum in Sac. Conſ. referente meritiſſ. Reg. Conſ. Theodoro*, me patrocinante in Cauſa *Victoria de Carnago*, cum *Abb. Ramirez*, anno 1630. Act. de Falice. Sed hæc nõ procedunt quando clericus obtinuiſſet ſententiam & vigore illius adiudicationem rei; quia tunc ſi eſſet conuentus à tertio iure aſsiſtendi ſuper eadem re, bene poterit declinare forum ex celebri doctrina *Pauli Caſtrẽſ. in l. à diuo pio, §. ſi poſt addictum, ff. de re iud. & ſic deciſũ refert Reg. Rou. dec.* 44. Itẽ in cauſa intentata ſuper remedijs capitulorum Regni quibus ſuccurritur poſſeſſoribus ad vitandas turbationes, & violentias, quę de facto inferuntur per perſonas laicas, vel eccleſiaſticas, quæ incipiunt ad regale faſtigium, finis præcepti charitas, & omnis prædario. tunc denegatur iſta remiſsio indifferenter etiam clericis, quia vt dicit ibi niger, & alij gloſatores, & *Afflict. in conſt. regni de burgenſaticis.* proceditur per viam extraordinariæ cognitionis, & non in figura iudicij, & adſunt circa hoc infinitæ deciſiones S.C. vt per *Afflict. deciſ.* 2. 24. 363. *& de Franch. deciſ.* 163. 193. *&* 701. *& Regens Tapia in lib.* 3. iur. regni titulo, quando Rex inter Eccleſiaſticas perſonas, & propriè de his cauſis cognoſcit S.C. nam porriguntur preces Collaterali Conſilio à poſſeſſore violentia, & turbatione oppreſſo, & obtinetur quòd S.C. prouideat de iuſtitia virtute capitulorum Regni, à quo deinde proceditur ad citationem per edictum cum clauſula, vt compareat, qui ſua putauerit intereſſe, & ſic nemo efficitur per talem citationem legitimus contradictor, de qua praxi teſtatur *Regens Capicius Latro deciſ.* 69. *num.* 2. vbi refert ſimilem diſpoſitionem ſeruari in multis aliis Tribunalibus diuerſorum regnorum.

Sed

Digitized by Google

Sed aduerte, quod aduerſus remedia horum capitulorum licet non competat declinatoria fori, poterit clericus ſine præiudicio ipſius comparere etiã per viam extraordinariam inſtruendo S. C. de meritis cauſæ producendo ſcripturas ex quibus elideretur prætenſio actoris, vel allegando nullitates actorum, ac eiuſdem ſententiæ fortè prolatæ ſuper dictis remedijs, & tunc S.C. non conſiderata principaliter perſona dicti clerici, quæ formaliter comparendo hoc modo non dicitur legitimus contradictor, quia ſi eſſet talis procederetur via ordinaria ex doctrina *Afflict. in cõſt. regni de bargenſaticis*, & ſic fuit obſeruatum in S. C. in fauorem Illuſtriſſimi Epiſcopi Ricciulli tunc Vbriaticenſis, nunc Archiepiſcopi Cuſentini, me, & V.I.D. Ioanne Antonio Pariſio collega doctiſſimo patrocinantibus, referente tũc R. Cõſ. Capicio Latro, qui de hac deciſione meminit in eius deciſ. ſub numero 69. vbi plenè de prędictis.

Item in cauſa liquidationis inſtrumenti annorum introituum cum clauſula, quod poteſt liquidari ſeruata forma Ritus M. C. in quouis foro, & Curia, nam tunc ſi liquidatum ſit in M.C. denegatur remiſſio cauſæ non dum cõuento, ſed etiam ſi eſſet Vaſſallus eius Baroni non competeret iſta declinatoria, vt aduertit *Follerius in pragm. de cenſibus verbo, & ſubmiſſionis cuiuſcunque foro num. 29. & 30. & benè Miſtoneuſis deciſ. Sicili. 5. nu. 43. lib. 2.* vbi ſic dicit ſeruari in praxi.

89 Item in conuento ex cauſa depoſiti, penes ipſum facti, nam ſi conuenitur coram Iudice, de cuius ordinatione fuit factum, non poterit vti hac exceptione, etiam ſi eſſet clericus, *Affl. in dec. 24. num. 3.* & ibi qualiter cogatur: *benè Negusant. in tract. de pignor. in 3. membr. 5. par. poſt num. 29. & latè Tap. in d. c. item ſtatuimus. num. 12. ſub tit. de epiſ. & cler.* quid dicendum in cauſa alimentorum? *Sard. de aliment. priuileg. 9.* dicit quod non datur remiſſio, quia venter non patitur dilationem, & ideò Eccleſiaſticus ſicut laicus erit Iudex competens, *ſequitur Molfeſ. in conſuet. Neap. tit. de alim. p. 9. q. 1. num. 19.* & dicit nouiſſ. ad materiã Dom. *Flauius Ventrilia*, eruditiſſ. Doctor, *Reſponſ.* pro D. *Lucretia de Blaſio*, Italicarum Academiarum iubar, qui *Commentar.* ad *Conſuet. Capuanas* ſcribit, quæ ipſe ſummo cum gaudio perlegi. Item in conuento ex remedio *l. diffamari, C. de ingen. & manumiſ. iuncto cum l. ſi contendat, ff. de fideiuſſoribus, v3.* ſi quis ſe iactat habere aliquod ius ſuper re poſſeſſa à me, & ego præueniem illum ita præponat d. iura vt eius prætenſioribus imponatur perpetuum ſilentium, nam tunc ſi iſte præuentus eſſet clericus non habebit remiſſionem cauſæ ad Iudicem eccleſiaſticum, quia ego ſum originarius reus, & ipſe, Actor prout, caſus tamen à me vt intra præponatur, & ſic Iudex meus Laicus erit competens, ita per d. iura deciſum refert in S. C. *Capic. dec. 18. cõtra Affl. dec. 258. & licet Præſ. de Franch.* latè diſſerit de materia dec. 657. nouiſſimè benè diſcuſſo articulo me patrocinante fuit referente Reg. Cõſ. And. Prouenzano deciſum in cauſa Lucæ ant. de acampor. cum Monaſterio Sanctæ Mariæ de pace penes Ant. Cioffum, de iſta deciſ. meminit *Reg. Conſ. Capic. Latro dec. 89.* & ibi refert ſic ſeruari in Senatu Pedemontano Liſano, & camera imperiali, n. 6. & per totum de materia.

90 Tertius caſus principalis eſt propter renunciationem fori, qua ſtante, iſta exceptio penitus procedit, etiam vigore *dicta Regia pragmat.* quærula. Ratio eſt, quia regulariter iſta exceptio eſt inducta in fauorem litigantium, vnde in dicta pragmatica dicitur (*& quod ipſi fideles noſtri ab impenſis, & incommodis, quoad fieri poteſt, illæſi præſeruentur, eam ob rem, &c.*) vnde conſequens eſt, quòd poſſit ei renuntiari, *iuxta diſp. tex in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. vbi DD.*



Digitized by Google

91 Sed, vt diſtinctè procedat, iſta renunciatio fori, aut fit in contractibus; & tunc valet, tam ſi fiat expreſsè, quã tacitè, puta, ſi tibi promitto ſoluere Neapoli, & non alibi, nam tunc tacitè renuntio meo foro competenti, quia contraxiſſe vnuſquiſque in eo loco intelligitur, in quo ſoluere ſe obligauit, *dicit tex. in l. contraxiſſe, ff. de act. & oblig.* & ſic in loco deſtinatæ ſolutionis debet conueniri, dicit ibi gloſa, vnde DD. dicunt, quod ſi quis promiſit ſoluere vbique fuerit inuentus, vbique conuenitur caret potentia opponendi hanc exceptionem, *Antonius de Alex. in d. l. ſi quis in conſcribendo, & alios quos refert Camill. Borrellus in d. ſumma decis. tit. 43. de foro compet. num. 45. verſ. declara tertio*, & de hac clauſula vbiq; locorum, *latè per Viſcont. in eius concluſ. iur. ver. clauſul. &c.* Cæterùm in gene-
92 rali renuntiatione, videlicet, ſi dicitur, *renuntiauit omni legum auxilio*, in dubio non intelligitur fuiſſe renunciatum huic exceptioni declinatoriæ, *Nouar. in praxi elect. et var. for. q. 46. sect. 2.* vel ſi dicatur, *non obſtantibus quibuſcunque exceptionibus Paul. de Castr. in d. l. num. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier.*

93 Aut verò fit in iudicio (de quo propriè loquor) & tunc non ſolùm conſideratur expreſsè, ſed etiam tacitè, puta, ſi non opponatur iſta exceptio, *vt dixi in principio huius tit.* vel ſi reus ſit *effectus contumax in cauſa, de quo dixi ſupra in tit. de contumacia, cap. 3. num. 40. et 41.* Item ſi partes prorogauerint iuriſdictionem coram incompetenti, *vt in l. 1. et 2. ff. de iud.* dummodo partes litigantes ſciant ſe litigare coram incompetenti; nam ſi ignorauerint, non inducitur prorogatio, *vt aduertit Bart. in d. l. quacunque num. 7. ff. ſi quis in ius voc. non ier. de cuius materia, vide DD. in d. l. 1. et 2. et Canoniſt. in cap. cum P. et G. extra de off. iud. deleg. et Petrum Iacobum, in pract. tit. de prorog. iuriſd. Muſcatell. d. glo. competenter num. 42. verſ. ad maiorem, et colligit Ricc. in coll. 322. par. 2.* & de materia prorogationis, *latè Borrell. in ſumma deciſ. tit. 45. de iuriſd. et imperio. tom. 1.*

94 Verum ne erres in praxi, prædicta renunciatio fori qualitercunque fiat, non operabitur, quando eſſet prohibita per ſpeciales diſpoſitiones legũ, vt in clerico, *cap. ſi diligenti, extra de foro competenti*, vel per diſpoſitionem hominum, puta, per priuilegia, vel ordinationem Principis; hinc eſt, quòd prorogatio iuriſdictionis, facta à vaſallo, non procedit in præiuditium Baronis, cui competit illius cauſæ cognitio, *Vrſill. ad Affl. in dec. 177. nu. 3.* Et cùm Actuarius Curiæ Admiratiæ prorogaſſet iuriſdictionem S. C. fuit tamen, ipſa Curia inſtante ad ipſam remiſſus, vt deciſum *refert Thor. in d. compend. deciſ. verſ. magiſter Actuarius, tom. 1.*

85 Hinc etiam eſt, quòd generaliter omnis alia renunciatio, quæ fit à vaſſallo in præiudicium Baronis non valet, *Reg. Rouit. in pragm. 2. n. 1. ubi de delict. quis deb. conuen. num. 7.* Ideo poterit quandocunque comparere dictus Baro & petere remiſſionem, & eſt ei concedenda, vt in dies ſeruatur, ad tradita *per Præſid. de Franch. deciſ. 417.* etiam ſi lis ſit conteſtata, id eſt, poſt dationem termini in Regno, *Anna ſingul.*
96 55. & quid poſt ſententiam in ciuilibus, *Anna ibi allegat Rebuff. in tit. de obligat. qui refert, affirmatiuè deciſum in illo Sen. ſub num. 1.* ſed indifferenter procedit in noſtris Tribunalibus vnde, facta remiſſione cauſæ poſt ſententiam, fit illius executio à Iudice, ad quem fit remiſſio, *Alex. in l. à Diuo Pio, § ſententiam, ff. de re iud. quem ſequitur Conan. pract. quæſt. cap. 11. col. 20. f. 73.* *Viſa etiam ſeruari in praxi noſtrarum curiarum teſtatur Rouit. in d. pragm. 2. num. 6.* ratio eſt quia quoad executioné propriè remittitur quia non licet in Iudicium inferioris ponere id quod per ſupremũ tribunalie eſt ſancitum ut per *Thor. in compend. deciſ. 2. verſ. remiſſio cauſarum vaſſall.* nec diſſentit

Reg.

Digitized by Google

*Reg.Sanſ.dec.69.vol.*1. verum quando cauſa eſſet deciſa in Curia Baronali æqualiter priuilegiata ſecus,& in ſententia foriudicationis in qua agitur de vita hominis tenent practici eſſe licitum cognoſcere de eius validitate ex relatis *per Ann.ſing.*56. *incip. Baro vtrum, &c.*

97 Nunc ex contrario, quod dixi de renuntiatione, vt ſeruetur æqualitas Baro, vel alius Dominus non poſſunt in præiuditiū vaſſalli renuntiare eius priuilegio circa cognitionem cauſæ, & conſequenter permittere, quòd alter Iudex de cauſa eius vaſſalli cognoſcat, vt deciſum refert *Praſ. de Franch. in deciſ.*541. vbi de materia, *& ſic etiã fuit deciſum in S.C.Conſ. in cauſa Marci Antonii Malacarnę de Ebulo, referente D. de Ponte de menſe Maij, Actuarius tunc de Rogerio*; reliqua verò circa materiam dictæ renuntiationis fori, eiuſque effectibus, colligit *Ricc. in collect.* 750. *par.*4.

VLtimò, vt plenè tractemus materiam huius exceptionis declinatoriæ fori; incidenter aduertas,

98 quod attenta diſpoſitione ſæpe cit. Reg. Pragm. in delictis, Iudex loci prefertur Iudici originis,& domicilij, & quid ſi non concurrent? *Regens* Ro*uit.ibi num.*39.& de materia latè *Reg. Tap.in eod. tit. vbi de delict. quis conu. deb.*

Sed dubium eſt in præuentione, de qua loquens *Praſes de Franch. refert deciſ.* quòd adhuc Iudex loci delicti præfertur, ſi Iudex, qui præuenit in capiendo informationem, non habeat ſpecificam poteſtatem cognoſcendi de delinquentibus extra territorium, vt in *dec.*66. idem dicit, ſi præuenerit in carcerando *in deciſ.*505. *ſed nouiſſimè contrarium fuit determinatum in S. Conſ.ex optimis allegationibus* D.*Ferdinandi Rouit., ad præſens huius* Regni *Secretarij, vt in comment. eius Genitoris in d.prag.*1. *tit. vbi de delict.* verum ſi iudex delicti habens priuatiuè iuriſdictionem in homines etiam delinquentes extra territorium præuenerit in captura præferatur Iudici originis, & domicilij,& ſic obſeruatum *refert Reg. Sanſ.dec.*68. *p.tom.*

Verùm iſta præuentio, tunc attenditur, quando delictum eſſet mixti fori, vt eſt periurij, *Io. Andreas in cap. licèt mulieres, de iureiur. & de communi teſtatur.Suarez in comm. opin. verſ. periurus, num.*95. Item in aſſaſſinio, ideo ſi fuerit cognitus à Iudice Eccleſiaſtico ratione præuentionis, non poterit moleſtari à laico, vt deciſum refert *Thor. in compend. deciſ. verſ. remiſſio clerici inquiſiti.* Item in delinquente diſrobando in ſtrata publica, *vt in prag.* 5.*tit. vbi de delict. &c. & ibi Regens* Ro*uit.* extendit ad raptores virginum, *& vide Thor. vbi ſupr. verſ. præuentio circa diſrobatores.* Sed non eſt obliuioni tradendum quòd in noſtris Tribunalib. ſeruamus tunc demum de remiſſione eſſe tractandum, quando cum effectu cognoſcitur carceratum delinquiſſe aliàs, licètiatur *vide Reg.Sanfel.dec.*64.

ET pro coronide huius materiæ ſcias, quòd in delictis commiſſis in perſonam Reg. Officialium ſola M.C.V. eſt Iudex competens, ſecundùm ritum, de quo teſtatur *Praſ. de Franch. in deciſ.*274. *&* 407. quem intelligit de officialibus, exercentibus iuriſdictionem; *vt in deciſ.*505. *nu.* 18. *& ſequent.* Sed quid ſi delictum eſſet commiſſum poſt finitum officium, & præſtitum ſindicatum, vel in ipſo officio ſed non intuitu ipſius? *Reg.Rou. in rub.de exulibus, nu.*11. Et è conuerſo de exceſſibus, & delictis commiſſis ab officialibus, exiſtentibus in officio, etiam ſola M.C. cognoſcit; imò, etiam ſi eſſet officium Baronale, *Praſ. de Franch. in d.deciſ. & vide benè Fab. de Anna in conſil.* 107. *num.*22. & huiuſmodi cognitio etiam intelligitur cōceſſa Baroni per Regem, ex clauſula quod poſſit cognoſcere de omnibus, de quibus ſola M.C. cognoſcit, *vt refert Regens Tapia in ius Regni cap. propiè ritu 49. poſt Praſ.de Franc. dec.*108.



Digitized by Google

*et ſic nouiſſimè obſeruatum refert Reg. Sanfel.dec.66. lib.*1. & ideò ſemper illius verba ſunt conſideranda,& attẽdenda. *Preſ.in deciſ.*505. *ſicut fecit Regens* Rouit. *in d. pragmat.* 1. *pro Marchione* Terre *Polla*, *et dixi ſupra*, & de actuario Curiæ,an veniat appellatione officialis circa hoc? *latè differit Gizzarel.dec.*24.

## DE EXCEPTIONE exhibitionis ſcripturarum, in libello mentionatarum.

## CAP. VII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Exceptio exhibitionis,quid operetur, nu.*2.

3 Exceptio *exhibitionis, quando impediat litis ingreſſum,n.*4.

5 *Exceptionis exhibitionis materia,remiſſiuè.*

6 *Exceptio exhibitionis nõ ſolum actori, ſed etiam reo competit & ad quẽ finem? num.* 7. *&* 8. *Vbi refertur deciſio,& nu.* 9.

10 *Inſtrumentum debet edi originaliter.*

11 *Exemplum quando ſufficiat edi, remiſſiuè.*

12 *Exemplum,factum ab eodem notario,qui inſtrumentum confecit,in iudicio probat.*

13 *Exemplum factum, parte citata, probat,& quid ſi eſſet antiquum? nu,* 14. *Et cuius temporis,nu.* 15. *Quid ſi eſſet approbatum tacitè à parte petente? num.* 16. *Quid ſi eſſet de priuilegio,petitum ab eodem Principe concedente? num.* 17. *Quid in exemplo, facto de ordine ipſius Principis? num.* 18. *Et quid in exemplo tranſumpto ex archiuio ſeu regiſtro? num.* 19.

20 *Magna Curia Vicariæ habet facultatem tranſumptandi etiam Regis priuilegia,parte inaudita.*

21 Copia,rel. *Eta ex ſcriptura originali, facit fidem in actis : ſecus copia copia,nu.* 22.

23 *Scriptura eſt totaliter edenda, & in libris rationum, an ſufficiat particula? nu.* 24.

25 *Cautela, quæ ſunt edendi libri rationum, ne producenti inferatur præiudicium.*

26 *Scriptura eſt edenda cum alijs, in ea nuntiatis,& quo tempore.nu.* 27. *Et quando.num.* 28. 30. 31. 32. 33. *Et de materia,remiſſiuè. nu.* 34.

29 *Intellectus ad Speculat. in* §. *reſtat. de inſtrumen.edit.traditur.*

35 *Prothocollum,an ſit edendum, ſi inſtrumentum,ab eo tranſumptum,arguatur de falſo? & quando.num.* 36. *&* 37. *& ibi refertur deciſio. Et de praxi circa exhibitionem protocolli. num.* 38.

39 *Exceptio exhibitionis ſcripturarum, quando,& num.* 40. *non impedit litis curſum. Quid ſi opponatur à tertio comparente? nu.*41.

42 Exceptio *exhibitionis non operatur pro aſſenſu,quando agitur ſuper feudo.Quid pro titulo,ſi agatur ſpolio, nu.* 43. *& ibi refertur deciſio, & alia num.*44.

45 *Titulum eius poſſeſsionis, quando quis teneatur oſtendere,remiſſiuè.*

1 AT ſi reus non obtineat in declinatoria fori,poterit ſucceſſiuè opponere exceptionem iſtam,videlicet,quòd Actor exhibeat ſcripturas, in libello mẽtionatas,& omnes alias,

qui-

quibus vſurus eſt contra ipſum pro re petita obtinenda *l.1.§.edenda.ff de eden.*& tam ſi opponitur iſta exceptio ad finem deliberandi,an velit liti cedere,inſpiciendo ſcripturas,*vt notant* DD.*in l.edita.C.de edend. & Iaſ. in §. cauere, inſtit. de actionib.* Dec. *in conſ.*
2 302.*num.*2.quam ad exceptionem,& replicationem fundandam, *l. non eſt nouum,C.de edendo,* DD.*in l.fin.C.eo.& in cap.*1.*de probat.* Iudex debet man-
3 dare Actori, quod dictas ſcripturas exhibeat,alias debet ei denegare audientiam, & ſic in cauſa non procedere, *Lapus in alleg.* 59. *num.*13. *quem ſequitur Anna, alleg.* 5.*num.*19. Secus
4 verò,ſi exhibitio calumnioſè peratur, ex quò non releuaret,*Anna ibidem,nu.*14.*& Minadous in deciſ.*1. *num.*6. vel ad criminoſam exceptionem fundãdam,*Bal.in d.l.fin. C.de eden.cum conc. allegat per* Capyc. *in cap. imperialem*,
5 *pag.*51.*circa finem.* Sed, licèt de iſta exceptione adſint *tit.particulares in ff. & C.de eden. & latè proſequatur materiam Speculat.in titul.de inſtrum.edit.& Lanfranc. in cap. quoniam contra, ſub eod. tit. extra de probat Gail. obſeruat.* 106.*lib.*1.*Theſau.qq.forenſ.lib.*1. *quaſt.* 50. *& alij*, ego tamen ordinatè procedendo notabo circa hanc materiam tria.

*Primò, à quibus ſit facienda editio.*
*Secundò, qualiter.*
*Tertiò, quando denegari poſſit.*

6 QVòad primum regulariter editio ſcripturarum eſt facienda ab Actore,ad hoc, vt poſſit ipſe conuentus ſuas exceptiones,& defenſiones fundare, vt ſupra dixi; Verùm, quia tunc poterit, & ipſe Actor cogi facere reum,vt explicationes,in facto conſiſtentes,quibus vſurus eſt contra eius prætenſionem,*vt per* DD.*& præſertim Salyc.in l.in cauſis.C. de accuſat.*
7 *& vide infra tit.ſequent.* conſequenter poterit tunc etiam ipſum cogi facere ad edendas ſcripturas, forſitan mentionatas in dictis exceptionibus, & omnes alias, in quibus ſe fundat ad hoc,vt deinde poſſit replicationẽ, & congruam reſponſionem idẽ actor fundare,*Bar.in d.l.fin.num.*2.*ver. Ter-*
8 *tiò,quod reus,&c.* Vel eius intentionẽ fundatam coadiuuare, & fortificare, *vt idem Bart. ibi tenet,& ſecundùm eius theoricam exemplificatam in illis verbis ego peto à te,&c. fuit iudicatum in Sacr. Conſ. in cauſa Magnif. Lucretia Caracciola,& filiorum,cum Illuc. Duce Sanctæ Agatæ,referente* Reg.Conſil.Salernitano,*ann.*1593.*Actuar.Cioffus*; Cæ-
9 terùm ad prædicta,videlicet, quando reus teneatur edere, *vide per Alex.in d.l.fin. à num.*5. *Soc. in conſil.* 162. *col. pen. verſ. prima, verſ.ſecunda, & verſ. tertia, vol.*2.*benè colligit Ricc. coll.*420. *par.*2. *ſuper tex. in l. qui accuſare. C. de eden.*Verum ſi quis conueniatur ſuper reſtitutione feudi ſit cautus ad allegandum aſſenſum ne cogatur illum edere,& edendo argui de inualiditate,*vt poſt Affl.dec.*196.*edocet Anna, alleg.prima,num.*35.

10 QVòad ſecundum, Scriptura, & inſtrumentum mentionatum regulariter debet edi originale; nam exemplo non creditur *l.*2. *ff.de fide inſtrum.*niſi in caſibus diſtin-
11 ctis per *Bart.in Auth.ſi quis in aliquo. C. eden. in princ. verſ. ad primum, vbi reſidet iſta materia, & latè ibi Iacobinus, & Lanfranch.ſupra cit.cap.*9.*mihi fol.*101.*col.*1.*cum ſequ.*& quando ſufficiat edere exemplum, & probet abſque originali, *latè examinat Gratian. lib.* 3. *qq.forenſ.quaſt.*47.*per totum.* Et ſignanter omnes admittunt,
12 quod tunc probat exemplum quando ſit ab eodem notario, qui inſtrumentum originale confecit, de quo eſſe bonum *textum in l.vnum teſtamentum, ff.de teſtam. teſtatur poſt alios Felyn.in cap.fin.num.*5. *verſ.fallit ſecundò, de fide inſtrum. et ibi de aliis*, & hoc extenditur etiam ſi fieret ab alio notario ſubſtituto, *Tholom.dec.Rota Rom. nouiſ.q.*8.*lib.*3. *vol.*3.*de quo memi-*

*mi-*

Digitized by Google

*minit Borrell.in ſumma deciſ.tit.de citat. num.*177.*lib.* 1. immò etiam; ſi fiat à notario apud quem conſeruantur ſcripturæ notarij mortui, qui inſtrumentum confecit dummodo conſiteatur, apud ſe retinere originale,nã fides extracta ab originali reſtituto exhibenti, non probat *Reg.Rouit. in prag.*1. *de fide inſtr. & ſic ſeruatur.* Itẽ
13 ſi fiat exemplum præcedente partis citatione aliàs ſecus propter timorem falſitatis in tranſcribendo, *Dec. in conſ.*36.*col.*1.*circa finem.verſ.nam*
14 *citatio,&c.* & ibi limitat iſtam regulã de citatione, & præcipuè, quando produceretur exemplum antiquum, quia tunc præſumitur præceſſiſſe citationem, *de qua benè Tiraq. in tract. de praſcrip.*§.1.*glo.*4.*ver.*36.Sed quã-
15 ta debeat eſſe iſta antiquitas? *declarat* Couarr.*practic.qq.c.*21. *verſ. Caterum.*Limitatur etiam dicta regula,
16 quando aliquis petens ſcripturas, aliquo modo, ſaltem tacitè, exemplum approbaſſet, tunc enim ſufficit illarum exhibitio abſque originale, & citatione, *Barbos.conſ.*38.*colum.*2. *lib.*4. Item limitatur, quando eſſet
17 exemplum alicuius priuilegij, vel gratiæ petitum ab eodemmet principe, qui illam conceſſit; quia tunc in eo non requiritur partis citatio. *Veſtr. in prax. Curia Rom.cap.*1.*lib.*6.
18 *ſub num.*16. quod ego puto verum in omni exemplo, facto de ordine ipſius Principis, vel Papæ cum auctoritate ordinarij, *ex dictis per Hoſtienſ.& Inno. in cap. peruenit. de fide inſtr. quos ſequitur Felyn. in cap. fin. num.*9. *verſ.fallit quartò, de fide inſtr.* Sed quod exemplo reſcripti nõ credatur, *eſt tex.in l.*3.*Cod. de diuer.*
19 *reſcrip.* Limitatur inſuper, quando exemplum fit à regiſtro, ſeu Archiuio cum ſubſcriptione, & authentica deputati, *Felyn.d.cap.fin.nu.*3.*latè Seſſa Arag.in dec.* 21. & ibi an faciat fidem extra territorium, reliqua vide per allegata *à Thor.in compen.deciſ. verſ. exemplum,&c.lib.*1.

20 At in praxi noſtra eſt aduertendũ, quod M.C.V. ex eius præeminentia, acquiſita tempore, cuius memoria non extat, habet facultatem tranſumptandi omnia priuilegia,etiã manu Regia firmata, & ſigillata, & dicto tranſumpto adhibetur fides in toto Regno, abſque quod præcedat aliqua partis citatio, vt teſtatur, *Afflict.in conſt.cum vniuerſis,ſub quin-*
21 *to notabili.* Inſuper eſt aduertendũ, quòd, quando quis habet aliquam ſcripturam originalem, poterit in actis illam præſentare,cum poteſtate relaxandi copiam, & penes ſe retinere originale,& dictæ copiæ adhibetur fides, *Paul.de Caſtr. in l.fin.*1.*not.C.de fid.inſtrum.* & ſic in dies ſeruatur, & dicta copia erit de actis. Verùm, ſi
22 deinde quis vellet copiam dictæ copiæ, tunc, licèt eſſet ſcriptura extracta ab actis, non per hoc probaret contra alium, niſi & ille in præſentatione fuiſſet citatus,vt benè aduertit, *Afflic.in deciſ.*282.*ſub num.*6. *verſ. & ſi diceretur.*
23 Item quod dixi de edendo originale,vel exemplo,inteligitur de tota continentia ſcripturæ, quia tota eſt legenda; nam plerumque principiũ per finem corrigitur, *benè Boer.in deciſio* 253. *in princ.*ideò ſi producitur pars inſtrumenti, qua producens dicit velle vti, poteſt cogi ad producendum totum,& integrum, prout praxis, & vſus forenſis obtinuit, *Couar.pract.quaſt.cap.*20.*num.*4. Sed nõ
24 ſic eſt in libris rationum, quia ſufficit, quòd edatur particula illorum, quatenus pertinet ad petentem exhibitionem *iuxtà diſpoſit. tex.in l. Argentarius,* §.*edi.ff.de edendo,* imo tunc antequam fiat editio dictarum
25 rationum, cautela eſt in praxi, quod producens ante omnia declarare faciat ab Aduerſario, ſi intendit ſtare totaliter rationibus, videlicet,tam in partitis de exitu, quàm de introitu, aliàs ſimpliciter illas producendo, ſibi præiudicaret, vt aduertit notabi-

bi-

Digitized by Google

biliter, *Reg. Rou.in prag.5.nu.7.& 8. de administr. vniuersit.*

26 Item eſt hic aduertendum, quòd, ſi petitur exhibitio alicuius ſcripturæ, non ſolùm illa debet edi, ſed etiam omnes aliæ, in illa mentionatæ, *tex.eſt in d.Authen.ſi quis in aliquo, vbi Bart. Iacob.& cæteri, Dec.in d.conſil.302. nu.* 3. etiam ſi notarius dicat vidiſſe, & legiſſe mentionatas ſcripturas, vel illas ſcripſiſſet in dicto inſtrumento de verbo ad verbum, prout refert deciſum *Affl.in deciſ.*273. Dubium ta-
27 men eſt, an ſtatim debeat fieri editio, & aliàs non audiri, vel ſufficiat fieri in litis conteſtatione? *Bart.in l.poſtquam.§.fin. ff.de edend.* dicit, ſi fiat mentio limitatiuè, videlicet per illa verba (prout in tali inſtrumento) & tunc incontinēti de dicto inſtrumēto mentionato debet fieri editio, ſecus verò declaratiuè, videlicet, illis verbis (& hoc conſtat ex tali inſtrumēto) ita poſt *Bart. explicat Lanfran. vbi ſupr.num.35.& ibi additio, fol.mihi* 105.*ater.*

28 Verùm non procedunt prædicta, primò, quando exhibitio petitur ab vna ex partibus, coram qua fuit ſtipulatum inſtrumentum, in quo fit mentio de alijs, *Dec.in conſ.*42.*col.*6.
29 *poſt num.*8. Et ita intelligendum eſſe *Speculatorem in tit.de inſtr.edit.§.reſtat. verſ.antepenult. teſtatur Alex.in conſi.6.col.2.ver. nec obſtat, vol.*4. Vel
30 ſecundo intelligitur *Specul.* quando inſtrumentum, & ſcriptura, in qua fit mentio de alia, de per ſe principaliter diſponit circa tempus de qua agitur; nam tunc non eſt neceſſe exhiberi ſcriptura in eo mentionata, *vt refert Afflict. in d.deciſ.*273.*à princ.*
31 *vſq; ad verſ. eandem.* Non procedit ſecūdò regula *d.auth.ſi quis in aliquo,* quando producitur priuilegium, ſeu reſcriptū Principis; nā tūc nō oportet exhiberi ēt ſcriptura in eo mētionata quia propter auctoritatē principis de per ſe diſponit, ſicut dicitur in lege, vel canone ènuntiante aliū, *Boer.deciſ.* 247.*ſub num* 3.*verſ.tum etiam, Lafrad.in conſ.*8.*ante num.* 20. Non pro-
32 cedit tertiò, quando ſcriptura, quæ producitur, eſt confirmatiua alterius, & adeſt clauſula ex certa ſcientia, *Gabriel.in tract.comm. concluſ.tit. de clauſulis,concl.*1.*n.*35. Sed quid ſi pro-
33 ducitur decretum, ſeu aliqua pronuntiatio alicuius Iudicis coram Iudice ſucceſſore, vel ſubrogato, an tunc edenda ſint etiam acta *Bart.in l.is,apud quem,Cod.de edend.* tenet, quòd ſic, & ita tertio loco intelligit illum tex. & licèt adſint, qui contrariam opinionem defendant, nemo negat eſſe neceſſariam exhibitionem actorum, ſaltem ad inſtructionem Iudicis ſubrogati, *Cacher.in dec.Pedem.*1. *co-*
34 *lum.fin.verſ.contrarium.* Cæterùm, ad hanc materiam, & quando de enuntiatis ſcripturis non debeat fieri editio, *vide Reſtau.Caſtal.in tit.de imperat.q.*110.*qui ſtat inter vol.tract.tom.* 16.*Boer.deciſ.*281.*Aymo de antiqu. tēpor.par.*1.*n.*13.*fol.*20.

35 Eſt inſuper hic aduertendum, an, exhibito inſtrumento publico, ſi pars aduerſa vellet illud arguere de falſo, teneatur illud producens, exhibere prothocollum? *Bart.Bal.& Angel.* tenent, quòd ſic, & ad ipſorum opinionem inclinaſſe *S.C.refert Capyc.deciſ.* 40.*Guid.Pap.deciſ.*19.*num.*4.*de Pont. conſ.*3.*num.*70.*lib.* 2. Sed ſanè hoc
36 procedit, videlicet, quando originale eſſet penes producentem, puta, ſi reliquit copiam in actis, vt dixi ſupra, & ſic intelligi *tex.in d.l.fin.tenet Minad.deciſ.*40.*num.*3. Secus verò, ſi
37 ageretur de prothocollo, exiſtente penes notarium, *Aymo in conſ.*183. *col.*3.*in princ. optimè Praſ.de Franch. deciſ.*194.*&* ideò ſic *etiam fuit deciſum in cauſa Vniuerſitatis Giſoni, vt refert additio Viſconti ad Praſ. ſic etiam olim in anno* 1553.*in cauſa Magnif. Iulij Carrafa cum Ill. Principe Hoſtiliani, fuit deciſum per S.C.quòd non teneatur ad exhibitionem prothocolli, ſed procedatur, oppoſitis non obſtantibus.* Seruatur

38 tur tamē in praxi, quod ſi iudex cognoſcat ſuſpitionem allegatæ falſitatis, in iure exiſtentem, tunc mandat Notario, quòd prothocollum exhibeat, *Aym. vbi ſupr.* & ex officio hoc feciſſe multoties teſtatur idem *Preſ. in d. dec. in fin. reliqua vide per Muſcat. in glo. reſpondendum.*

39 QVòad tertium notabile nō ſēper iſta exceptio impedit litis curſum, & ſignanter, quando ille, à quo petitur exhibitio, cum iuramento affirmat penes ſe ſcripturas non habere in promptu, *Minad. in dec. 40. alios alleg. Thor. in compend. deciſ. verſ. exhibere ſcripturas, io. primo,* & quid tunc ſit faciendū, *docet Anna al-*
40 *leg. 5.* Item, ſi exhibitio petitur ab aliquo penes quem forſitan eſſet copia ſcripturæ mentionatæ, ſaltem præſumptiuè, puta, in hærede conuento pro legato: nam, ſi enunciatur, teſtamentum non debet edi: *l. ſi legatum, ff. eodem,* quod intellige, adhibita diſtinctione. *Bald. relata per Reg. Rouit. in pragm. 5. de ord. iud. num.*
41 3. Item quando exhibitio non petitur à conuento, ſed à tertio. *de qua re benè per Angel. in conſil. 164. & conſ.*
42 399. Item quando petitur aliquid ſuper feudo ex cauſa obligationis cū aſſenſu, ſi opponitur iſta exceptio pro exhibitione aſſenſus, non officit, ſed, ipſa non obſtante, proceditur ad expeditionem cauſæ, *prout deciſum fuiſſe in Sac. Conſ. refert Capyc. in inueſt. feud. ſub verb. feudorum exequutionem, verſ. & quid ſi ad impediendum, fol. mihi 195. refert etiam Reg. Rou. in d. prag-*
43 *mat. num. 8.* Item ſi agitur ſpolio, & fiat mentio tituli, nam tunc, ſi opponitur iſta exceptio pro exhibitione ſcripturarū, conſtituentium titulum non impedit liti ingreſſum, prout firmat, *& ſic deciſum refert Minad. in deciſ. 1. & ſic ſollemniter in cauſa Illuſt. Marchionis Bellantis cum Magnif. Dar-*
44 *dano Caualerio fuit in Sacr. Conſ. deciſum, referente Conſil. de Haro,* videlicèt, *quòd reſtituatur poſſeſſio petiti feudi quaternati, non obſtante, quod opponebatur exhibitio tituli, mentionati in libello, & quòd proinde obſtabat notorius defectus agendi, anno 1557. Anaſtr.*
45 *Capua.* Cæterum quando quis teneatur titulum eius poſſeſſionis oſtendere, *colligit Ricc. coll. 61. par. 1. & dixi in method. feud. c. vlt. p. 5. lib. 2.*

# DE EXCEPTIONE legitimationis perſonæ, incompetentiæ, actionis, & cautionis expenſarum. Cap. VIII.

## *SVMMARIVM.*

1 *Exceptio legitimationis perſonæ dupliciter intelligitur, & nu. 23. Et in quolibet iudicio admittitur, n. 2. Et eius oppoſitio impedit litis ingreſſum, nu. 3. Et quid operetur. nu. 4.*

5 *Procurator agens vti talis, in iudicio tenetur præcisè oſtendere mandatum, aliàs qua cautela ſit adhibenda, vt acta ſint nulla nu. 6.*

7 *Intellectus l. licet. Cod. de procura.*

8 *Differentia quæ ſit inter non habere mandatum, vel habere, ſed non legitimum.*

9 *Intellectus l. non eò minus. C. de procurat.*

10 *Cautela, quæ fit, vt poſſit procurator procedere in iudicio abſque exhibitione mandati, & quid in coniuncta perſona? nu. 12.*

11 *Ratificatio principalis validat ſententiam pro, vel contra latam cum eius falſo procuratore.*

13 *Mandatum qualiter dicatur defectiuum, nu. 14. 18. & 19. Et qualiter requiratur in cauſa reſtitutionis*

*in*

Digitized by Google

*in integrum, ſeu feudali, num.15. Et feretur deciſio.nu.16.*

17 *Mandatum ſpeciale quando requiratur remiſſiuè.*

20 *Mandatum quando non præſumitur in viro agente pro vxore.*

21 *Mandatum quando præſumitur ex antiquitate temporis, & conceſſum ad exigendum, intelligatur etiam ad agendum.nu.22.*

24 *Mandatum vt ſit validum; debet conſtitui à perſona habili, de qua re numerantur exempla.*

25 *Procuratoris perſona debet eſſe habilis, & matriculata.nu.26.*

28 *Procurator, ſimpliciter conſtitutus, per litis conteſtationem acquirit poteſtatem ſubſtituendi.*

28 *Subſtituendi poteſtas in mandato quid operetur, & per quæ verba in dubio intelligatur conceſſa? numero 29.*

30 *Procurator, ſubſtitutus ab habente poteſtatem miniſterio legis, in quo differat ab illo, qui eſt ſubſtitutus ex poteſtate, ſibi tributa in mandato?*

31 *Procurator poſt litis conteſtationem, an, & quando poſſit reuocari, & vt eius reuocatio teneat, qualiter ſeruandum ſit in praxi? nu.32*

33 *Mandatum primum, an, & quando intelligatur, & præſumatur reuocatum per ſecundum? de qua re numerantur exempla, & remiſſiuè. numer.34.*

35 *Mandatum regulariter morte principalis extinguitur, quid ſi eſſet generale, & factum à tutore? num. 36. Quid ſi principalis moriatur poſt litis conteſtationem? nu.37. & ibi qualiter in praxi ſeruandum? num. 38. Et an tunc conſtare debeat in actis de perſona hæredis? nu. 39. Et an hæres debeat citari? nu.40.*

41 *EXCEPTIO carentiæ, & incompetentiæ actionis dupliciter verificatur, & qualiter ſit in praxi opponenda, vt ex ea cogatur excipiens explicare exceptiones in facto conſiſtentes, nu.42.& 43.*

44 *Exceptio, tua non intereſt, comprehenditur ſub exceptione carentiæ actionis, & illæ in multis comparatur. nu.45.& 46.*

47 *EXCEPTIO cautionis expenſarum eſt de iure communi, & in Regno recepta, & quouſq; fieri non adimpletur, non proceditur ad vlteriora.*

1 Oppoſita exceptione, de qua ſupra in proximo titulo, ſubſequenter competunt reo iſtæ tres aliæ exceptiones; & Prima in ordine *legitimationis perſona*, quia ante omnia eſt legitimanda perſona, *Farinac.dec.204. mom.466. num.2. lib.3.* verum dupliciter iſta exceptio adimpletur. Primò, ſi actor docuerit ſe talem, qualem ſe aſſerit. *l.ſi quæramus, ff. de teſtam. l.non*
2 *ignorat.ff.qui accuſ.non poſ.*Et procedit in quolibet iudicio, etiam poſſeſſorio ſummariſſimo. *Reg. Rouit.in pragm..5. nu.10. de ord.iud.* nam in dubio habilitas in eo non præſumitur. Et ideò eſt iſta exceptio neceſſaria, adeo quòd nec ſtatuto tolli poteſt. *Menoch. in præ-*
3 *ſumpt.32. lib.2.* Hinc eſt, quod, quando ipſa opponitur, non proceditur ad vlteriora in cauſa, niſi cum effectu legitimetur perſona, prout ſeruari teſtatur *in Sac. Conſ.Præſ.de Franch.in deciſ.692.*
4 *in fine*, & ſic agens, vti hæres ceſſionarius, vel vti procurator, iſta exceptione oppoſita, tenetur exhibere præambulum, ceſſionem, & mandatum, &c. de quibus vide congeſta *per Ricc.ſuper d.l. non ignorat. coll. 306.p. 2.* ſed circa

R hære-

hæredem nota, quod filius agens vti hæres patris non debet præſentare preambulum, quia habet preſumptionem pro ſe, deſt, filius ergo hæres, dū de eius commodo,& beneficio agitur, *Becc. conſ.75.nu.6. Mant.de coniect. vlt. vol.lib.12.tit.10.num.2.* Sed non ſic reſpectu matris,ideò agens, vt hæres matris tenetur probare aditionē, *Magon. deciſ.Lucenſ.62.nu.14.Chartar.deciſ.gen. 54.in fin. quē refert* Gratianus,*dec.122. add.num.6. Reg.Rouit.in prag.1.de ord. iud.num.1. & Dec.in conſ.302. in princ. Ludou.in deciſ. Peruſ.15.* vbi de prædictis, ſed,quid in tutore? *deciſ.Bono.18.*

5 Sed quia frequentiſſimè occurrit, quòd aliquis agat in iudicio, vti procurator, ideò vigore huius exceptionis,præcisè tenetur oſtendere mandatum,alias curſus litis impeditur, & ita praxim ſeruaſſe teſtatur *Regens Rouit. ad pragm. in rubr.de procurat. num.27.*
6 *verſ.hinc ex dictis.* Et ſi de facto proceditur ad vlteriora, abſque exhibitione mandati,cautela eſt,quòd reus in quolibet actu proteſtetur,nam tunc omnia acta ſequentia erunt nulla, vt idem *Rouit.vbi ſupra nu.25. ex deciſ. Farinac. 76. & 80. & alijs allegatis per Ricc.in coll.1206.par.4.Ludouiſ.in dec.prom.44. nu.7.* & ſecundùm hæc dicta procedit
7 *tex.in l.licet,Cod.de proc.* vbi ideò diſponitur quandocumq; poſſe opponi exceptionē falſi mandati,quia nullo modo fuit mandatū præſentatum,& oſtenſum,ita intellexit *Angel. quem refert,& ſequitur Alexan.in conſ.72. num.4. lib.4.*
8 Hinc eſt, quòd funditus falſus procurator dicitur,qui caret mandato,*Guid. Pap.deciſ.183.nu.4.* At ſi realiter adeſſet dictum mandatum, ſeu inueniatur falſum,vel aliquo modo minus ſolemne,& legitimum. Et tunc, niſi expreſsè opponatur de eius inualiditate, tenet iudicium,*Menoch.in præſumpt.46.nu.3.*
9 *lib.2.* Et in iſtis terminis procedit *text. in l.non eo minus.C.de procur.* vbi diſponit,quod ſententia,lata cum procuratore, non ſolemniter conſtituto, valet; quia non fuit oppoſitum de inualiditate mandati, iam producti, & oſtenſi; Verùm,ſi eſſet oppoſitum,Iudicis partes eſſent ſuper oppoſitis pronuntiare, & validum, vel inualidum declarare mandatum,aliter daretur facultas appellandi. *Præſ.de Franch.deciſ.692. nu. 2.& 3.Ricc. in d.coll.1266. circa finem,* vel poteſt intelligi,quando ſequuta eſt ratificatio principalis iuxt. notata *per Guido Papa deciſ.320. & Burrel. in ſumma deciſ. tit. de procur.nu.316. cum ſeq. lib.1.*

10 HInc noto primò,quòd tam in primo caſu,videlicet, quando non exhibetur mandatum, aliqua exiſtenti iuſta cauſa,conſulitur actori, quod offerat, & præſtet cautionem de illo exhibendo ante expeditionem cauſæ, nā tunc benè proceditur ad vlteriora, ita voluit *gloſ. in cap.1.verb. abſentia, verſ. item ſi procurator, de elect. in 6.ipſam allegat Regens Rouit. in d.rub.nu.26. Bart. in d.l.1.ſub nu.3.C.eod.*quam etiam in ſecundo caſu, videlicet, quando producitur mandatum in actis,ſed non ſolenne,& legitimum;nam tunc ſimiliter ipſe actor,præſtando cautionem de rato,proceditur ad vlteriora; nam ex dictā promiſſione omnis ſuppletur defectus, *Bart.in d.l.1.poſt num.8. Reg. de*
11 *Ponte in conſ.91. num.16. vol.1.* Ratio eſt, quia ratificatio Domini principalis, quæ inde ſequitur, etiam poſt ſententiam illam validat, pro, vel contra, latam,*Guid.Papa,in ſingul.263.incip.ſententia,&c. benè Reg. Rou.in d.rub.nu.29. & Bilotta in alleg.4.* benè de iſta materia, & ibi quid ſi pars dixiſſet de nullitate *num.8. & ſequ.* vbi vide, an tacitus
12 conſenſus ſufficiat. Imò operatur iſta ſatiſdatio,quòd habilitat perſonā coniunctam ad agendum pro alia coniuncta abſente, abſque aliquo mandato, benè explicat *Bart. in l. exigendi.C.de procurat.*

13 SEcundo noto, quòd aduerſus perſonam procuratoris multa poſſunt opponi, de quibus diſcurrit *Bart. & DD.in l.licet, C.eod.* & aliqua tangam
14 infra;

14 infra, & ſignanter, ſi conſtat ex alio
mandato, alium eſſe conſtitutum pro-
curatorem à principali, nec conſtat de
prioritate, tunc neuter admittitur ad
15 agendum, *Anna ſing.679.* Item ſi man-
datum, quod producitur, eſſet genera-
le, & natura cauſæ exigeret ſpeciale,
puta, in petenda reſtitutione in inte-
grum. *Bartolom. de Capua in conſt. gene-
ralia iura*, vel eſſet cauſa feudalis, nam
tunc non comprehenditur ſub genera-
li mandato ad omnes cauſas, *Affl. in
cap. 1. §. in generali, poſt num. 9. ſi de feud.
defunct. mil. controuerſ. fuerit*, ſed con-
trarium fuiſſe decisum ipſemet refert
ibi, & etiam *Anna in ſing. 328. & in re-
petit. cap. 1. de vaſ. decrep. ætat. num. 42.
quos cum alijs allegat Thor. in compend.
dec. verſ. mādatum ad omnes cauſas lib. 1.*
16 *Et in cauſa D. Ioanna Carrafa, cùm fuiſ-
ſet oppoſitum non valere iudicium, ex quo
mandatum in perſonam Hieronymi de
Franciſco eſſet generale, & agebatur de
feudo hereditario, fuit iudicatum in Sac.
Conſ. iunctis aulis referente Reg. Conſ. La-
nario, valere iudicium, anno 1589. Actua-
rius tunc Roppulus, & dixi in meo meth.*
17 *p. vlt. vol. 2.* Et in quibus alijs caſibus
requiratur ſpeciale mandatum, *vide
per DD. in cap. quid agendum, de procu-
rat. in ſexto*. Sed aduerte, quod ſi in
mandato generali adſit clauſula cum
libera, & poteſtas faciendi omnia, quæ
poteſt principalis, tunc habet eandem
naturam, ac ſpeciale *Iaſ. in l. ſi procura-
tor. ff. de condit. indeb. Alex. conſ. 44. num.
1. volu. 2. Berzan. deciſ. Bon. 125. Affl.*
18 *deciſ. 305. num. 4.* Item poteſt opponi,
quod iſte procurator, qui tunc agit, ne-
gauit defenſionem pro principali, pu-
ta, in cauſa reconuentionis, nam tunc
denegatur ei actio, & meritò, nam in
mandato ad agēdum intelligitur clau-
ſula facultas ad defendendum, & ſi o-
nus ſuſcipiatur in vno, tenetur in alio,
*l. actionē. C. eod. & ſic deciſum refert Reg.*
19 *de Ponte in conſ. 2. num. 3. volum. 2.* Item
poteſt opponi, quòd mortuus ſit prin-
cipalis, & nō appareat de hærede, nam
tunc talis procurator non poterit age-
re, licèt effectus ſit dominus litis per
illius conteſtationem, *benè Minad. in
deciſ. 35.*

20 Tertiò noto pro complemēto hu-
ius materiæ, quod interdū man-
datum non eſt neceſſe exhiberi, nec
probari, quia præſumitur, vt in marito,
agente nomine vxoris, qui admittitur
abſque permiſſione rati, *gloſ. & DD. in
l. fin. Cod. de pact. conuent. Myſing. ſing. 53.
cent. 3.* niſi alia præſumptione tollatur,
videlicet, ſi haberet mandatum ſpecia-
le in aliqua cauſa, quia tūc conſequēs
eſt, quod in reliquis nequeat agere,
etiam vti coniuncta perſona *l. maritus,*
21 *& ibi Bart. C. de procur.* Item præſumi-
tur mandatum ex antiquitate tempo-
ris, & quando, *vide Dec. in conſ. 36. nu. 8.
& in conſ. 42. nu. 9.* & quid in mandato
ſyndicatus? *eundem Dec. conſil. 199. col.
pen. Marian. Socin. conſ. 56. & 57. Aymo.
conſ. 317. col. 21. latè Gabriel. pro limit. &
ampliat. comm. concl. tit. de procurat. concl.
1. latiſſimè Menoch. præſumpt. 33. num. 2.*
22 Item an procurator, conſtitutus ad
exigendum, præſumatur conſtitutus
ad agendum pro illa re, & quibus ver-
bis intelligatur conſtitutus à Principe,
*benè Reg. de Ponte in d. conſ. 81. volum. 1.*
reliqua ad hanc materiam ſequuntur
infra.

23 ALTERO MODO adimpletur ab
actore oppoſita exceptio legiti-
mationis perſonæ, videlicet conſtituen
do procuratorem in actis, quæ conſtitu-
tio debet expreſsè fieri; non enim ſuffi-
cit tacita, puta, ſi actor compareat in iu-
dicio, & aſſerat aliquem eſſe eius pro-
curatorem, *Salyc. in l. non eo minus, C. de
procur. quem in praxi ſequitur Guid. Pap.
deciſ. 40.*
24 Sed eſt aduertendum circa conſtitu-
tionem procuratoris, ne altera com-
petat exceptio procuratoria reo, de
qua *DD. in d. l. licet. C. eod.* videlicet, tam
reſpectu perſonæ conſtituentis, puta, ſi
ſit minor; nam tunc cōſtitui debet cum
auctoritate tutoris *d. l. non eo minus*, vel
cum iuramento, *Præſ. de Franch. deciſ.
448. in princ. Grat. in deciſ. 72. num. 12.*



Digitized by Google

Item ſi ſit pater,& agat nomine filij, vt conſtituat procuratorem cum conſenſu filij, *iux.conſ.Angel.in* §.*pupillus.nu.7. inſt.de inutil.ſtipul.* Item ſi ſit Vniuerſitas cum ſolemnitate,de qua *Borrel.vbi ſupra,nu.*458. *& Reg.Rouit.in pragm.*6. 
25 *tit.de adminiſt.vniuerſit.* Quàm etiam reſpectu ipſius procuratoris conſtituti, videlicet, ne ſit miles *l. militi*, *C. eod. Menoch.in d.præſump.*46.*n.*9.*lib.*2.Item clericus pro laico, & è conuerſo, *benè Felyn.& ibi add.in cap.decernimus,num.* 2.*de iudic.*Item fœmina.§.*penult.inſtit. de except. etiam pro filio.l.alienam. C.eo.* Item infamis. *Reg.Rouit.in d.rubr.num.* 15.ex cuius dictis confunditur opinio dicentium vile,& infame eſſe officium 
26 procuratoris. Item vt ſit habilis ad defendendum,&ſic matriculatus *vt in Reg.Pragm.* Cæterùm.§.*item vegliamo*, de officio M.C.V.quæ matricula conceditur,præuia approbatione circumſpecti Præſidis Sacr.Reg.Conſil.vt teſtatur de praxi *Regens Rouit.in d.rubr. nu.*26. & hodie eſt in viridi obſeruantia.de alijs verò, qui prohibentur exercere officium procuratoris, *vide per Borrel.d.ſumm.deciſ.de procur.tom.*1.

27 In hac inſuper ſecunda ſpecie adimplementi noto etiam primò, quòd procurator, conſtitutus ſimpliciter, poſtquàm ſit litem conteſtatus,poterit alterum procuratorem eius loco ſubſtituere.nam tunc dicitur dominus litis.l.*nulla. C.eodem Gail.obſer.*74. *nu.*12. *lib.*1.*Mynſter.in prax.tit.de procurat.nu.* 15.Sed an tunc ſubſtitutus poſſit alterum ſubſtituere, & de alijs ad materiā, congerit *Ricc. in coll. ſuper d. text.* 351. 
28 *par.*3. Si verò conſtitutus ſit procurator cum poteſtate ſubſtituendi, tunc, quandocunque poterit ſubſtituere, & ſi erit cum poteſtate ſubſtituendi *ſemel,vel pluries*,& faciat ſubſtitutionem, non per hoc deſinit eſſe procurator, *Præſ.de Franch. deciſ.*465. & Religioſus conſtitutus procurator ſi ſubſtituat, an requiratur licentia ſuperioris? quod 
29 ſic, *clem.*3.*de procur.* & in dubio,an intelligatur conceſſa poteſtas ſubſtituendi per illa verba poſita in mandato, videlicet, (*promittens habere ratum quicquid per eius procuratorem, vel ſubſtitutum fuerit geſtum*?) quod ſic. *Bellamer.in deciſ.*8. *Hippol.ſing.*60.contrarium tenent DD. allegati per *Annam in ſing.*411. quod magis eſt praxi conſentaneum, nam requiritur expreſſa poteſtas ſubſtituendi, *Grauet.conſ.*186. *nu.*3. *cum alijs allegat. per Borrel.in dict. ſumma deciſ.tit. de procurat.nu.*34. *to.*1.

30 Sed in dubio,quando procurator non poteſt ſubſtituere,ex quo videtur electa induſtria perſonę,explicat *Menoch. præſumpt.*38.*lib.*2. & quæ differentia ſit inter ſubſtitutū miniſterio legis, ideſt, à procuratore,qui illam acquiſiuit per litis conteſtationem, vt ſupra, vel virtute poteſtatis tributæ in mandato, *Bellam. in deciſ.*6. dicit, quòd mortuo procuratore, in primo caſu expirat ſubſtitutio,nō ſic in ſecundo,niſi morte principalis,notat etiam *Rot.Roman. in deciſ.*9. *in antiquiori, mihi fol.* 77. *& Gabr.d.concl.*2. *nu.*9.*tit. de procurat.*

31 Noto ſecundo, quòd, licèt ad libitum conſtituentis procuratorem ſit illum reuocare, etiam ſi iurauerit non reuocare, *Bald.in deciſ.*499. tamen iſta regula fallit, quando lis eſt conteſtata cum dicto procuratore,*l.ſi pater tuus,& C.mandati,cap.quamuis,de procurat.in* 6.niſi adſit iuſta cauſa, vel interueniat conſenſus ipſius, & partis aduerſæ. *Regens Rou.in d.rubr.de procurat.nu.*35. *colligit Ricc. in d.cup.coll.* 1032. *part.*4.
32 Ego vero millies ſeruaui, quòd tenet reuocatio, etiam poſt litis conteſtationem, quando pars aduerſa non contradixit, quia tunc tacitè videtur conſētire reuocationi, quia quoties adeſt, & patitur reuocari, videtur adeſſe iuſta cauſa, *Bart.in l.*1.*nu.*15.*C. de ſatiſdand. in termini? Felyn.in cap. ex parte decani,ſub nu.*27.*verſ.ſed nota extr.de reſcrip.* maximè quando proceſſit cum altero procuratore, in actis conſtituto; debet 
33 enim conſtare ex actis de alio procuratore conſtituto, aliàs rectè proceditur cum primo vſque ad ſententiam

tiam actus enim reuocationis debet fieri penes acta. *Bart. & cæteri, in l.* 1. *C. ſatiſd. Pariſ. conſ.* 145. *volum.* 3. *Abb. in d. cap. ex parte decani, nu.* 10. *de reſcript.* & ita praxis ſeruat ex *doctrina DD. in cap. mandato. de procurat. & in cap. ex parte, de reſcrip.* & benè de materia reaſſumit plures caſus *Seſſa Aragonenſ.*
34 *deciſ.* 81. Et licèt primum mandatum poſſit reuocari per ſecundum, quid, ſi reperiantur duo conſtituta eodē tempore, & non conſtat de prioritate? *vide Roman. ſing.* 254. *incip. Tu habes.* Cæterum mandatū præſumatur reuocatum per comparitionem principalis in iudicio. Et quando generale mandatum intelligatur reuocatum per ſecundum ſpeciale. *DD. in l. ſi quis procuratoris.* §. *Iulianus ait. ff. de procurat.* Et quid in procuratore in re fiſcali? *Anna allegat.* 27. *nu.* 11. Et quid è conuerſo in procuratore ſpeciali à ſecundo generali? *Reg. Rouit. in d. rubr. nu.* 64. & in quibus alijs caſibus præſumatur reuocatum, explicat *Menoch. in præſumpt.* 36. *lib.* 2. *& Maſcard. de probat. concluſ.* 1014. *vol.* 2. *Borrell. vbi ſup. nu.* 360. *cum ſeq.*
35 Tertio noto, quòd mandatum procuratoris morte principalis extinguatur *l. mandatum. Cod. mand. cum concord. de cuius ampliat. & limit. vide Gabriel. in tit. de procurat. concl.* 2. *&* 3. *Menoch.*
36 *in præſumpt.* 36. *nu.* 28. *& ſeq. lib.* 2. Sed fallit notabiliter in mandato vniuerſale, & facto à tutore; ſiue inſtitutore, *Præſ. de Franch. deciſ.* 466. *cum alijs allegatis per Thor. in compend. deciſ. verſ. mā-*
37 *datum generale.* Item quando principalis moritur, poſtquam procurator litem conteſtatus eſt, nā tunc rectè proceditur cum illo, iam effecto domino litis, vſque ad ſententiam, & ita ſeruari in regijs tribunalibus dicit *Aloyſ. de Leo, in l. mandatum, num.* 9. *verſ. hinc in-*
38 *fertur, C. mandati.* Et valebit, dummodò eius verba dirigantur in perſonam dicti procuratoris in damnum hæredis, & ita ſeruari in Sac. Conſ. teſtatur *Præſ. de Franch. in deciſ.* 245. *in princip.* & cum ipſo concludit poſt diſſertum articulum *Reg. Rn. in d. rubr. à num.* 56.
39 *vſque ad* 60. Sed iſta doctrina, & praxis procedit, quando conſtat de hærede in actis, & inſtantia ſit in hæredem tranſlata, aliter ſecus, vt optimè aduertit *Minad. deciſ.* 35. dicens, quòd in hoc caſu DD. qui tenent dictam ſententiam valere, vt ſup. præſupponunt hæredem exiſtere aliquem: idem innuit *Præſ. de Franch. in deciſ. in fin.* ibi, *Scripſi prædicta, vt iudices inſpiciant in proceſſibus antiquis, an viuat principalis. Item an ſit translata inſtantia in hæredes, ne poſtea, &c.* Ecce quomodo, & ipſe Præſes præſupponit debere in actis conſtare de hærede, *ſecundum Minad.* & dicere contrarium eſt abſurdum, quia ſufficit, quòd tunc non citetur, ſicut alias debet neceſſariò citari hæres poſt mortes principalis. *l. edictum. ff. de iudic. Alex. in l. in ſumma, nu.* 8. *ff. de iu-*
40 *riſd. omn. iud.* tamen *Marinus Frecc. de ſubfeud. lib.* 3. *Author.* 15. *fol.* 263. dicit, quòd tunc demum citari debet hæres, quando hoc procurator petijſſet, quia forſitan ab illo veniret informandus de alijs iuribus, quam deductis in proceſſu, & dixi etiam aliàs.
41 QVOAD SECVNDAM exceptionem in ordine poſitam, videlicet, carentiæ, & incompetentiæ actionis, eſt quidem ſatis notabilis, nam abſque actione nemo in iudicio experitur, & ideò ab eo repellitur, vt dixi ſupra *in tit. de actore, nu.* 3. *& ſeq. part.* 1. quæ quidem dupliciter in eſſe contingit, de hac exceptione, *latè Felyn. in cap. ſuper his, num.* 18. *de accuſ.* primò, ſi actio funditus non competit, vel forſitan eſt impedita, ex cauſa alicuius impedimenti, vel alterius præiudicij, de quibus *latè Marant. in tit. aliud eſt præiud. vel non præiud. Aym. conſ.* 79.
42 Verùm aduertatur circa medium illam opponendi in praxi, nam ſi opponatur ſic ſimpliciter *cares actione*, vt multi faciunt, poterit iudex ad inſtantiam actoris, vel ex officio, (ex quo eſt exceptionis oppoſitio generalis, & obſcura) compellere reum, vt declaret ex-

Digitized by Google

exceptiones in facto conſiſtentes, qua declaratione facta poterit ſubſequenter cogi idem actor ad probanda iura, in facto conſiſtentes; quare dictæ exceptiones, carentiæ actionis non obſtant, prout ſeruari in Sacro Conſ. teſtatur *Præſes de Franch. dec.263. col. fin. à verſ.*
43 *adde, quod reperi*. Si verò excepiatur alio modo, ſcilicet, *oppono notorium defectum iuris agendi*, tunc nullo modo poterit abſtringi excipiens, ad faciendam dictā declarationē, quia ſe refert ad ius, & quatenus ius cōtineat, & ſic ſeruat praxis, *vt benè per Reg. Ron. in pragm.6. à nu.13. vſq; ad nu.21. de ord. iud. conferūt dicta infra tit. de lit. cōteſt. nu.*
44 Eſt etiam ad propoſitum dictis exceptionis carentiæ actionis aduertendum, quòd ſub ipſa comprehenditur alia exceptio, videlicet, *tua non intereſt* nam cuius non intereſt de aliqua re, eidem per conſequens non competit ſuper illa actio, *Dec. in conſ.302. num.4.*
45 & ideò ſicut exceptio, *tua non intereſt*, poteſt opponi etiam poſt litis conteſt. *F. yn. in c. ap. ſuper his, de accuſ.* ita, & per prædicta *carentiæ actionis*, adhibita diſtinctione tradita per *Blanc. in tract. de compromiſ. tit. de except. imped. lit. ingreſ. q. ... exceptio tua non intereſt, f.193.*
46 Item ſicut, qui caret actione nō debet audiri, vt dixi *ſupr. de actore*. Ita is cuius non intereſt, *Aymon. Crauet. in conſ.182. num 8. vol.1. Alex. conſ.208. num.7. lib.2.*
47 QVOAD TERTIAM exceptionem in ordine, videlicet, *cautionis expenſarum*, eſt quidem exceptio de iure communi introducta, *Authen. generaliter, C. de Epiſc. & cler. cum alijs allegatis per Oynot. in Inſtit. de ſatiſdat. num. 6. & licet Bart. in d. Authen.* dicat, quòd verum dixit *gloſ. in §. ſed hodie inſt. eod.* quòd de conſuetudine ad præſens non præſtatur dicta cautio, non ſic eſt hodie, nam indifferenter oppoſita dicta exceptione, præſtari debet cautio pro expenſis, & ita praxis ſeruat, alias non proceditur ad vlteriora, qui vſus eſt introductus ex diſpoſitione *prag. prim. tit. de expenſis*, vbi ſtatuitur, quod ſententia, quando fertur, debet continere expreſſam condemnationem expenſarum, *vt ibi aduertit Reg. Rouit. nu.1.*

# DE EXCEPTIONE ordinis, ſeu excuſſionis principalium. Cap. IX.

## *SVMMARIVM.*

1 *Exceptio excuſſionis eſt dilatoria, & impedit litis ingreſſum, modo expreſsè opponatur. num.2. Et an poſsit opponi poſt litis conteſtationem. num.3. Et de materia remiſsiuè. nu.4.*

5 *Exceptio excuſsionis competit fideiuſſori, etiam obligato inſolidum, & nu.6. Quid in promittente indemnitatem. num.7. Et quis dicatur talis promiſſor. num.8. & quid ſi appareat renunciatum beneficio Auth. præſente, C. de fideiuſſ. nu.9. & 10. Et de ratione. num.11.*

12 *Exceptio excuſsionis reſpectu fideiuſſorum non eſt adeò de apicibus iuris, quòd in Regno non procedat iuxta praxim relatam. nu.13.*

14 *Exceptio excuſsionis, an procedit, quando notoriè conſtat, principalem non eſſe ſoluendo.*

15 *Cautela, qua fit in agendo, vt non obſtat exceptio excuſsionis. nu.16.*

17 *Exceptio excuſsionis non procedit, quando eſt renunciatum beneficio dictæ Authen. præſente.*

18 *Exceptio excuſsionis, an competat fideiuſſori de iudicio ſiſti, vel iudicatum ſoluendo. nu.19;*

20 *Exceptionis excuſsionis reſpectu fideiuſſorum materia remiſsiuè.*

21 EX-

Digitized by Google

21 *EXCEPTIO excuſsionis competit tertio poſſeſſori, conuento hypothecaria, tàm expreſſa, quàm tacita. n. 22. cum alijs ampliationibus. n. 23. & 24.*

25 *Exceptio excuſsionis reſpectu tertij poſſeſſoris non procedit, quando notoriè conſtat, principalem non eſſe ſoluendo.*

26 *Exceptio excuſsionis non procedit, quando agitur ex contractu cum clauſula, conſtituti, & precarij, vt in iudicio aſsiſtentiæ. nu. 27.*

28 *Aſsiſtentia non datur, abſque clauſula conſtituti, & precarij, vel inaudito poſſeſſore. nu. 29.*

30 *Exceptio diſcuſsionis in quibus caſibus caſibus non vendicet ſibi locum.*

31 *EXCEPTIO excuſsionis competit aduerſus agentem ſuper re, generaliter hypothecata, vt prius diſcutiat ſpecialem, & qua cautela in praxi reijciatur. nu. 32. & 33.*

34 *Agenti ſuper pretio rei hypothecatæ venditæ, an obſtet iſta exceptio ordinis, vt prius diſcutiat bona?*

35 *EXCEPTIO excuſsionis competit reo in actionibus ſubſidiarijs.*

36 *Vxor an agere poſsit contra tertium ex cauſa vrgentia viri ad inopiam, & quid pro reſtitutione dotis ſoluto matrimonio.*

37 *EXCEPTIO excuſsionis domini procedit in Regno contra agente ſpolio quia in re ponderatur Afflict. in dec. 17*

ISTA exceptio eſt frequentiſſima in foro, ſed parum conſiderata, & dicitur excuſſionis, ſeu ordinis, & inter dilatorias numeratur. *Bart. in l. 3. nu. 6. ff. de exception. Oſaſch. deciſ. 44. Guid. Pap.* 570. & ideò in terminis, idest ante litis conteſtationem, eſt apponenda *Borrel. in ſumma deciſ. tit.* 48. *de except. nu.* 139. *lib.* 1. qua oppoſita, ſunt ligatæ manus Iudicis, ne poſſit in principali cauſa

1 procedere, donec ſuper ea iam fuerit

2 cognitum, & deciſum *l. fin. C. de except.* adeò quod interim, pendente huiuſmodi cognitione, nullum tempus inſtantiæ principalis cauſæ currit, *pract. Papienſ. in for. reſp. lib. in act. hypoth. verſ. exceptionem excuſsionis, circa princ.* dummodo expreſsè opponatur, alias rectè proceditur in iudicio. *Bart. in l. ſi probatum. C. com. diuid. & in l. ſi mancipium. C. de euictio. quem allegat Afflict. in dec.* 378 *num.* 6. & recta erit condemnatio, *Bart. in conſ.* 29. *col.* 1. *vol.* 2. *Guid. Papa, deciſ.* 44. *verſ. ſed iuxta hoc quaro*. Et licèt alij

3 teneant iſtam exceptionem eſſe anomalam, & conſequenter poſſe opponi, etiam poſt litis conteſtationem. Prima tamen opinio eſt in praxi recepta, pro qua tenuit *Neguſ. de pign.* 1. *membr.* 8. *par. nu.* 35. *& alios cumulat Gabr. in con-*

4 *cluſ.* 1. *ſub tit. de fideiuſſ. num.* 12. & licet huiuſmodi exceptio in pluribus verificeur caſibus, vt ibi, latiſſimè *Papienſ. vbi ſupra*, & de materia colligit, *Ricc. coll.* 1079. *Iacob. de Arena, & Bened. de Plumb. in tract. de excuſſ. Theſau. qq. Forenſ.* 84. *lib.* 2. *&* 88. *lib.* 3. *Bald. in l fin. num.* 42. *lit. D. C. de edict. Diui Adr. Foll.* aliquos tamen caſus magis notabiles tangam, & diſtinctè procedendo.

5 PRimus caſus eſt in fideiuſſore conuento, qui ex beneficio, à Iuſtiniano contra Iuris veteris diſpoſitionem, introducto in *Authen. p raſente. C. de fideiuſſ.* poterit opponere dictam exceptionem, ſcilicet, vt primo diſcutiatur principalis debitor, ſi eſt ſoluendo;

6 quod ampliatur, etiam ſi talis fideiuſſor ſe obligaſſet, tanquam principalis, & inſolidum, vt deciſum refert *Theſ. deciſ. Ped.* 166. & in dubio alter de duobus reis eſt fideiuſſor; ſi ad ipſum res, vel pecunia non peruenerit, benè explicat *Gabr. in comm. concluſ.* 2. *tit. de*

7 *fideiuſſor.* Item ampliatur in conuento ex cauſa indemnitatis promiſſæ, *vt voluit de Aretio poſt Bart. in l. ſi ſe non ob-*

8 *tulit.* §. *fin. in fin. ff. de re iud.* Hinc eſt, quod, qui promittit ſoluere, in caſu, quo quis non ſoluat, ex quo dicitur fideiuſ-

fideiuſſor, & promiſſor indemnitatis, poterit opponere dictam exceptionẽ. *Afflict. in deciſ.* 318. *nu.* 2, *Gaill. obſer.* 28. *lib.* 1. *Griuell. deciſ. Senat. Dolani.* 71. non
9 ſolùm ſi iurauerit ſoluere, quo caſu adhuc poſſe opponi iſtã exceptionem tenet *Couar. in cap. quamuis* 1. *par. relect.* §. 5. *nu.* 4. *de pact. in* 6. Sed etiam ſi re-
10 nuntiatum ab eo fuerit prædictæ *Authent. praſente. Alexand. in conſ.* 29. *vol.* 7. *Benint. deciſ. Bonon.* 71. *num.* 11. *&* 12.
11 Ratio eſt, quia quando quis ſe obligat ſoluere in defectum alterius, vt in caſu prædicto, vel ſi promittat ſoluere creditori, quanto minus à debitore ſuo conſequi poſſit, eſt quædam promiſſio conditionalis; & pro complemento conditionis requiritur præcisè præambula excuſſio principalis, vt per doctè aduertit *Gomez. var. reſolut. tom.* 2. *cap.* 13. *tit. de fideiuſſ. ſub num.* 3. *verſ. item etiam*, & in praxi iſta excuſſio debet fieri audito dicto fideiuſſore, & promittente, vt deindè abſque nouo proceſſu condemnetur.
12 Nunc limitatur, quòd iſta exceptio locum non ſibi vendicat, vbi proceditur, ſola facti veritate inſpecta, vt coram arbitratore, *Borrell. in ſumm. deciſ. tit. de compromiſ. nu.* 225. *n.* 1. qui in hoc damnat opinionem. *Caroc.* ſic etiam in omnibus cauſis in Regno noſtro Neap. vbi proceditur ſine figura iudicij *per cap. deteſtantes*, quo caſu reputatur dicta exceptio, exceptio de apicibus iuris, ſecundum *Menoch. de arbit. iud. q.* 51. *num.* 8. 9. *&* 10. & conſequenter parui momenti, & reijcienda, prout deciſum refert *Theſ. dec.* 52. *ſub nu.* 6 Sed quia in hoc eſt maxima DD. varietas, & idem *Theſ. vbi ſupra paulò poſt verſ. verum, &c.* ſubdit quod, benè ventilato articulo poſt multas ſeſſiones, fuit deciſum contrarium, & ſic nullam eſſe diſtinctionem inter exceptionem,
13 quæ competit fideiuſſori, & illam quæ competit tertio poſſeſſori, de qua infra; ideò praxis, optima legum interpres, ſeruat, quod, oppoſita dicta exceptione, ſi militat ſummariè, & extraordinariè ſine figura iudicij, Iudex poterit ſe informare, an principalis ſit ſoluendo, quo facto abſque vlla expreſſa declaratione ipſo reperto non ſoluendo, poterit cõdemnare fideiuſſorem, prout docuit *Lud. in deciſ. Peruſ.* 45. *nu.* 11. *verſ. In caſu autem noſtro, &c.* ad quem ſe remittit *Theſau. vbi ſupra*,
14 hinc eſt, quòd, quando notorium eſt, principalem nõ eſſe ſoluendo, fideiuſſor non iuuatur dicta exceptione, ſed recta via condemnatur, vt deciſum refert *Afflict. deciſ.* 318. *cum allegat. per Annam ſing.* 178. & ita ſeruatur, quicquid dicat *Vaſq. illuſtr. controuerſ. q.* 40. *ſub nu.* 3. *circa finem lib.* 1. nam non loquitur, quando proceditur cum dicta clauſula, ſcilicet, *ſola veritate inſpecta*, vt ſupra.
15 Sed melius conſulitur actori, quod in hoc caſu, ad remouẽdas omnes difficultates, agat, tàm contra principalem debitorem, quàm contra fideiuſſorem ſimul, & cumulatim; nã ſi principalis reperitur non ſoluendo, condemnatur fideiuſſor, vt aduertit notandum in praxi *Neguſan. in dict. tract. de pignor.* 1. *memb.* 8. *par. ſub nu.* 31. *verſ. & ideò per prædicta, & nu.* 37. *verſ. primum.* quæ praxis deducitur ex *Bald. in l. cum teſtamento, verſ. item nota, ff. de manumiſ. teſtam. ſequitur Molina de pri-*
16 *genit. lib.* 5. *cap.* 7. *nu.* 39. Hinc eſt, quòd, quando fideiuſſor recipitur ab aliquo ex magiſtris actorum Sacr. Conſ. vel M.C. licet ipſe teneatur de proprio, vt latè probat *Gratian. deciſ. Rot. Mar.* 69. debet tamen fieri excuſſio ipſo audito *Salic. in l.* 1. *C. de magiſt. conu.* & in Regno eſt determinatum tempus ideſt quatuor menſium, *iuxta Reg. Pragmat. vulgat.*
17 Item limitatur ſecũdo, vt non procedat dicta exceptio, quando fideiuſſor renuntiauerit beneficio *d. Authent. præſente*, ac omni legum auxilio, etiam ſi eſt fideiuſſor indemnitatis in caſibus prædictis. *Alex. in d. conſ.* 29. *nu.* 29. *vol.* 7. prout hodie ex ſtylo in contractibus fit ſimilis renuntiatio, *ad tradita per*

Digitized by Google

*per Paſchal. in tract. de patr. poteſt. cap. 8. par. 1. num. 126. vſq; ad* 140. & ibi de materia iſta, & latè de hac renunciatione habetur per DD. *relatos à Borrell. in ſumma deciſ. tit. de iuram. nu. 75. cum plur. ſeqn. lib. 1.*

18 Cœterùm pro complemento huius primi caſus, quando fideiuſſor de iudicio ſiſti gaudeat iſta exceptione excuſſionis, latè explicat *Suarez in decl. l. 2. tit. de los emplazamientos verſ.*
19 *quaritur vlterius, &c. fol. mihi* 791. Quid in fideiuſſore de iudicatum ſoluendo, maximè ſi renuntiauerit *d. Auth. vide Aymo. Crau. in conſ.* 272. *Botr. deciſ.* 277. de alijs verò ad ma-
20 teriam, *vide tit. DD. et præſertim Gabr. vbi ſupra Lud. in d. deciſ. Peruſ.* 45. *Petr. Dueren. in tract. fall. reg. in reg.* 35. *Ricc. in collect.* 237. *par.* 1. de quibus, & qualiter fiat excuſſio, *Iacob. de Arena, & Bened. de Plumbino in dict. tit. part. de excuſſ. & nouiſ. de Pont. in conſ.* 106. *vol.* 2.

21 SEcundus caſus eſt, in quo militat iſta exceptio, ſcilicet in tertio poſſeſſore conuento actione hypothecaria, nam tunc poterit excipere, vt prius diſcutiatur principalis debitor, & eius fideiuſſor, *iuxta tex. in Auth. boc ſi debitor, Cod. de pignor. Gaill. latè obſer.* 26. *&* 27. *lib.* 1. & eſt exceptionis ſpecies, quæ nimia æquitate nititur, & proinde omninò admittendam, etiam ſi cum dicta clauſula, *ſola facti veritate inſpecta* procedatur, tenuit *Menoch. de arbitr. iud. q.* 51. *num.* 4. *verſ. ſecundum exemplũ, &c.*
22 Item procedere, tàm ſi agatur ex expreſſa, quàm tacita hypotheca, refert *Neguſ. in d. tract.* 1. *memb.* 8. *num.* 22. imò etiam ſi ex tacita agatur pro recuperanda dote promiſſa, *iuxta opinionem gloſa. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot.* in praxi receptam à Sac. Conſ. vt
23 teſtatur *Præſes de Franch. in deciſ.* 270. Item ſi agatur ſuper re ſpecialiter hypothecata, quo in caſu habere locũ *d. Auth.* fuit deciſum in Sac. Conſ. te-
24 ſte *Præſ. de Franch. deciſ.* 587. Item ſi agatur ex interdicto Saluiano à domino contra poſſidentem rem obligatam pro penſione à conductore, vel inquilino, prout ita ſeruari, & deciſum contra originale dictum *Socin. refert Theſaur. in deciſ. Pedemont.* 173. *ſub nu.* 5.

25 Nunc pro fallentia adduci poteſt. Primò, quando notoriè conſtat, principalem non eſſe ſoluendo, prout dixi in primo caſu, ita tenuit *Dec. in conſ.* 27. *col. fin. Ang. in l. exitus poſt nu.* 2. *ff. de acquir. poſſ. & ſic deciſum in Sac. Conſ. refert Capyc. deciſ.* 54. & notoriè conſtare de aliquo etiã dicitur, quoties adſint probationes, licet non ſint confirmatæ per ſententiã, *Alex. in l. ita ſtipulatus, nu.* 10. *de verb. oblig. Affli. in c.* 1. *ver. & qua, in fine. qua ſint*
26 *regal.* Item quia hodie indifferenter in contractibus ponitur clauſula conſtituti, & precarij, vt dicit *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *q.* 15. *in fin. fol.* 143. *à ter.* & illa facit ceſſare oppoſitionem huiuſmodi exceptionis, vt omnes citati DD. fatentur, & præſertim *Neguſan. ſub num.* 17. *fall.* 4. *& alij, quos allegat*
27 *Theſ. deciſ. Pedem.* 215. *nu.* 1. ideò vigore hypothecæ conſtitutæ cum dicta clauſula poteſt recta via agi ſuper bonis à tertio poſſeſſis, & tunc dicitur iudicium aſſiſtentiæ, & procedit abſque diſcuſſione principalis, *vt in Regia pragm.* 1. *tit. de aſſiſtentia, Affl. deciſ.* 139. *nu.* 6. *& Capyc. in d. deciſ. nu.* 2. & iſtæ clauſulæ intelliguntur oppoſitæ de ſtylo notariorum, etiam quod non ſint expreſſæ in inſtrumen-
28 to, *l. fi. C. de fideiuſſ.* Hinc practici in libello, in quo petunt aſſiſtentiam, ſemper faciunt mentionem de dicta clauſula conſtituti, & precarij; nam, ipſa deficiente, ſumus in ſimplici hypotheca, in qua requiritur diſcuſſio, vt ſupra: benè verum eſt, quòd etiã in hoc iudicio debet audiri tertius poſſeſſor, ex dictis ſupra *par.* 2. *tit. de*
29 *citatione*, & ita ſeruatur hodie, quicquid dicat *Marant. in tit. de exeq. ſententia, nu.* 33. *par.* 6. & non ſolùm hoc

S ſufficit

Digitized by Google

ſufficit, ſed probanda ſunt quædam extrema, de quibus per *Neguſant. vbi ſupra. & plenè per Affl. & ibi add. in*
30 *decis.* 383. item non requiritur diſcuſſio quoties, quis vendit prædiũ, & delegat pretium creditori, nã poterit iſte creditor agere abſque excuſſione, *Auth. hoc ſi debitor*, *Cod. de pign.* ſic etiam obligatur nomen debitoris, vel aliud pignus, ſuper qua ſit conſtituta annua penſio: nam tunc poterit iſte creditor agere abſque alia excuſſione ſuper re hypothecata, & dicto nomine debitoris, *l. græce. §. cum pignus, ff. de pignor. Gutti. rez. conſ.* 49. *num.* 9. *latè Anton. Gamma, in dec. Luſit.* 145 *per totum, poſt Peregrin. conſ.* 97. Cæterum de materia huius exceptionis in iſto ſecundo caſu, videlicet, qualiter fiat excuſſio, docuit *Guid. Pap. deciſ.* 432. *& de aliis*, & quãdo non habet locum, *vide Gabr. in d. concl.* 1. *de fideiuſſ. Lud. in dec. Peruſ.* 45. *à num.* 8. *& ſeq. per ampl. & limit. vide Neguſ. vbi ſupr. nu.* 21. *& ſeq. uer. quarta concluſio, nouiſſimè* Ricc. *in collect.* 17. *lib.* 1. *&* 479. *lib.* 2.

31 Tertius caſus, in quo locũ ſignãter ſibi vendicat exceptio iſta, eſt in creditore habente rem, in ſpecie obligatam, & agente ſuper re, generaliter obligata; nam poterit contra ipſum opponi, quòd prius diſcutiat rem, ſuper qua habet ſpecialem hypothecam, iuxtà diſpoſitionẽ *tex.*
32 *in l.* 2. *C. de pignor.* Cuius diſpoſitio hodie ceſſat, quando in contractibus opponitur illa clauſula, videlicet, *quòd ſpecialitas non deroget generalitati, & è conuerſo*, vt docuit *Praſ. de Frãchis in deciſ.* 5. ſequitur, & hanc opinionem poſt nulla ad materiam *d. l.* 2. *diſcuſſa, tenet Guttier. conſ.* 50. *nu.* 20.
33 Verùm ſi adſit iſta clauſula, & creditor agat ſuper re ſpeciali, cautela eſt ꝙ proteſtetur, aliàs ſibi præiudicat, vt nõ poſſit agere ſuper generali, ita intelligatur *Pute. in dec.* 38. ad cuius materiam alia congerit Ricc. *coll.* 73. *par.* 1. *& Neguſ. vbi ſupr. nu.* 20. 7 *fall.*
34 ſic etiam ſi fuiſſet vendita res mea, vel mihi hypothecata, quia idem eſt, *vt per Bald. in l. mater, C. de re. vend.* ſi agam ſuper pretio obſtat, mihi iſta exceptio ordinis, vȝ: vt diſcutiam d. bona mea, vel mihi hypothecata, & in ſubſidium ſuper pretio, vt per *gloſ. fin. in l.* 1. *verſ. & ideo pretium pignorũ, ff. de diſtract. pign. & glo. in l.* 1. *ver. videbit. C. de reb. alien. non alien. quos allegat Farin. in dec. Rot.* 681. *num.* 7. qui hanc concluſionem benè declarat ibi.

35 Quartus caſus eſt in omnibus actionibus, quæ competunt in ſubſidium, puta, in vxore agente pro aſſecuratione dotiũ propter vergentiam viri ad inopiam ſuper bonis, à tertio poſſeſſis; nam tũc, ſi opponitur iſta exceptio, dẽt vxor prius bona viri diſcutere, vt dixi ſupra *in tit. de actore, par.* 1. *nu.* 37. *& di-*
36 *cam alias.* Item quãdo vxor, mortuo viro, velit agere contra tertium poſſeſſorem, poſſidentem rem dotalem, nam licet ei competat actio pro dote recuperanda, etiam ſi ſit in dicto tertio alienata cum eius conſenſu iurato, & renunciatione hypothecæ, & ſit data æſtimata æſtimatione inducẽte emptionem virtute naturalis dominij, *l. in rebus, C. de iur. dot.* intelligitur tamen in ſubſidium, quia d. æſtimatio facit d. rem dotalem alienabilẽ, exiſtente tamen viro ſoluendo, alias ſecus, *gl. d. l. in rebus, quam commendat Iaſ. in §. actionum, nu.* 84. *inſt. de actio. Gizz. dec.* 1. *nu.* 42. ideò oppoſita iſta exceptione, debent prius diſcuti bona viri, *Gizz. in d. dec.* 1. *nu.* 45. *& benè Hier. Caucil. in ſpecul. comm. opin. cont. comm. q.* 3. *& propriè ſub nu.* 23.

37 Quintus caſus eſt, quòd ſatis etiã in praxi verſatur, videlicet, quãdo agitur ſpolio: nam tunc, licèt clara ſit deciſio, non poſſe obijci, nec debere admitti exceptionem dominij, quæ dicitur ordinis, in quo ceſſat Iudicis arbitrium, vt per *Menoch. de arbitr. iud. d. quæſt.* 51. *nu.* 1. *ver. primũ exemplum*: niſi ſpoliatus fuerit ante

omnia

Digitized by Google

omnia reſtitutus. *l. ſi quis ad ſe fundi. C. ad l. iud. de rei publie.* quod procedit etiam in feudis, vt ſimiliter vaxallus ſpoliatus de facto à Domino ſtatim ad illud reſtituatur, *cap. 1. §. ſi vero de milit. vaxall. qui, &c. Rol. à Vall. conſ. 2. vol. 3. Camil. de Medic. conſ.* 53. tamen ex quo in Regno proceditur, cum dicta clauſula, *ſola veritate inſpecta*, poterit reus excipere, vt diſcutiatur titulus, prout tenuit *Crau. in conſ. 299. colum. fin. in final. verb. quem ſequitur, & alios allegat Ludou. in deciſ.* Peruſ. 17. *nu. 21. & 22. par.* 1. Ideo, attenta iſta ratione, & etiam quòd aduerſus actorem agentem ſpolio, poterit reus probare de eius dominio, vt fuit deciſum in Sac. Conſ. *Aff. deciſ.* 17. ſeruatur in praxi, quòd tempore expeditionis cauſæ Iudex cõſiderabit ea, quæ ſunt probata circa dominium, & ſi cognouerit ſpoliatum nullum jus fouere, certè, quòd ipſum non reſtituet, & ideò *Affl. in fine d. deciſ. dixit, Sed in fine cauſa videbitur, qua ratio habenda ſit de exceptione dominij, &c.* quaſi dicat, quòd, ſi plenè ſit probatum, vtique non concedit reſtitutionem, vt etiam innuit vbi ſupra: hinc *Cam. de Med. in d. conſ.* 53. non ſolum ſe fundauit in ſpolio, ſed etiã in dominio, & titulo ibi, *ſed ad ſatu-*
39 *ritatem, &c. num.* 8. & ad hæc ſatis conferunt notata per *Camill. de Curt. in diuerſ. feud. par. 1. fol. 79. cap. incip. ſupereſt modo.*

## De Exceptionibus peremptorijs in genere, & modo illas opponendi.

## CAP. X.

### SVMMARIVM.

1 *Exceptiones peremptoriæ quonam tempore ſint opponendæ, & quid refert illas opponere ante, vel poſt litis cõteſtationẽ. n.* 3. *Et cur ſic dicantur. num.* 2. *& aduerſus illas, an deferatur iuramentum de calumnia, nu.* 4. *& de materia remiſſiuè. nu.* 5.

6 Exceptiones *peremptoriæ impediunt litis ingreſſum ſi probentur incontinenti*, *Et quid ſi probentur per inſtrumenta. nu.* 8. *Et quando dicantur requiri maiorem indaginem, remiſſiuè, nu.* 7.

9 *Exceptiones reſeruatæ ad merita quando diſcutiantur, & qua cautela vti debeat reus, vt diſcuſſio fiat. num.* 10.

11 *Exceptiones peremptoriæ cautè ſtũ opponendæ ne ex illarum oppoſitione à parte aduerſa eliciatur confeſſio, iuxta exempla hic relata, & nu.* 13. *Et cautela circa illarum oppoſitionem refertur, nu.* 14.

12 *Bart. in l. nunc vtique. ff. de excep. defenditur.*

15 *Exceptio præſcriptionis eſt expreſsè opponenda, & debet eſſe liquida, vt impediat litis curſum.*

16 Exceptio *centenaria habet vim tituli, & qualiter ſit probanda, & de eius requiſitis remiſſiuè.*

1 AT ſi reus non habeat exceptiones dilatorias, vt ſupra, ſed peremptorias; poterit ſimiliter illas opponere in iſtis terminis, ideſt, ante litis conteſtationem vſque ad concluſionem in cauſa, *iuxt. reg. tex. in l. peremptorias.* C. *de ſent. quæ reſcind. non poſſ.* niſi ſtatuatur terminus à Iudice ad illas opponendas; nam eo lapſo amplius eius oppoſitioni locus non erit, prout ſeruatur in praxi ex theo-

hæredem nota, quod filius agens vti hæres patris non debet præſentare præambulum, quia habet præſumptionem pro ſe, deſt, filius ergo hæres, dũ de eius commodo, & beneficio agitur, *Becc. conſ.75.nu.6. Mant.de coniect. vlt. vol.lib.12.tit.10.num.2.* Sed non ſic reſpectu matris, ideò agens, vt hæres matris tenetur probare aditionẽ, *Magon. deciſ.Lucenſ.62.nu.14.Chartar.deciſ.gen. 54.in fin. quē refert Gratianus.dec.122. add.num.6. Reg. Rouit.in prag.1.de ord. iud. num.1. & Dec.in conſ.302. in princ. Ludou.in deciſ. Peruſ.15.* vbi de prædictis, ſed, quid in tutore? *deciſ.Bono.18.*

5 Sed quia frequentiſſimè occurrit, quòd aliquis agat in iudicio, vti procurator, ideò vigore huius exceptionis, præciſè tenetur oſtendere mandatum, alias curſus litis impeditur, & ita praxim ſeruaſſe teſtatur *Regens Rouit. ad pragm. in rubr.de procurat. num.27.*
6 *verſ.hinc ex dictis.* Et ſi de facto proceditur ad vlteriora, abſque exhibitione mandati, cautela eſt, quòd reus in quolibet actu proteſtetur, nam tunc omnia acta ſequentia erunt nulla, vt idem *Rouit.vbi ſupra nu.25. ex deciſ. Farinac. 76. & 80. & alijs allegatis per Ricc.in coll.1206.par.4.Ludouiſ.in dec. prom.44. nu.7.* & ſecundùm hæc dicta procedit
7 *tex.in l.licet,Cod.de proc.* vbi ideò diſponitur quandocumq; poſſe opponi exceptionẽ falſi mandati, quia nullo modo fuit mandatũ præſentatum, & oſtenſum, ita intellexit *Angel. quem refert, & ſequitur Alexan.in conſ.72. num.4. lib.4.*
8 Hinc eſt, quòd funditus falſus procurator dicitur, qui caret mandato, *Guid. Pap.deciſ.183.nu.4.* At ſi realiter adeſſet dictum mandatum, ſeù inueniatur falſum, vel aliquo modo minus ſolemne, & legitimum. Et tunc, niſi expreſsè opponatur de eius inualiditate, tenet iudicium, *Menoch.in præſumpt.46.nu.3.*
9 *lib.2.* Et in iſtis terminis procedit *text. in l.non eo minus.C.de procur.* vbi diſponit, quod ſententia, lata cum procuratore, non ſolemniter conſtituto, valet; quia non fuit oppoſitum de inualiditate mandati, iam producti, & oſtenſi; Verùm, ſi eſſet oppoſitum, Iudicis partes eſſent ſuper oppoſitis pronuntiare; & validum, vel inualidum declarare mandatum, aliter daretur facultas appellandi. *Præſ.de Franch. deciſ.692. nu. 2.& 3.Ricc. in d.coll. 1266. circa finem,* vel poteſt intelligi, quando ſequuta eſt ratificatio principalis iuxt. notata *per Guido Papa deciſ.320. & Burrel. in ſumma deciſ. tit. de procur.nu.316. cum ſeq. lib.1.*

10 HInc noto primò, quòd tam in primo caſu, videlicet, quando non exhibetur mandatum, aliqua exiſtenti iuſta cauſa, conſulitur actori, quod offerat, & præſtet cautionem de illo exhibendo ante expeditionem cauſæ, nã tunc benè proceditur ad vlteriora, ita voluit *gloſ. in cap.1.verb. abſentia, verſ. item ſi procurator, de elect. in 6. ipſam allegat Regens Rouit. in d.rub.nu.26. Bart. in d.l.1.ſub nu.3.C.eod.* quam etiam in ſecundo caſu, videlicet, quando producitur mandatum in actis, ſed non ſolenne, & legitimum; nam tunc ſimiliter ipſe actor, præſtando cautionem de rato, proceditur ad vlteriora; nam ex dictâ promiſſione omnis ſuppletur defectus, *Bart.in d.l.1 poſt num.8. Reg. de*
11 *Ponte in conſ.91. num.16. vol.1.* Ratio eſt, quia ratificatio Domini principalis, quæ inde ſequitur, etiam poſt ſententiam illam validat, pro, vel contra, latam, *Guid.Papa,in ſingul.263.incip.ſententia, &c.* benè *Reg. Rou.in d.rub.nu.29. & Bilotta in alleg.4.* benè de iſta materia, & ibi quid ſi pars dixiſſet de nullitate *num.8. & ſequ.* vbi vide, an tacitus
12 conſenſus ſufficiat. Imò operatur iſta ſatiſdatio, quòd habilitat perſonã cõiunctam ad agendum pro alia coniuncta abſente, abſque aliquo mandato, benè explicat *Bart. in l. exigendi. C.de procurat.*

13 SEcundo noto, quòd aduerſus perſonam procuratoris multa poſſunt opponi, de quibus diſcurrit *Bart. & DD.in l.licet, C.eod.* & aliqua tangam
14 infra;

Digitized by Google

14 infra, & ſignanter, ſi conſtat ex alio mandato, alium eſſe conſtitutum procuratorem à principali, nec conſtat de prioritate, tunc neuter admittitur ad
15 agendum, *Anna ſing.679.* Item ſi mandatum, quod producitur, eſſet generale, & natura cauſæ exigeret ſpeciale, puta, in petenda reſtitutione in integrum. *Bartolom. de Capua in conſt. generalia iura*, vel eſſet cauſa feudalis, nam tunc non comprehenditur ſub generali mandato ad omnes cauſas, *Afflict. in cap.1. §. in generali, poſt num.9. ſi de feud. defunct. mil. controuerſ. fuerit*, ſed contrarium fuiſſe deciſum ipſemet refert ibi, & etiam *Anna in ſing. 328. & in repetit. cap.1. de vaſ. decrep. ætat. num.42. quos cum alijs allegat Thor. in compend. dec. verſ. mãdatum ad omnes cauſas lib. 1.*
16 *Et in cauſa D. Ioanna Carrafa, cùm fuiſſet oppoſitum non valere inditium, ex quo mandatum in perſonam Hieronymi de Franciſco eſſet generale, & agebatur de feudo hereditario, fuit iudicatum in Sac. Conſ. iunctis aulis referente Reg. Conſ. Lanario, valere inditium, anno 1589. Actuarius tunc Roppulus, & dixi in meo meth.*
17 *p. vlt. vol.2.* Et in quibus alijs caſibus requiratur ſpeciale mandatum, *vide per DD. in cap. quid agendum, de procurat. in ſexto*. Sed aduerte, quod ſi in mandato generali adſit clauſula cum libera, & poteſtas faciendi omnia, quæ poteſt principalis, tunc habet eandem naturam, ac ſpeciale *Iaſ. in l. ſi procurator. ff. de condit. indeb. Alex. conſ.44. num. 1. volu.2.* Berzan. *deciſ. Bon.* 125. *Afflict.*
18 *deciſ.* 305. *num.*4. Item poteſt opponi, quod iſte procurator, qui tunc agit, negauit defenſionem pro principali, puta, in cauſa reconuentionis, nam tunc denegatur ei actio, & meritò, nam in mandato ad agẽdum intelligitur clauſula facultas ad defendendum, & ſi onus ſuſcipiatur in vno, tenetur in alio, *l. actionẽ. C. eod. & ſic deciſum refert Reg.*
19 *de Ponte in conſ.2. num.3. volum.2.* Item poteſt opponi, quòd mortuus ſit principalis, & nõ appareat de hærede, nam tunc talis procurator non poterit agere, licèt effectus ſit dominus litis per illius conteſtationem, *benè Minad. in deciſ.*35.

20 TErtiò noto pro compleméto huius materiæ, quod interdũ mandatum non eſt neceſſe exhiberi, nec probari, quia præſumitur, vt in marito, agente nomine vxoris, qui admittitur abſque permiſſione rati, *gloſ. & DD. in l. fin. Cod. de pact. conuent. Myſing. ſing.*53. *cent.*3. niſi alia præſumptione tollatur, videlicet, ſi haberet mandatum ſpeciale in aliqua cauſa, quia tũc conſequẽs eſt, quod in reliquis nequeat agere, etiam vti coniuncta perſona, *l. maritus,*
21 *& ibi Bart. C. de procur.* Item præſumitur mandatum ex antiquitate temporis, & quando, *vide Dec. in conſ.*36. *nu.*8. *& in conſ.*42. *nu.*9. & quid in mandato ſyndicatus? *eundem Dec. conſil.*199. *col. pen. Marian. Socin. conſ.*56. *&* 57. *Aymo. conſ.*317. *col.*21. *latè Gabriel. pro limit. & ampliat. comm. concl. tit. de procurat. concl.* 1. *latiſſimè Menoch. præſumpt.* 33. *num.*2.
22 Item an procurator, conſtitutus ad exigendum, præſumatur conſtitutus ad agendum pro illa re, & quibus verbis intelligatur conſtitutus à Principe, *benè Reg. de Ponte in d. conſ.*81. *volum.*1. reliqua ad hanc materiam ſequuntur infra.
23 ALTERO MODO adimpletur ab actore oppoſita exceptio legitimationis perſonæ, videlicet conſtituendo procuratorem in actis, quæ conſtitutio debet expreſsè fieri; non enim ſufficit tacita, puta, ſi actor compareat in iudicio, & aſſerat aliquem eſſe eius procuratorem, *Salyc. in l. non eo minus, C. de procur. quem in praxi ſequitur Guid. Pap. deciſ.*40.
24 Sed eſt aduertendum circa conſtitutionem procuratoris, ne altera competat exceptio procuratoria reo, de qua *DD. in d. l. licet. C. eod.* videlicet, tam reſpectu perſonæ conſtituentis, puta, ſi ſit minor; nam tunc cõſtitui debet cum auctoritate tutoris *d. l. non eo minus*, vel cum iuramento, *Præſ. de Franch. deciſ.* 448. *in princ. Grat. in deciſ.*72. *num.* 12.

Item ſi ſit pater,& agat nomine filij, vt
conſtituat procuratorem cum conſen-
ſu filij, *iux.conſ.Angel.in §.papillus.nu.7.*
*inſt.de inutil.ſtipul.* Item ſi ſit Vniuerſi-
tas cum ſolemnitate,de qua *Borrel.vbi*
*ſupra,nu.*458. *& Reg.Rouit.in pragm.*6.
25 *tit.de adminiſt.vniuerſit.* Quàm etiam
reſpectu ipſius procuratoris conſtituti,
videlicet, ne ſit miles *l.militie, C.eod.*
*Menoch.in d.præſump.*46.*n.*9.*lib.*2.Item
clericus pro laico, & è conuerſo, *benè*
*Felyn.& ibi add.in cap.decernimus,num.*
2.*de iudic.*Item fœmina.§.*penult.inſtit.*
*de except. etiam pro filio.l.alienam. C.eo.*
Item infamis. *Reg.Rouit.in d.rubr.num.*
15.ex cuius dictis confunditur opinio
dicentium vile,& infame eſſe officium
26 procuratoris . Item vt ſit habilis ad
defendendum,& ſic matriculatus *vt in*
*Reg.Pragm.* Cæterùm.§.*item vegliamo,*
de officio M.C.V.quæ matricula con-
ceditur,præuia approbatione circum-
ſpecti Præſidis Sacr.Reg.Conſil.vt te-
ſtatur de praxi *Regens Rouit.in d.rubr.*
*nu.*26. & hodie eſt in viridi obſeruan-
tia.de alijs verò, qui prohibētur exer-
cere officium procuratoris, *vide per Bor*
*rel.d.ſumm.deciſ.de procur.tom.*1.
27 In hac inſuper ſecunda ſpecie ad-
implementi noto etiam primo, quod
procurator, conſtitutus ſimpliciter,
poſtquàm ſit litem conteſtatus,poterit
alterum procuratorem eius loco ſub-
ſtituere.nam tunc dicitur dominus li-
tis.l.*nulla. C.eodem Gail.obſer.*74. *nu.*12.
*lib.*1. *Myſnger.in prax.tit.de procurat.nu.*
15.Sed an tunc ſubſtitutus poſſit alio-
rum ſubſtituere, & de alijs ad materiā,
congerit *Ricc. in coll. ſuper d.text.* 351.
28 *par.*3. Si verò conſtitutus ſit procura-
tor cum poteſtate ſubſtituendi, tunc,
quandocunque poterit ſubſtituere, &
ſi erit cum poteſtate ſubſtituendi *ſe-*
*mel,vel pluries*,& faciat ſubſtitutionem,
non per hoc deſinit eſſe procurator,
*Praſ.de Franch.deciſ.*465. & Religioſus
conſtitutus procurator ſi ſubſtituat, an
requiratur licentia ſuperioris? quod
29 ſic, *clem.*3.*de procur.* & in dubio,an in-
telligatur conceſſa poteſtas ſubſtituen-
di per illa verba poſita in mandato,
videlicet, (*promittens habere ratum*
*quicquid per eius procuratorem, vel ſub-*
*ſtitutum fuerit geſtum*?) quod ſic. *Bel-*
*lamer.in deciſ.*8. *Hippol.ſing.*60.contra-
rium tenent DD. allegati per *Annam*
*in ſing.*411. quod magis eſt praxi con-
ſentaneum, nam requiritur expreſſa
poteſtas ſubſtituendi, *Grauet.conſ.*186.
*nu.*3. *cum alijs allegat. per Borrel.in dict.*
*ſumma deciſ.tit. de procurat.nu.*34. *to.*1.
30 Sed in dubio,quando procurator non
poteſt ſubſtituere,ex quo videtur ele-
cta induſtria perſonę,explicat *Menoch.*
*præſumpt.*38.*lib.*2. & quæ differentia ſit
inter ſubſtitutū miniſterio legis, ideſt,
à procuratore,qui illam acquiſiuit per
litis conteſtationem, vt ſupra, vel vir-
tute poteſtatis tributæ in mandato,
*Bellam. in deciſ.*6. dicit, quòd mortuo
procuratore, in primo caſu expirat
ſubſtitutio,nō ſic in ſecundo,niſi mor-
te principalis,notat etiam *Rot.Roman.*
*in deciſ.*9. *in antiquiori, mihi fol.* 77. *&*
*Gabr.d.concl.*2. *nu.*9.*tit. de procurat.*
31 Noto ſecundo, quòd, licèt ad libi-
tum conſtituentis procuratorem ſit il-
lum reuocare, etiam ſi iurauerit non
reuocare, *Bald.in deciſ.*499. tamen iſta
regula fallit, quando lis eſt conteſtata
cum dicto procuratore, *l.ſi pater tuus,&*
*Cumanderi.cap.quamuis, de procurat.in*
6.niſi adſit iuſta cauſa, vel interueniat
conſenſus ipſius, & partis aduerſæ.
*Regens Rou.in d.rubr.de procurat.nu.*35.
*colligit Ricc. in d.cap.coll.* 1032.*part.*4.
32 Ego vero millies ſeruaui, quòd tenet
reuocatio, etiam poſt litis conteſtatio-
nem, quando pars aduerſa non con-
tradixit, quia tunc tacitè videtur con-
ſētire reuocationi, quia quoties adeſt,
& patitur reuocari, videtur adeſſe iu-
ſta cauſa, *Bon.in l.*1.*nu.*15.*C. de ſatiſdatio.in termini? Felyn.in cap. ex parte deca-*
*ni,ſub nu.*27.*verſ.ſed nota extr.de reſcrip.*
maximè quando proceſſit cum altero
procuratore, in actis conſtituto; debet
33 enim conſtare ex actis de alio pro-
curatore conſtituto, aliàs rectè pro-
ceditur cum primo vſque ad ſenten-
tiam

Digitized by Google

tiam actus enim reuocationis debet fieri penes acta. *Bart. & cæteri, in l. 1. C. ſat iſd. Pariſ. conſ. 145. volum. 3. Abb. in d. cap. ex parte decani, nu. 10. de reſcript.* & ita praxis ſeruat ex *doctrina DD. in cap. mandato. de procurat. & in cap. ex parte, de reſcrip.* & benè de materia reaſſumit plures caſus *Seſſa Aragonenſ.*
34 *deciſ.* 81. Et licèt primum mandatum poſſit reuocari per ſecundum, quid, ſi reperiantur duo conſtituta eodē tempore, & non conſtat de prioritate? *vide Roman. ſing. 254. incip. Tu habes.* Cæterum mandatū præſumatur reuocatum per comparitionem principalis in iudicio. Et quando generale mandatum intelligatur reuocatum per ſecundum ſpeciale. *DD. in l. ſi quis procuratoris. §. Iulianus ait. ff. de procurat.* Et quid in procuratore in re fiſcali? *Anna allegat. 27. nu. 11.* Et quid è conuerſo in procuratore ſpeciali à ſecundo generali? *Reg. Rouit. in d. rubr. nu. 64.* & in quibus alijs caſibus præſumatur reuocatum, explicat *Menoch. in præſumpt. 36. lib. 2. & Maſcard. de probat. concluſ. 1014. vol. 2. Borrell. vbi ſup. nu. 360. cum ſeq.*

35 Tertio noto, quòd mandatum procuratoris morte principalis extinguatur *l. mandatum. Cod. mand. cum concord. de cuius ampliat. & limit. vide Gabriel. in tit. de procurat. concl. 2. & 3. Menoch.*
36 *in præſumpt. 36. nu. 28. & ſeq. lib. 2.* Sed fallit notabiliter in mandato vniuerſale, & facto à tutore; ſiue inſtitutore, *Præſ. de Franch. deciſ. 466. cum alijs allegatis per Thor. in compend. deciſ. verſ. mā-*
37 *datum generale.* Item quando principalis moritur, poſtquam procurator litem conteſtatus eſt, nā tunc rectè proceditur cum illo, iam effecto domino litis, vſque ad ſententiam, & ita ſeruari in regijs tribunalibus dicit *Aloyſ. de Leo, in l. mandatum, num. 9. verſ. hinc in-*
38 *fertur, C. mandati.* Et valebit, dummodò eius verba dirigantur in perſonam dicti procuratoris in damnum hæredis, & ita ſeruari in Sac. Conſ. teſtatur *Præſ. de Franch. in deciſ. 245. in princip.* & cum ipſo concludit poſt diſſertum articulum *Reg. Rn. in d. rubr. à num. 56.*
39 *vſque ad 60.* Sed iſta doctrina, & praxis procedit, quando conſtat de hærede in actis, & inſtantia fit in hæredem translata, aliter ſecus, vt optimè aduertit *Minad. deciſ. 35.* dicens, quòd in hoc caſu DD. qui tenent dictam ſententiam valere, vt ſup. præſupponunt hæredem exiſtere aliquem: idem innuit *Præſ. de Franch. in deciſ. in fin.* ibi, *Scripſi prædicta, vt iudices inſpiciant in proceſſibus antiquis, an viuat principalis. Item an ſit translata inſtantia in hæredes, ne poſtea, &c.* Ecce quomodo, & ipſe Præſes præſupponit debere in actis conſtare de hærede, *ſecundum Minad.* & dicere contrarium eſt abſurdum, quia ſufficit, quòd tunc non citetur, ſicut alias debet neceſſariò citari hæres poſt mortes principalis. *l. edictum. ff. de iudic. Alex. in l. in ſumma, nu. 8. ff. de iu-*
40 *riſd. omn. iud.* tamen *Marinus Frecc. de ſubfeud. lib. 3. Author. 15. fol. 263.* dicit, quòd tunc demum citari debet hæres, quando hoc procurator petijſſet, quia forſitan ab illo veniret informandus de alijs iuribus, quam deductis in proceſſu, & dixi etiam aliàs.

41 QVOAD SECVNDAM exceptionem in ordine poſitam, videlicet, carentiæ, & incompetentiæ actionis, eſt quidem ſatis notabilis, nam abſque actione nemo in iudicio experitur, & ideò ab eo repellitur, vt dixi ſupra *in tit. de actore, nu. 3. & ſeq. part. 1.* quæ quidem dupliciter in eſſe contingit, de hac exceptione, *latè Felyn. in cap. ſuper his, num. 18. de accuſ.* primò, ſi actio funditus non competit, vel forſitan eſt impedita, ex cauſa alicuius impedimenti, vel alterius præiudicij, de quibus *latè Marant. in tit. aliud eſt præiud. vel non præiud. Aym. conſ. 79.*

42 Verùm aduertatur circa medium illam opponendi in praxi, nam ſi opponatur ſic ſimpliciter *cares actione*, vt multi faciunt, poterit iudex ad inſtantiam actoris, vel ex officio, (ex quo eſt exceptionis oppoſitio generalis, & obſcura) compellere reum, vt declaret ex-

exceptiones in facto conſiſtentes, qua declaratione facta poterit ſubſequenter cogi idem actor ad probanda iura, in facto conſiſtentes; quare dictæ exceptiones, carentiæ actionis non obſtant, prout ſeruari in Sacro Conſ. teſtatur *Præſes de Franch. dec. 263. col. fin. à verſ.*
43 *adde, quod reperi*. Si verò excepiatur alio modo, ſcilicet, *oppono notorium defectum iuris agendi*, tunc nullo modo poterit abſtringi excipiens, ad faciendam dictã declarationẽ, quia ſe refert ad ius, & quatenus ius cõtineat, & ſic ſeruat praxis, *vt benè per Reg. Rou. in pragm. 6. à nu. 13. vſq; ad nu. 21. de ord. iud. conferũt dicta infra tit. de lit. cõteſt. nu.*
44 Eſt etiam ad propoſitum dictis exceptionis carentiæ actionis aduertendum, quòd ſub ipſa comprehenditur alia exceptio, videlicet, *tua non intereſt* nam cuius non intereſt de aliqua re, eidem per conſequens non competit ſuper illa actio, *Dec. in conſ. 302. num. 4.*
45 & ideò ſicut exceptio, *tua non intereſt*, poteſt opponi etiam poſt litis conteſt. *F[illegible]yn. in cap. ſuper his, de accuſ.* ita, & per prædicta *carentiæ actionis*, adhibita diſtinctione tradita per *Blanc. in tract. d. com[illegible]mij. tit. de except. imped. lit. ingreſ. q.[illegible] exceptio tua non intereſt, ſ. 193.*
46 Item ſicut, qui caret actione nõ debet audiri, vt dixi *[illegible] de actore*. Ita is cuius non intereſt, *Aymon. Crauet. in conſ. 182. num 8. vol. 1. Alex. conſ. 208. num. 7. lib. 2.*
47 QVOAD TERTIAM exceptionem in ordine, videlicet, *cautionis expenſarum*, eſt quidem exceptio de iure communi introducta, *Authen. generaliter, C. de Epiſc. & cler. cum alijs allegatis per Oynot. inſtit. de ſatiſdat. num. 6. & licet Bart. in d. Authen.* dicat, quòd verum dixit *gloſ. in* §. *ſed hodie inſt. eod.* quòd de conſuetudine ad præſens non præſtatur dicta cautio, non ſic eſt hodie, nam indifferenter oppoſita dicta exceptione, præſtari debet cautio pro expenſis, & ita praxis ſeruat, alias non proceditur ad vlteriora, qui vſus eſt introductus ex diſpoſitione *prag. prim. tit. de expenſis*, vbi ſtatuitur, quod ſententia, quando fertur, debet continere expreſſam condemnationem expenſarum, *vt ibi aduertit Reg. Rouit. nu. 1.*

## DE EXCEPTIONE ordinis, ſeu excuſſionis principalium.
## Cap. IX.

### SVMMARIVM.

1 *Exceptio excuſſionis eſt dilatoria, & impedit litis ingreſſum, modo expreſsè opponatur. num. 2. Et an poſſit opponi poſt litis conteſtationem. num. 3. Et de materia remiſſiuè. nu. 4.*

5 *Exceptio excuſſionis competit fideiuſſori, etiam obligato inſolidum, & nu. 6. Quid in promittente indemnitatem. num. 7. Et quis dicatur talis promiſſor. num. 8. & quid ſi appareat renunciatum beneficio Auth. præſente, C. de fideiuſſ. nu. 9. & 10. Et de ratione. num. 11.*

12 *Exceptio excuſſionis reſpectu fideiuſſorum non eſt adeò de apicibus iuris, quòd in Regno non procedat iuxta praxim relatam. nu. 13.*

14 *Exceptio excuſſionis, an procedit, quando notoriè conſtat, principalem non eſſe ſoluendo.*

15 *Cautela, quæ fit in agendo, vt non obſtat exceptio excuſſionis. nu. 16.*

17 *Exceptio excuſſionis non procedit, quando eſt renunciatum beneficio dictæ Authen. præſente.*

18 *Exceptio excuſſionis, an competat fideiuſſori de iudicio ſiſti, vel iudicatum ſoluendo. nu. 19.*

20 *Exceptionis excuſſionis reſpectu fideiuſſorum materia remiſſiuè.*

21 EX-

Digitized by Google

21 *EXCEPTIO excuſsionis competit terti o poſſeſſori, conuento hypothecaria, tàm expreſſa, quàm tacita.n.22.cum alijs ampliationibus.n.23.& 24.*

25 *Exceptio excuſsionis reſpectu tertij poſſeſſoris non procedit, quando notoriè conſtat, principalem non eſſe ſoluendo.*

26 *Exceptio excuſsionis non procedit, quando agitur ex contractu cum clauſula, conſtituti, & precarij, vt in iudicio aſsiſtentiæ.nu.27.*

28 *Aſsiſtentia non datur, abſque clauſula conſtituti, & precarij, vel inaudito poſſeſſore.nu.29.*

30 *Exceptio diſcuſsionis in quibus caſibus caſibus non vendicet ſibi locum.*

31 *EXCEPTIO excuſsionis competit aduerſus agentem ſuper re, generaliter hypothecata, vt prius diſcutiat ſpecialem, & quæ cautela in praxi reijciatur.nu.32.& 33.*

34 *Agenti ſuper pretio rei hypothecatæ venditæ, an obſtet iſta exceptio ordinis, vt prius diſcutiat bona?*

35 *EXCEPTIO excuſsionis competit reo in actionibus ſubſidiarijs.*

36 *Vxor an agere poſsit contra tertium ex cauſa vrgentiæ viri ad inopiam, & quid pro reſtitutione dotis ſoluto matrimonio.*

37 *EXCEPTIO excuſsionis dominij procedit in Regno contra agentē ſpolio quia in re ponderatur Afflict.in dec.17*

ISTA exceptio eſt frequentiſſima
in foro, ſed parum conſiderata, &
dicitur excuſſionis, ſeu ordinis, & inter
dilatorias numeratur. *Bart.in l.3.nu.6.*
1 *ff.de exception.Oſaſcb.deciſ.*44.*Guid.Pap.*
570.& ideò in terminis, ideſt ante litis
conteſtationem, eſt apponenda *Borrel.*
*in ſumma deciſ.tit.*48. *de except. nu.*139.
*lib.*1. qua oppoſita, ſunt ligatæ manus
Iudicis, ne poſſit in principali cauſa
procedere, donec ſuper ea iam fuerit
2 cognitum, & deciſum *l.fin.C.de except.*
adeò quod interim, pendente huiuſ-
modi cognitione, nullum tempus in-
ſtantiæ principalis cauſæ currit, *pract.*
*Papienſ.in for.reſp.lib.in act.hypoth.verſ.*
*exceptionem excuſsionis, circa princ.* dum-
modo expreſsè opponatur, alias rectè
proceditur in iudicio. *Bart.in l.ſi proba-*
*tum.C.com.diuid. & in l.ſi mancipium.C.*
*de euictio.quem allegat Afflict.in dec.*378
*num.*6.& recta erit condemnatio, *Bart.*
*in conſ.*29. *col.*1.*vol.*2. *Guid.Papa, deciſ.*
44.*verſ.ſed iuxta hoc quæro*. Et licèt alij
3 teneant iſtam exceptionem eſſe ano-
malam, & conſequenter poſſe opponi,
etiam poſt litis conteſtationem. Prima
tamen opinio eſt in praxi recepta, pro
qua tenuit *Neguſ. de pign.*1. *membr.*8.
*par.nu.*35.*& alios cumulat Gabr. in con-*
4 *cluſ.*1.*ſub tit.de fideiuſſ.num.*12. & licet
huiuſmodi exceptio in pluribus veri-
ficeur caſibus, vt ibi, latiſſimè *Papienſ.*
*vbi ſupra*, & de materia colligit, *Ricc.*
*coll.*1079. *Iacob. de Arena, & Bened.de*
*Plumb.in tract. de excuſſ.Theſ.in qq. Fo-*
*renſ.*84.*lib.*2. *&* 88. *lib.*3. *Bald. in l fin.*
*num.*42.*lit.D.C. de edict. Diui Adr.Foll.*
aliquos tamen caſus magis notabiles
tangam, & diſtinctè procedendo.

5 PRimus caſus eſt in fideiuſſore con-
uento, qui ex beneficio, à Iuſti-
niano contra Iuris veteris diſpoſitio-
nem, introducto in *Authen.præſente. C.*
*de fideiuſſ.* poterit opponere dictam ex-
ceptionem, ſcilicet, vt primo diſcutia-
tur principalis debitor, ſi eſt ſoluendo;
6 quod ampliatur, etiam ſi talis fideiuſ-
ſor ſe obligaſſet, tanquam principalis,
& inſolidum, vt deciſum refert *Theſ.*
*deciſ.Ped.*166.& in dubio alter de duo-
bus reis eſt fideiuſſor; ſi ad ipſum res,
vel pecunia non peruenerit, benè ex-
plicat *Gabr. in comm. concluſ.*2. *tit. de*
7 *fideiuſſor.* Item ampliatur in conuento
ex cauſa indemnitatis promiſſæ, *vt vo-*
*luit de Aretio poſt Bart. in l. ſi ſe non ob-*
8 *tulit. §.fin. in fin. ff. de re iud.* Hinc eſt,
quod, qui promittit ſoluere, in caſu,
quo quis non ſoluat, ex quo dicitur
fideiuſ-

Digitized by Google

fideiuſſor, & promiſſor indemnitatis, poterit opponere dictam exceptionē. *Afflict.in deciſ.*318.*nu.*2,*Gaill.obſer.*28. *lib.*1. *Griuell.deciſ.Senat. Dolani.*71.non
9 ſolùm ſi iurauerit ſoluere, quo caſu adhuc poſſe opponi iſtā exceptionem tenet *Couar.in cap. quamuis* 1.*par.relect.* §.5.*nu.*4. *de pact. in* 6. Sed etiam ſi re-
10 nuntiatum ab eo fuerit prædictæ *Authent.præſente.Alexand.in conſ.*29.*vol.*7. *Benint. deciſ.Bonon.*71. *num.*11. *&* 12.
11 Ratio eſt, quia quando quis ſe obligat ſoluere in defectum alterius, vt in caſu prædicto, vel ſi promittat ſoluere creditori, quanto minus à debitore ſuo conſequi poſſit, eſt quædam promiſſio conditionalis; & pro complemento conditionis requiritur præcisè præambula excuſſio principalis,vt per doctè aduertit *Gomez.var.reſolut.tom.* 2.*cap.*13.*tit. de fideiuſſ.ſub num.*3. *verſ. item etiam*, & in praxi iſta excuſſio debet fieri audito dicto fideiuſſore, & promittente, vt deindè abſque nouo proceſſu condemnetur.
12 Nunc limitatur, quòd iſta exceptio locum non ſibi vendicat, vbi proceditur, ſola facti veritate inſpecta, vt coram arbitratore, *Borrell. in ſumm.deciſ. tit.de compromiſ.nu.*225.*to.*1.qui in hoc damnat opinionem. *Caroc.* ſic etiam in omnibus cauſis in Regno noſtro Neap. vbi proceditur ſine figura iudicij *per cap.deteſtantes*, quo caſu reputatur dicta exceptio, exceptio de apicibus iuris, ſecundum *Menoch. de arbit. iud.q.*51.*num.* 8.9.*&* 10.& conſequenter parui momenti, & reijcienda, prout deciſum refert *Theſ.dec.*52.*ſub nu.*6 Sed quia in hoc eſt maxima DD. varietas,& idem *Theſ.vbi ſupra paulò poſt verſ.verum,&c.* ſubdit quod,benè ventilato articulo poſt multas ſeſſiones, fuit deciſum contrarium,& ſic nullam eſse diſtinctionem inter exceptionem,
13 quæ competit fideiuſsori, & illam, quæ competit tertio poſseſsori, de qua infra, ideò praxis, optimus legum interpres, ſeruat, quod, oppoſita dicta exceptione, ſi militat ſummariè,& extraordinariè ſine figura iudicij, Iudex poterit ſe informare, an principalis ſit ſoluendo, quo facto abſque vlla expreſsa declaratione ipſo reperto non ſoluendo, poterit cōdemnare fideiuſſorem,prout docuit *Lud.in deciſ.Peruſ.* 45.*nu.*11:*verſ.In caſu autem noſtro,&c.* ad quem ſe remittit *Theſau.vbi ſupra*,
14 hinc eſt, quòd, quando notorium eſt, principalem nō eſse ſoluendo, fideiuſſor non iuuatur dicta exceptione, ſed rectà via condemnatur, vt deciſum refert *Afflict. deciſ.*318.*cum allegat.per Annam ſing.*178. & ita ſeruatur, quicquid dicat *Vaſq.illuſtr.controuerſ.q.*40. *ſub nu.*3. *circa finem lib.*1. nam non loquitur, quando proceditur cum dicta clauſula, ſcilicet, *ſola veritate inſpecta*, vt ſupra.
15 Sed melius conſulitur actori, quod in hoc caſu, ad remouēdas omnes difficultates, agat, tàm contra principalem debitorem, quàm contra fideiuſſorem ſimul, & cumulatim;nā ſi principalis reperitur non ſoluendo, condemnatur fideiuſsor, vt aduertit notandum in praxi *Nuguſan.in dict.tract. de pignor.*1.*memb.*8.*par.ſub nu.*31. *verſ. & ideò per prædicta, & nu.*37.*verſ. primum.* quæ praxis deducitur *ex Bald.in l.cum teſtamento, verſ. item nota, ff. de manumiſ. teſtam.ſequitur Molina de pri-*
16 *genit.lib.*5.*cap.*7.*nu.*39.Hinc eſt,quòd, quando fideiuſsor recipitur ab aliquo ex magiſtris actorum Sacr. Conſ. vel M.C.licet ipſe teneatur de proprio,vt latè probat *Gratian.deciſ.Rot.Mar.*69. debet tamen fieri excuſſio ipſo audito *Salic.in l.*1.*C. de magiſt. conu.*& in Regno eſt determinatum tempus ideſt quatuor menſium, *iuxta Reg.Pragmat. vulgat.*
17 Item limitatur ſecūdo, vt non procedat dicta exceptio, quando fideiuſſor renuntiauerit beneficio *d. Authent. præſente*,ac omni legum auxilio,etiam ſi eſt fideiuſsor indemnitatis in caſibus prædictis. *Alex.in d.conſ.*29.*nu.*19. *vol.*7. prout hodie ex ſtylo in contractibus fit ſimilis renuntiatio, *ad tradita*

per

Digitized by Google

*per Paſchal. in tract. de patr. poteſt. cap.* 8. *par.* 1. *num.* 126. *vſq; ad* 140. & ibi de materia iſta, & latè de hac renunciatione habetur per DD. *relatos à Borrell. in ſumma deciſ. tit. de iuram. nu.* 75. *cum plur. ſequ. lib.* 1.

18 Cœterùm pro complemento huius primi caſus, quando fideiuſſor de iudicio ſiſti gaudeat iſta exceptione excuſſionis, latè explicat *Suarez in decl. l.* 2. *titu. de los emplazamientos verſ.*
19 *quæritur vlterius, &c. fol. mihi* 791. Quid in fideiuſſore de iudicatum ſoluendo, maximè ſi renuntiauerit *d. Auth. vide Aymo. Crau. in conſ.* 272. *Boer. deciſ.* 277. de alijs verò ad ma-
20 teriam, *vide cit. DD. et præſertim Gabr. vbi ſupra Lud. in d. deciſ. Peruſ.* 45. *Petr. Dueren. in tract. fall. reg. in reg.* 35. *Ricc. in collect.* 237. *par.* 1. de quibus, & qualiter fiat excuſſio, *Iacob. de Arena, & Bened. de Plumbino in dict. tit. part. de excuſſ. & nouiſſ. de* Pont. *in conſ.* 106. *vol.* 2.

21 SEcundus caſus eſt, in quo militat iſta exceptio, ſcilicet in tertio poſſeſſore conuento actione hypothecaria, nam tunc poterit excipere, vt prius diſcutiatur principalis debitor, & eius fideiuſſor, *iuxta tex. in Auth. hoc ſi debitor, Cod. de pignor. Gaill. latè obſer.* 26. *&* 27. *lib.* 1. & eſt exceptionis ſpecies, quæ nimia æquitate nititur, & proinde omninò admittendam, etiam ſi cum dicta clauſula, *ſola facti veritate inſpecta* procedatur, tenuit *Menoch. de arbitr. iud. q.* 51. *num.* 4. *verſ. ſecundum exemplũ, &c.*
22 Item procedere, tàm ſi agatur ex expreſſa, quàm tacita hypotheca, refert *Neguſ. in d. tract.* 1. *memb.* 8. *num.* 22. imò etiam ſi ex tacita agatur pro recuperanda dote promiſſa, *iuxta opinionem gloſa. in l. vbi adhuc.* C. *de iur. dot.* in praxi receptam à Sac. Conſ. vt
23 teſtatur *Præſes de Franch. in deciſ.* 270. Item ſi agatur ſuper re ſpetialiter hypothecata, quo in caſu habere locũ *d. Auth.* fuit deciſum in Sac. Conſ. te-
24 ſte *Præſ. de Franch. deciſ.* 587. Item ſi agatur ex interdicto Saluiano à domino contra poſſidentem rem obligatam pro penſione à conductore, vel inquilino, prout ita ſeruari, & deciſum contra originale dictum *Socin.* refert *Theſaur. in deciſ.* Pedemont. 173. *ſub nu.* 5.

25 Nunc pro fallentia adduci poteſt. Primò, quando notoriè conſtat, principalem non eſſe ſoluendo, prout dixi in primo caſu, ita tenuit *Dec. in conſ.* 27. *col. fin. Ang. in l. exitus poſt nu.* 2. *ff. de acquir. poſſ. & ſic deciſum in Sac. Conſ. refert Capyc. deciſ.* 54. & notoriè conſtare de aliquo etiã dicitur, quoties adſint probationes, licet non ſint confirmatæ per ſententiã, *Alex. in l. ita ſtipulatus, nu.* 10. *de verb. oblig. Affli. in c.* 1. *ver. & quæ, in fine. quæ ſint*
26 *regal.* Item quia hodie indifferenter in contractibus ponitur clauſula conſtituti, & precarij, vt dicit *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *q.* 15. *in fin. fol.* 143. *à ter.* & illa facit ceſſare oppoſitionem huiuſmodi exceptionis, vt omnes citati DD. fatentur, & præſertim *Neguſan. ſub num.* 17. *fall.* 4. *& alij, quos allegat*
27 *Theſ. deciſ.* Pedem. 215. *nu.* 1. *i*deò vigore hypothecæ conſtitutæ cum dicta clauſula poteſt recta via agi ſuper bonis à tertio poſſeſſis, & tunc dicitur iudicium aſſiſtentiæ, & procedit abſque diſcuſſione principalis, *vt in Regia pragm.* 1. *tit. de aſſiſtentia, Affl. deciſ.* 139. *nu.* 6. *& Capyc. in d. deciſ. nu.* 2. & iſtæ clauſulæ intelliguntur oppoſitæ de ſtylo notariorum, etiam quod non ſint expreſſæ in inſtrumen-
28 to, *l. fi. C. de fideiuſſ.* Hinc practici in libello, in quo petunt aſſiſtentiam, ſemper faciunt mentionem de dicta clauſula conſtituti, & precarij; nam, ipſa deficiente, ſumus in ſimplici hypotheca, in qua requiritur diſcuſſio, vt ſupra: benè verum eſt, quòd etiã in hoc iudicio debet audiri tertius poſſeſſor, ex dictis ſupra *par.* 2. *tit. de*
29 *citatione*, & ita ſeruatur hodie, quicquid dicat *Marant. in tit. de exeq. ſententia, nu.* 33. *par.* 6. & non ſolùm hoc



Digitized by Google

ſufficit, ſed probanda ſunt quædam extrema, de quibus per *Neguſant. vbi ſupra & plenè per Affl. & ibi add. in*
30 *decis.* 383. item non requiritur diſcuſſio quoties, quis vendit prædiũ, & delegat pretium creditori, nã poterit iſte creditor agere abſque excuſſione, *Auth. hoc ſi debitor*, *Cod. de pign.* ſic etiam obligatur nomen debitoris, vel aliud pignus, ſuper qua ſit conſtituta annua penſio: nam tunc poterit iſte creditor agere abſque alia excuſſione ſuper re hypotheca- ta, & dicto nomine debitoris, *l. grace.* §. *cum pignus*, *ff. de pignor. Gutti. rez. conſ.* 49. *num.* 9. *latè Anton. Gamma, in dec. Luſit.* 145 *per totum, poſt Peregrin. conſ.* 97. Cæterum de materia huius exceptionis in iſto ſecundo caſu, videlicet, qualiter fiat excuſſio, docuit *Guid. Pap. deciſ.* 432. *& de aliis*, & quãdo non habet locum, *vide Gabr. in d. concl.* 1. *de fideiuſſ. Lud. in dec. Peruſ.* 45. *à num.* 8. *& ſeq. per ampl. & limit. vide Neguſ. vbi ſupr. nu.* 21. *& ſeq. ver. quarta concluſio, nouiſſimè* Ricc. *in collect.* 17. *lib.* 1. *&* 479. *lib.* 2.

31 TErtius caſus, in quo locũ ſignãter ſibi vendicat exceptio iſta, eſt in creditore habente rem, in ſpecie obligatam, & agente ſuper re, generaliter obligata; nam poterit contra ipſum opponi, quòd prius diſcutiat rem, ſuper qua habet ſpecialem hypothecam, iuxtà diſpoſitionẽ *tex.*
32 *in l.* 2. C. *de pignor.* Cuius diſpoſitio hodie ceſſat, quando in contractibus opponitur illa clauſula, videlicet, *quòd ſpecialitas non deroget generalitati, & è conuerſo*, vt docuit *Praſ. de Frãchis in deciſ.* 5. ſequitur, & hanc opinionem poſt nulla ad materiam *d. l.* 2. *diſcuſſa, tenet Guttier. conſ.* 50. *nu.* 20.
33 Verùm ſi adſit iſta clauſula, & creditor agat ſuper re ſpeciali, cautela eſt ꝙ proteſtetur, aliàs ſibi præiudicat, vt nõ poſſit agere ſuper generali, ita intelligatur *Pute. in dec.* 38. ad cuius materiam alia congerit Ricc. *coll.* 73. *par.* 2. *& Neguſ. vbi ſupr. nu.* 20. 7 *fall.*
34 ſic etiam ſi fuiſſet vendita res mea, vel mihi hypothecata, quia idem eſt, *vt per Bald. in l. mater, C. de re. vend.* ſi agam ſuper pretio obſtat, mihi iſta exceptio ordinis, vz: vt diſcutiam d. bona mea, vel mihi hypothecata, & in ſubſidium ſuper pretio, vt per *gloſ. fin. in l.* 1. *verſ. & ideo pretium pignoris, ff. de diſtract. pign. & glo. in l.* 1. *ver. videbit.* C. *de reb. alien. non alien. quos allegat Farin. in dec. Rot.* 681. *num.* 7. qui hanc concluſionem benè declarat ibi.

35 QVartus caſus eſt in omnibus actionibus, quæ competunt in ſubſidium, puta, in vxore agente pro aſſecuratione dotiũ propter vergentiam viri ad inopiam ſuper bonis, à tertio poſſeſſis; nam tũc, ſi opponitur iſta exceptio, dẽt vxor prius bona viri diſcutere, vt dixi ſupra *in tit. de actore, par.* 1. *nu.* 37. *& di-*
36 *cam alias.* Item quãdo vxor, mortuo viro, velit agere contra tertium poſſeſſorem, poſſidentem rem dotalem, nam licet ei competat actio pro dote recuperanda, etiam ſi ſit in dicto tertio alienata cum eius conſenſu iurato, & renunciatione hypothecæ, & ſit data æſtimata æſtimatione inducẽte emptionem virtute naturalis dominij, *l. in rebus*, C. *de iur. dot.* intelligitur tamen in ſubſidium, quia d. æſtimatio facit d. rem dotalem alienabilẽ, exiſtente tamen viro ſoluendo, alias ſecus, *gl. d. l. in rebus, quam commendat Iaſ. in* §. *actionum, nu.* 84. *inſt. de actio. Gizz. dec.* 1. *nu.* 42. ideò oppoſita iſta exceptione, debent prius diſcuti bona viri, *Gizz. in d. dec.* 1. *nu.* 45. *& benè Hier.* Cauil. *in ſpecul. comm. opin. cont. comm. q.* 3. *& propriè ſub nu.* 23.

37 QVintus caſus eſt, quòd ſatis etiã in praxi verſatur, videlicet, quãdo agitur ſpolio: nam tunc, licèt clara ſit deciſio, non poſſe obijci, nec debere admitti exceptionem dominij, quæ dicitur ordinis, in quo ceſſat Iudicis arbitrium, vt per *Menoch. de arbitr. iud. d. quæſt.* 51. *nu.* 1. *ver. primũ exemplum:* niſi ſpoliatus fuerit ante

omnia

Digitized by Google

omnia reſtitutus. *l. ſi quis ad ſe fundi. C. ad l. iud. de rei public.* quod procedit etiam in feudis, vt ſimiliter vaxallus ſpoliatus de facto à Domino ſtatim ad illud reſtituatur, *cap. 1. §. ſi vero de milit. vaxall. qui, &c. Rol. à Vall. conſ. 2. vol. 3. Camil. de Medic. conſ. 53.* tamen ex quo in Regno proceditur, cum dicta clauſula, *ſola veritate inſpecta*, poterit reus excipere, vt diſcutiatur titulus, prout tenuit *Crau. in conſ. 299. colum. fin. in final. verb. quem ſequitur, & alios allegat Ludou. in deciſ.* Peruſ. 17. *nu. 21. & 22. par.* 1. Ideo, attenta iſta ratione, & etiam quòd aduerſus actorem agentem ſpolio, poterit reus probare de eius dominio, vt fuit deciſum in Sac. Conſ. *Aff. deciſ.* 17. ſeruatur in praxi, quòd tempore expeditionis cauſæ Iudex cõſiderabit ea, quæ ſunt probata circa dominium, & ſi cognouerit ſpoliatum nullum jus fouere, certè, quòd ipſum non reſtituet, & ideò *Affl. in fine d. deciſ. dixit, Sed in fine cauſa videbitur, quæ ratio hadenda ſit de exceptione dominij, &c.* quaſi dicat, quòd, ſi plenè ſit probatum, vtique non concedit reſtitutionem, vt etiam innuit vbi ſupra: hinc *Cam. de Med. in d. conſ. 53.* non ſolum ſe fundauit in ſpolio, ſed etiã in dominio, & titulo ibi, *ſed ad ſatu-*
39 *ritatem, &c. num.* 8. & ad hæc ſatis conferunt notata per *Camill. de Curt. in diuerſ. feud. par. 1. fol. 79. cap. incip. ſupereſt modo.*

## De Exceptionibus peremptorijs in genere, & modo illas opponendi.

## CAP. X.

### SVMMARIVM.

1 *Exceptiones peremptoriæ quonam tempore ſint opponendæ, & quid refert illas opponere ante, vel poſt litis cõteſtationẽ. n. 3. Et cur ſic dicantur. num. 2. & aduerſus illas, an deferatur iuramentum de calumnia, nu. 4. & de materia remiſſiuè. nu. 5.*

6 *Exceptiones peremptoriæ impediunt litis ingreſſum ſi probentur incontinenti, Et quid ſi probentur per inſtrumenta. nu. 8. Et quando dicantur requiri maiorem indaginem, remiſſiuè, nu. 7.*

9 *Exceptiones reſeruatæ ad merita quando diſcutiantur, & qua cautela vti debeat reus, vt diſcuſſio fiat. num. 10.*

11 *Exceptiones peremptoriæ cautè ſtu opponendæ ne ex illarum oppoſitione à parte aduerſa eliciatur confeſſio, iuxta exempla hic relata, & nu. 13. Et cautela circa illarum oppoſitionem refertur, nu. 14.*

12 *Bart. in l. nunc vtique. ff. de excep. defenditur.*

15 *Exceptio præſcriptionis eſt expreſsè opponenda, & debet eſſe liquida, vt impediat litis curſum.*

16 *Exceptio centenaria habet vim tituli, & qualiter ſit probanda, & de eius requiſitis remiſſiuè.*

1 AT ſi reus non habeat exceptiones dilatorias, vt ſupra, ſed peremptorias; poterit ſimiliter illas opponere in iſtis terminis, ideſt, ante litis conteſtationem vſque ad concluſionem in cauſa, *iuxt. reg. tex. in l. peremptorias. C. de ſent. quæ reſcind. non poſſ.* niſi ſtatuatur terminus à Iudice ad illas opponendas; nam eo lapſo amplius eius oppoſitioni locus non erit, prout ſeruatur in praxi ex theo-

rica *Angeli in §. appellat.er nu. 2. in tit.*
2 *de except.* Et dicuntur peremptoriæ, quia perimunt in totum ius agentis,
3 *Angel. ibi num.* 47. Sed quod referat illas proponere ante litis conteſt. vel poſt, docet *Reg.* R*ou. in pragm. 1. de except.*
4 Et licet olim aduerſus opponentem huiuſmodi exceptiones deferebatur iuramentum de calumnia, hodie ſecus, quia receſſit ab vſu, *Reg.*
5 *Tapia in Ius Regni, tit. de iuram. calum. & propriè in cap. ſi exceptio, Reg. Rou. in pragm. 6. num. 2. de ord. ind.* de alijs verò ad hanc materiam vide *DD. in cap. 1. de litis conteſtat. in 6. Vandelin. Schelinch. act. de except. for. cap.* 176. 2. *diuiſ.* & cæteros, qui ſuper praxi ſcripſerunt, duo tamen notabo.

6 PRimò noto, quod regulariter omnis exceptio, quæ proponitur ad impediendũ proceſſum, quod tangit negotium principale, niſi ſit rei iudicatæ tranſactionis, ſeu litis finitæ, nõ poteſt impedire proceſſum. imò debet retardari, vt cum negotio principali examinetur, & decidatur, *cap. 1. ext. de lit. conteſt. in 9. cum alus allegatis per Signorol. in conſ.* 148. *nu.* 7. at ſi opponantur huiuſmodi exceptiones, & incontinenti probantur, clarum eſt, quòd impediunt litis curſum, *Fely. in cap. exceptionem, nu.* 36. *de except.* & quando ſic intelligãtur prolatæ, remittitur arbitrio Iudicis. *Menoch. de arbitr. iud. caſu* 19. *lib.* 2. *cent.* 1. *Viu. dec.* 107. *num.* 15. *Cornaz. in deciſ. Lucenſ.* 117. *num.* 22. *Borgn. Caual. in deciſ. Fiuiz.* 28. *num.* 26. *p.* 2. & ſic dicitur probata indubitanter, quando conſtat de illa ex eiſdem actis, *Gnau. in add. ad veſtr. in prax. Curia Rom. lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 28. *Lud. in deciſ. Per.* 24. Si verò requirant maiorem indaginem reſeruantur ad merita cauſæ, & quòd tunc habeatur ratio, quæ de iure habenda erit, & ſic ſeruamus indifferenter, vt deciſum refert Regens *Sanſel. dec.* 88. *num.* 10. *lib.* 1. poſt *Marant. in tit. de except. num.* 14. *& ibi nu.* 16. qui dicit, quòd tales dicuntur, quando ſunt illiquidæ. Et quando liquidæ dicantur, explicat *Thom. Triuiſ. in deciſ. Venet. ſecunda num.* 20. *& ſeq. vide alleg. per Menoch. vbi ſupra num.* 3. & quæ alio modo dicantur requiri maiorem indaginem, declarat *Borrell. in ſumma deciſ. titu.* 48. *de exceptionib. num.* 108. *cum plur. ſeqq. num.* 1. Item quando exceptio eſſet intricata in iure, aut in facto: nam tunc reſeruari poteſt, & tam de iſto, quam de primo dicto. i. quando requirat maiorem indaginem ſtatur arbitrio iudicis reſeruantis, & ideò ab iſto decreto reſeruationis, non poteſt appellari, vt dicit *Anna ſingul.*
8 605. Verum ſi iſta exceptio peremptoria ſit fundata ſuper inſtrumento, tunc licet requirat maiorem indaginem, adhuc debet concedi terminus ſuper replicatione, prout aduertit *Affl. in deciſ.* 63. ibi, *poſtquã reus probauit per inſtrumentum*, & eſt ratio, quia tunc dicitur exceptio probata incontinenti. *Benint. deciſ. Bonon.* 77. *nu.* 6. *Borgnin. Cauale. deciſ.* 28. *nu.* 40. *p.* 2. & ſic intellige adducta per *Reg. Sanſel. deciſ.* 88. *nu.* 14. *lib.* 1.

9 Et reſeruatio iſta facta ad merita cognoſcendi de oppoſitis exceptionibus, durat vſque ad concluſionem cauſæ, vt dicit *Ann. in alleg.* 49. *nu.* 27. vel vſque ad expeditionem cauſæ excluſiue, vt idem refert deciſum in ſing. 446. quem ſequitur *Reg. Sanſel. d. deciſ.* 88.

10 Hinc aduertat reus, quod quando citatur ad ſententiam, petat, quòd ſuper exceptionibus reſeruatis interloquatur Iudex, aliàs ſi taceat videtur conſentire, vt de dicta reſeruatione non habeatur ratio, vt per *Triuiſanum in d. deciſ.* 2. *& vide ſupra in tit. de excep. dilat. in genere, adde Giurb. deciſ.* 27. & aduerte, quod ſi ante expeditionem cauſæ declarabitur exceptiones obſtare; tunc omnia acta inde facta erunt nulla. *l. ille à quo.* §. 1. *ff. ad Trebell.* quod mirabile viſum fuit *Ann. vt teſtatur in ſingu.* 605. *circa medium*

*ſidium*; regulariter tamen attenta natura & qualitate exceptionis, quæ opponitur, & ſit compatibile de ea cognoſci, ſimul, ac ſemel cum cauſa principali, tunc etiam de ea cognoſcitur, & in eadem ſententia pronunciatur, non obſtare, et ſic procedi obſeruantia relata à *Reg. Ronito in dec.* 21. *num.* 13. *&* 14. *verſ. Sacrum Conſilium.*

11 NOto ſecundò, quòd cautus eſſe debet reus ad opponendas huiuſmodi exceptiones, ne præbeat maiorem vim aduerſario, puta, ſi conueniatur in iudicio ex cauſa mutui, & excipiat adeſſe pactum de non petendo, quæ exceptio eſt peremptoria *l.* 3. *ff. de excep.* nam tunc ſi dictum pactum non probabit, videtur debitum fateri, & actor habebit intentionam fundatam abſque aliqua probatione. *Bart. in l. non vtique. ff. de ex-*
12 *cept.* & licet eius dictum reprobauerit *additio ad Lanfrancum in eius praxi ſuper cap.* 4. *titu. de except. verſ. exceptiones ſub num.* 12. ibi, *vnde ſi actor, &c. mihi fol.* 36. dicens, quod theorica *Barto.* non procedit, quando excipitur ſimpliciter, ſed tunc demum, ſi hoc modo. *Verum eſt, quod mutuaſti, ſed feci pactum de non petendo, &c.* Sed ſatis decipitur, et vera eſt doctrina *Barto.* et pro ea facit, quòd qui confitetur dictum pactum, videtur præciſè fateri mutuum, nam qui vult conſequens; vult et antecedens. *l.* 2. *ff. de iuriſdict. omn. iud. cum concord,* hinc
13 omnes dicunt, quòd ſi excipio aliquid non fuiſſe legitimè factũ, conſequens eſt, quòd fateor factũ. *Alex. conſ.* 49. *volum.* 7. Item ſi excipio de compenſatione, fateor debitum. *Dec.*
14 *in l. non videtur. ff. de reg. iur.* Cautela igitur eſt, vt tam dictæ, quam ſimiles exceptiones opponatur conditionaliter cum proteſtatione, exempli gratia nego, *quod petis, ſed ſi conſtabit, probabo, quod ſolui,* ita docuit *doctiſſimus Andr. de Iſern. in vſib. feud. cap.* 1. *col. fi. ſub verſ. ſi exceptio. de cõtent. inter dom. & fidel. de inueſt. feud.*

15 TErtiò noto, quòd multæ ſunt exceptiones peremptoriæ, ac inter eas frequentiſſima numeratur exceptio præſcriptionis, ex qua impeditur litis ingreſſus. *Felyn. in rubr. de præſcr. col.* 4. *Balb. de præſcr.* 2. *par. princip. verſic. tertius eſt effectus, &c.* Et licet ex ea tam obligatio ciuilis, quam naturalis tollatur, vt tenet *Vaſq. illuſt. cont. cap.* 53. *num.* 9. non tamen ipſo iure, vt ipſe opinatur, ſed ope exceptionis, & ideò expreſsè eſt huiuſmodi exceptio opponenda, *Regens de Pont. conſ.* 48. *num.* 10. *vol.* 1. vt impediat litis curſum, dummodo ſit liquida, vt explicat *de Mauro in alleg.* 23. *tom.* 2. Verum in Sac. Conſil. de raro iſta exceptio obſtat, cum multa habeat requiſita, & præſertim bonam fidem. *addit. ad Maurum*
16 *ibi.* Verum ſatis eſt in praxi præſcriptio centenaria, quæ habet vim tituli, *Regens vbi ſupra num.* 2. & alia priuilegia, de quibus vide *Riccium coll.* 778. & qualiter probetur centenaria, & immemorabilis, *vide infra de probat. per teſtes, ſub num.* 30. de alijs exceptionibus peremptorijs in progreſſu materiarum tractemus, & vide *Craſſ. in tract. par. de except. & Viſcont. in eius concluſ. iur. ter. exceptio, & Thor. in compend. deciſ. tom.* 1. *&* 2. vbi multa notatu digna congerit.

## De exceptione non numeratæ pecuniæ, rei non traditæ, ac dotis non ſolutæ.

## CAP. XI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Exceptionis non numeratæ pecuniæ, ac rei non traditæ materia, remiſſiuè.*

2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ in con-*

*contractu mutui infra biennium eſt opponenda, & quomodo intelligatur, num. 3. & 4. & quando etiam ipſo clapſo, nu. 5: & quid in cæteris contractibus. nu. 6.*

7 *Exceptio non numeratæ pecuniæ in quibus caſibus non procedat, & nu. 8. 9. & 10.*

11 *Exceptio non numer. pecuniæ ceſſat quãdo mutuum dependet ex alia cauſa declarata in confeſsione, quod explicatur exẽplis, & qualiter tunc conſulatur debitori confitenti n. 12.*

13 *Exceptio non numer. pecun. locum ſibi non vendicat, quando adeſt receptio ad complementum, & refertur deciſio. n. 14. & de materia remiſs. nu. 15.*

16 *Exceptio non numeratæ dotis ſimilis eſt except. non numeratæ pecun. ſed differunt circa tempus opponendi. n. 17. & de materia remiſs. n. 18.*

19 *Exceptio non numeratę dotis ceſſat quando ipſam præcedunt capitula matrimonialia, & quomodo intelligatur. nu. 20. & refertur deciſio. nu. 21.*

22 *Confeſsio dotis receptæ qualiter cognoſcatur fraudulenta, & num. 23, & 24. & de materia remiſsiuè. nu. 25.*

SEquitur in ſpecie videndum de alijs exceptionibus peremptorijs, & ſignanter de exceptione non numeratæ pecuniæ, & rei non tradi-
1 tæ, quæ inter illas numeratur. *Barto. in l. 3. ff. de except. de qua licet ſint titu. particulares in ff. & C. ipſam tamen tractat diffusè Iaſ. in l. qui pecuniam ff. ſi cert. pet. Aret. in §. idem iuris. inſt. de except. Salic. in l. 1. C. de confeſſ. Eman. Coſta latè in l. ſi ex cautione. C. eo. Fely. in cap. ſi cautio, de fide inſtrum. Gomez. in tract. var. reſol. tit. de contractu mutui, & infra* DD. Ego tamen.

2 PRimò aduerto, quòd iſta exceptio nõ numeratæ pecuniæ, ac rei nõ traditæ competit reo quotieſcunque conuenitur ab aliquo vigore confeſſionis factæ de receptione dictę pecuniæ, vel rei ex cauſa mutui, tàm in ſcriptura priuata, quàm publica. *Cacher. deciſ. 134. num.* 1. dummodo apponatur infra biennium, *iuxta diſpoſit. tex. in l. contractibus. C.*
3 *eod.* Verùm ne erres, iſtud tempus biennij intelligitur ſic limitatum ad opponendam iſtam exceptionem dupliciter. Primò in debitore agente, vt exhimatur ab obligatione facta vigore cõfeſſionis, ſecus in excipiente, quia exceptio eſt perpetua, ſed hoc non placet *Gomez. in d. tract. var. reſolut. colum. 7. ſub num. 3. verſ. nec obſtat*, dices, debitorem, tàm actorem, quàm reum non poſſe iuuari iſta
4 exceptione elapſo biennio. Secundò; & melius intelligitur, quoad onus probandi, vt propoſita iſta exceptione infra biennium dicatur probata negatiua reſpectu excipientis, ideſt rem non eſſe traditam, & pecuniam non numeratam, adeò quòd transferatur præcisè onus probandi contrarium, ideſt, numerationem, & traditionem, in ipſum actorem, *Cyn. & omnes in l. ſi ex cautione. C. eod. ben. Carau. in ritu 166. num. 47.* Hinc eſt,
5 quod ſi non ſolum ex mutuo, ſed ex quouis contractu quis conueniatur vigore confeſſionis, tàm infra, quàm elapſo biennio, & quandocunque, clarum eſt, quod poſſit iſtam exceptionem opponere, dummodo ſuſcipiat in ſe onus probandi de non numeratione pecuniæ, & traditione rei, vt in expreſſo voluit *Gomez. vbi ſupra col. pen. num. 7.* & hanc eſſe communem opinionem tenuit ibi apoſtilla,

Digitized by Google

ſtilla, benè *Afflict. in deciſ.* 402, *nu.* 12. Et licet idem *Afflict. in dec.* 105. *nu.* 2. dicat, quòd in alijs contractibus preter mutuum non poſſit opponi iſta exceptio, niſi infra 30. dies, procedit, vt ſupra quoad onus probandi, trãſferendi in illum, in cuius beneficium eſt facta confeſſio. Item quando confeſſio tendit ad liberandum, vt eſt caſus *dicta deciſ. & loquitur Bald. quem ipſe allegat in d.l. in contractib.* §. *ſuper cæteris: & ipſum ſequitur Pau. de Caſtr. in d.l. ſed quoniam, paulò ante nu.* 4.

Secundò aduerto, quod multi sũt caſus, in quibus iſta exceptio locum ſibi non vendicat, & præcipuè quando confeſſio eſt facta in iudicio ad interrogationem partis aduerſæ, vel de ordine iudicis: nam tunc aduerſus id, quod confitetur recepiſſe non poteſt opponi iſta exceptio, & ita deciſum refert *Cacheran. in deciſ. Pedem.* 134. Item quando eſt confeſſio geminata, *Afflict. deciſ.* 107. Item in tutore confitente ſe recepiſſe centum mutuo à pupillo, nam tunc non iuuabitur iſta exceptione, *ita Dec. in l. ſingularia. col.* 3. *circa finem. ff. ſi cert.*
10 *pet.* Item quando mutuum eſt cum cauſa expreſſa in alia ſcriptura, tunc non poteſt opponi iſta exceptio, niſi cauſa probetur nõ vera, ſimiliter per aliam ſcripturam. *l. generaliter. C. de except. non num. pecu.* Sed ſi cauſa non fuerit ſcripta, ſed aliunde probata per teſtes, ita conſequens eſt, quòd poſſit probari per conuentum non eſſe veram, etiam per teſtes. *Bald. ibi*
11 *nu.* 13. *&* 14. Item quando mutuum dependet ab aliqua cauſa expreſſa, nã tunc ceſſat iſta exceptio quouſq; non probetur illa cauſa non vera. *l. aduerſus. C. hoc eod. tit. Fely. in d. cap. ſi cautio, ſub num.* 56. *verſ. fallit ſeptimo: de fid. inſtrum.* exempli gratia, es depoſitarius meus in centum aureos, & conuenio, vt retineas ex cauſa mutui, vel tibi concedo facultatem exigendi centum à debitore meo, & ſimiliter conuenio, vt illos retineas ex cauſa mutui, vt exemplificat *text. in l. rogaſti. ff. de præſcriptis verbis*: vel ſi tanquam procurator meus exigiſti centum, & cum eſſes paratus ſoluere, conuenimus, vt retineas ex cauſa mutui, iuxta exemplum *l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. ſecundum intellectum Bart. num.* 20. quia ſi non eſſet pecunia ſolutioni parata, procederet contrarium de *d. l. qui negotia in primo caſu.*
12 Benè verum eſt, quòd in dictis caſibus, & ſimil. poſſunt adaptari termini *d. l. generaliter. C. eodem*, & opponi alia exceptio, videlicet, quod cauſa declarata, à qua dependet confeſſio non ſit vera, dummodo id probetur in ſcriptis, ſi confeſſio eſt in ſcriptis, vt intellexit Bald. ibi, & cæteri, & quando contractus intelligatur celebratus in ſcriptis, *vide Afflict. in deciſ.* 105. *num.* 4. *latè Theſaur. in deciſ. Pedemon.* 197. & ex his collige cautelam, vt quando mutuatur aliquid, quod quidem debebatur ex aliqua cauſa, illa exprimatur, vt ceſſat iſta exceptio.

13 Item ceſſat iſta exceptio, quotieſcunque quis realiter recepit aliquid ex reſta, pro complemento, vel reſiduo, nam tunc hæc verba denotant quod totum ſit ſolutum. *Bald. in l. ab Anaſtaſio, col. fin. paulò ante ver. vltimo ſume. C. mand. alios allegat Afflict. in deciſ.* 283. *num.* 3. *Rot. Gen. in deciſ.* 60. *num.* 6. & procedit etiam ſi recipiens cum dictis verbis antea ſit proteſtatus ſibi licere dictam ſolutionem taliter recipere ſine præiudicio conſequendi, quod verè non recepit, & ideò in cauſa Aſcanij de Elia cum hac fideliſſima Ciuitate Neap. ex quo dictus Aſcanius recepit aliquã quantitatem pro pretio frumenti ad complementum, præuia proteſtatione, & decreto M.C.V. quòd ei non inferatur præiuditium, prætendens deinde virtute huius exceptionis dictam receptionem realiter non fuiſſe pro reſiduo, & complemento; fuit in Collater. Conſil. deciſum, referente

ferente Reg. Conſil. D. Petro de Ve-
ra, obſtare eidem Aſcanio exceptio-
nem ſolutionis, non obſtante dicta
proteſtatione, et decreto M.C. anno
1602. Actuar. tunc Longus, nunc
15. de Izzo. Sed quando dicta regula
non procedat, et non operetur dicta
receptio facta ad complementum, et
ſic poſſint reuideri rationes, et oppo-
ni iſta exceptio? *vide Angel. & Imol.*
*in l. ex pluribus. ff. de ſolut. de Mauro,*
*& ibi addition. in alleg. 6. nu. 21. tom. 2.*

16 **T**Ertiò, & vltimò pro iſta materia
aduerto, quod omnia diſpoſita
circa dictam exceptionem non nu-
meratæ pecuniæ, & rei non traditæ,
procedunt in exceptione non nume-
ratæ dotis, dummodò ſint proportio-
nabiliter, *ita DD. & præſertim Salyc. in d.*
*his contractibus, Felyn. in d. cap. ſi cautio,*
17 *nu. 79.* licet minus ſtatuatur tempus
ad illam opponendam, *vt in l. fin. &*
18 *ibi auth. C. de dot. caut. & non numer.*
Verum in ſpecie circa iſtam excep-
tionem non numeratæ dotis, & quan
do, & in quibus caſibus poſſit, vel nè
opponi à marito confitente dotem re-
cepiſſe, vel ab eius hæredibus, *expli-*
*cat benè Valaſc. in deciſ. Luſit.* 5. & quã-
do à tertio poſſeſſore conuento hy-
pothecaria ab vxore dictæ confeſſio-
nis factæ à viro, & præferatur in con-
curſu creditoribus anterioribus, *iuxt.*
*tex. in l. aſſiduis. Cod. qui potior. in pign.*
*declarat Couar. var. reſol. cap. 7. & idem*
*Vaſq. in deciſ. Luſit. 6. per tot.*

19 Illud circa hoc notes, quòd quan-
do præcedunt capitula matrimonia-
lia, vbi ſunt promiſſæ dotes, & dein-
dè ſubſequatur confeſſio mariti de
dote recepta, tunc clarum eſt ceſſare
exceptionem dotis non ſolutæ, imò
habito reſpectu ad dictum tempus
promiſſionis, mulierem eſſe præferen
dam creditoribus contractis ante, &
poſt dictam confeſſionem, vt deci-
ſum in Sacr. Conſ. refert *Afflict. in de-*
*ciſ. 402. Loffr. in conſ. 22. & cæteri,* &
ab iſta opinione non receditur in Re-
gno, licet dicat ſibi non placere *Fa-*
*laſc. in d. deciſ. 6. circa finem.* fateor ta-
20. men, quod *Afflict.* loquitur in dubio,
quia tunc præſumptio eſt pro vxore,
ſed quando detegitur fraus mariti
confitentis ad excludendum credito-
res, tàm anteriores, quàm poſteriores,
tunc eſt alius caſus, & aliter dicen-
dum *per tex. in auth. ſed iam neceſſe, C.*
*de donat. ante nupt. vt idem Afflict. in*
*d. deciſ. in ſuis in col. fin. verſ. nec obſtat,*
21 *ideo cum iſte caſus accideret, & Iulius*
*Spicula maritus Beatricis de Lagni con-*
*feſſus fuiſſet recepiſſe dotes ſibi promiſſas*
*in capitulis, & fuiſſet oppoſitum de frau-*
*de, ex quo tempore confeſſionis erat ſatis*
*implicatus debitis, & ex alijs cauſis, vt*
*ibi, fuit ſolemniter iudicatum in Sacr.*
*Conſ. referente Illuſtr. D. Fuluio de Co-*
*ſtantio, tunc Reg. Conſiliario, deinde Re-*
*gente Cancellar. meritiſſimo, quod præ-*
*ſtetur petita aſſiſtentia in fauorem dictæ*
*Beatricis pro dotibus verè ſolutis, non*
*obſtante dicta confeſſione, anno 1593. vt*
*in proceſſu d. Beatricis, & Minerua de*
*Zagni, & Pompei Arcamonis tunc penes*
*de Amatruda, nunc de Amico.*

22 Sed qualiter probetur dicta fraus
confeſſionis reſpectu creditorum
anteriorum? *Bald. in l. fin. q. vltim. C. de*
*com. vtriuſque iu.* inter alios modos
dicit, quod probatur, ſi eodem die
quo vir confitetur receptionem, pro-
batur non interueniſſe pecuniam.
23 Item ſi confitetur recepiſſe centum,
& realiter appareat ſolum de 50. nam
tunc ſolum vxor agẽs obtinebit pro
50. non obſtante d. confeſſione *idem*
*Bald. in l. ab Anaſtaſio* nam præſumitur
in alia 50. confeſsionem non eſſe ve-
ram, *Deciſ. conſ. 421. num. 14. & vide*
*Socein. in conſ. 82. lib. 3.* Ceſſat enim
præſumptio, quando veritas conſtat,
vt etiam dicimus in marito, qui con-
fitetur recepiſſe centum, cum reali-
ter dos non erat niſi de quinquagin-
ta, nam tunc nec fauore dotis proce-
dit, & præiudicat dicta confeſſio con-
fitenti, & eius hæredibus, prout re-
24 fert deciſum *Theſ. in deciſ. Ped. 112.*
qualiter verò reſpectu creditorum
con-

Digitized by Google

contractorum poſt confeſſionē probetur fraus, docuit *Aym. Crau. in conſ.* 44. cæterum pro iſta materia dotis
25 confeſſatæ, vltra citatos videndus eſt *Gabr. in tit. de iure dotium, & dotis promiſſ. concluſ.* 4. *fol.* 407. *Goza. in conſ.* 38. *Rol. à Vall. conſ.* 93. *volum.* 1. *& conſ.* 74. *num.* 76. *vol.* 4. *addentes ad Aſſl. ct. in d. deciſ.* 402. *& Camer. in repet. cap. Imperiale, col.* 3. *circa fin. & col.* 4. *cum ſeq. fol.* 37. *Menoch. de præſump. lib.* 3. *præſumpt.* 12. *latè Marc. Medic. deciſ. Senenſ. exam.* 51. *& deciſ.* 82.

## DE EXCEPTIONE Periurij, ac de abſolutione Iuramenti. Cap. XII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum quid ſit.*

2 *Exceptio periurij impedit litis curſum, concurrentibus requiſitis.*

3 *Periurus amitit primæuam actionem, & repellitur à iudicio.*

4 *Iudex debet interloqui ſuper oppoſita exceptione periurij, alias ſuccurritur opponenti ex clauſula hic tradita, & quando, n.* 5.

6 *Periurus dicitur, quando quis directè venit contra iuramentum, iuxta exempla relata, n.* 7. *&* 8.

9 *Periurus non dicitur, quando quis venit contra iuramentum interpretatiuè, vt explicatur exemplis.*

10 *Periurus dicitur, qui venit aduerſus iuramentum obligatorium.*

11 *Abſolutio iuramenti interpoſiti ſuper actu inualido præciſè requiritur, & quando ſic dicatur, vide exempla. n.* 12. *&* 13.

14 *Abſolutio iuramenti interpoſiti ſuper actu, qui accipit aliquam interpretationem, an requiratur? & n.* 15. *&* 16.

17 *Abſolutio iuramenti nulliter adhibiti; an ſit neceſſaria, & quando ſic dicatur; adducuntur exempla. ibid.*

18 *Iuramentum eſt vinculum perſonale.*

19 *Hæres an teneatur ſeruare defuncti iuramentum, & an poſſit opponere iſtam exceptionem, n.* 20.

21 *Abſolutio iuramenti ad maiorem cautelam ſemper eſt obtinenda antequam agatur.*

22 *Abſolutio iuramenti, quæ dicitur plena debet peti coram Iudice Eccleſiaſtico, & ab ipſo concedenda, cauſa cognita.*

23 *Habilitatio ad finem agendi conceditur abſq; cauſæ cognitione, etiam parte reluctante, & de ratione. n.* 24.

25 *Habilitatio ſequuta nullitate contractus, an penitus tollat vim iuramenti, vel alia tunc requiratur abſolutio.*

26 *Abſolutio plena debet concedi à Iudice Eccleſiaſtico, ſed cuius diœceſis.*

27 *Habilitatio ad finem agendi poteſt concedi ab Eccleſiaſtico etiam loci tranſeuntis, & explicatur, n.* 28.

29 *Lapi dictum in allegat.* 10. *declaratur.*

30 *Iuramentum, an remitti poſſit à parte cui eſt iuratum, quid à Iudice, vel Principe, ibid.*

31 *Abſolutio, vel habilitatio debet peti de omnibus iuramentis interpoſitis, quâ de re diſcurritur.*

32 *Cautela, qua eſt petenda abſolutio, vt omnia includat iuramenta.*

33 *Abſolutio, ſeù habilitatio ſubreptitia non valet, & de ea cognoſcit Iudex ſecularis, ſecus ſi diſputetur eius validitas, n. 34.*

35 *Abſolutio, ſeù habilitatio non conceditur poſt incurſum periurium niſi à Summo Pontifice, ſeù ſacra Pœnitentiaria.*

36 *Metus quando ſit iuſta cauſa ad reſcindendum contractum.*

37 *Metus aptus ad reſciſsionem debet eſſe in ſpecie adhibitus in actu, quem petitur reſcindi, & ampliatur. n. 38. & reprobatur opinio Petri Pecchi.*

39 *Metus eſt habilis ex cauſa minarum, dummodo probetur minantem ſolitum eſſe illas exequi, quicquid dicat* Pecchius.

40 *Cautela, qua tollitur omnis metus in alienatione rei dotalis.*

41 *Metus quando purgetur ex actibus voluntarijs inde ſequutis.*

SED quia inter peremptorias exceptiones quædam ſunt litis finitæ, inter quas numeratur exceptio iſta periurij, *Marant. in part. 6. memb. 9. tit. aduertatur ad except. opp. ſub num. 12.* ideò de ea videmus, cum ſit ſatis practicabilis, & magni momenti, nam oritur ab inobſeruantia iuramenti, quod quidem eſt ar-
1 ctiſſimum vinculum, quo ligamur nedum proximo, ſed Deo ad obſeruantiam promiſſorum, *Loffred. in conſ. 12.*
2 *num. 28.* Sed vt impediat litis curſum, debet expreſsè opponi. *Specul. in tit. de actore. §. 1. verſ. item quod eſt periurus, Crau. in conſ. 199. num. 12. & 13. Pariſ. 45. nu. 9. vol. 1.* ac etiam incontinenti, *ſecundum Bart. in l. cum quæritur num. 3. ff. iud. ſolui.* & ſic proceſſit *deciſ. Afflict. 63. & alio, quam allegat Borrel. in ſumma deciſ. tit. de iuram. 60. nu. 250.*
3 *num. 1.* nam periurus non ſolum efficitur infamis, & alijs plectitur pœnis, de quibus *Bald. in l. fin. ff. qui ſatiſd. cogan.* ſed amittit primæuā actionem, *l. ſi quis maior. Cod. de tranſact. & ibi DD. Anna in alleg. 28. nu. 3.* & ſic meritò repellitur ab agendo, & a iudice non debet audiri, *Curt. ſen. conſ. 65. nu. 25. Menoch. conſ. 24. num. 28. volu. 1. & concor. alleg. per* Borgn. *Caualcan. in deciſ. 9. nu. 21,* & quia poteſt laicus adire Eccleſiaſticum, quod pro obſeruātia iuramenti cogat promittentem, *vt concludit Polyd. Rip. obſeruat. 36. nu. 6. latè Borrell. in ſumm. deciſ. in tit. 60. de*
4 *iuramento, num. 67. nu. 1.* Ideò ſi Iudex præciſè non interloquitur ſuper iſta exceptione oppoſita, eſt cautela, vt adeatur Iudex Eccleſiaſticus, qui ſub prætextu peccati inhibeat iudici, vt non audiat periurum, non obtenta abſolutione, vt deciſum refert *Caualc. in d. deciſ. 9. & vide Lapum in alleg. 25.*
5 Quod poteſt fieri, quando euidenter conſtat de incurſu periurij, vt ſupra, aliàs poteſt iſta exceptio reſeruari ad merita, ſicut aliæ, quæ requirunt maiorem indaginem, *Alex. in l. ait prætor, la ſeconda, nu. 3.* & *4. ff. de iureiur.* & ſic proceſsit deciſio relata ab *Anna, in allegat. 28. & Thor. in compend. deciſ. verſ. citatio partis,* & vt hic etiam ordinatè procedam, licet de iſta materia multi tractauerint, & ſignanter *Bilotta, & Gagl. de abſolut. iuramen. & colligit Ricc. coll. 1360. & Borrell. in ſumma deciſ. tit. de iurament. abſolutione, &c. to. 1. nu. 61. & in tit. de periurijs 62. eodem tom. 1.*

6 PRimò aduerto, quòd tunc demùm quis dicitur venire contra iuramentum, vt repellatur ab agendo, & conſequenter procedat iſta exceptio, quando aliquid petit porrigendo libellum, & ſupplicationem contra formam iuramenti, *cap. cum contingat, de iur. iur. vbi DD. Bald. in d. l. ſi quis maior. C. de tranſact. in princ. vel iuditium proſequitur, vt voluerunt An-*

*na*

na ſing.362. & Paſcal.de iur.patr.poteſt. par.2.cap.9.nu.7.in fine, etiam per ſolam citationem contra ſupplicata, Anna alleg. 83.nu. 6. dummodò quod petatur ſit directè contra iuramentum, vt ſi petens veniat contra contractum iuratum, celebratum ſuper actione, quam intentat, vt explicat *Felyn. poſt Abb. in cap.1.col.1. penul. verſ. ſed tamen de*
7 *de iur.iur.* exempla ſunt plana, puta, ſi iuro contractum, & in eo ſingula eſſe vera, deinde petam declarari ſimula-
8 tum, *DD. in d.cap.1.* Item ſi promitto ſub tali die, quo elapſo dico non deberi, *Afflict. in deciſ.30.num.5. & in ſi-*
9 *mil.* Si verò indirectè, ſeù, vt rectius loquar, quando aduerſatur iuramento interpretatiuè, non obſtabit iſta exceptio, puta, in venditione fui læſus enormiſſimè, ex qua peto pactum de retrouendendo ibi poſitum non eſſe elapſum, *Anna in d.alleg.83. nu.1. & 2.* vel ſi promiſi ſub tali die, &(plus dico) *ad omnem tuam requiſitionem*, nam tunc, licet ceſſerit dies, & non ſim requiſitus, ex quo non ſum in mora, poſſum contra promiſſa venire, nec obſtabit iſta exceptio, *Petrus de Monteforte in Conſtitut.* Regni *eos, qui, verſ. ſed pone quaſtionem*, vel ſi alia ex cauſa non ſolui, ceſſante tamen dolo, vt tenet *Gagliar. de abſol.iur.nu. 34. & ſeq.* vt puta, ſi interuenerit Iudicis præceptum, quod non ſoluam etiam, quod eſſet iniuſtum, ad *Iaſonem in l.fin.ff.qui ſatiſd.cogantur, Gamm.in deciſ.Luſit.285.nu.2.* Sed quando hoc procedat, benè declarat *Borrell. in d. ſumm.deciſ.tit.62.de periurijs, nu.9.cum plur. ſequ.* vel ſi promiſi ſoluere centum, quæ ex mutuo recepiſſe confeſſus ſum, & deinde veniam contra, opponendo exceptionem non numeratæ pecuniæ, non obſtabit iſta exceptio, quia iuramentum eſt ſolum circa confeſſionem, & non extenditur ad numerationem, *Couar.in cap.quamuis, 1.par.relect.§.4.in princ. de pactis in 6. ſequitur Carol.de Graſſ. in tract. except. except.47.num.17. Borrell.in d.ſumma deciſ.tit.de iuram.60.num.229.to.1.& & vide etiam infra.*

10 Secundò à proximis tractatis aduertendum cadit, quod non ſolum ſic ſimpliciter, quando quis venit contra iuramentum dicitur periurus, ſed tunc demum quando iuramentum ligat, & obligat, prout explicant *DD.in d.cap. cum contingat, & benè Calderin.in conſ.8. & 9.ſub tit.de iureiur.& latè Bald.in l.2.ff.de iureiur.* ſed vt hoc rectius intelligatur, tres ſunt diſtinguendi caſus.

11 Primus, quandò iuramentum interponitur ſuper actu inualido, & tūc quia maior vis iuramenti eſt validare actum omni modo meliori, quo valere poteſt. *l.cum patre, §.filius.matrem. ff de legat.2.Ant.de Butrio in cap.ſi diligenti, verſ.fallit primò, de for.competen.* & ſic dictum iuramentum confirmatorium cōtractus producit actionem, vt latè *Corſetus in repet.rubr. de iureiur. quaſt.11.quem ſequitur* Borrel.*in d.ſumma deciſ.60.de iuramento, nu.41.tom.1.*

12 conſequens eſt, vt liget, exemplificatur in actu meticuloſo, qui regulariter eſt inualidus, & validatur iuramento, vt explicat *Hoſtienſ. in ſumma tit. de eo.quod metus cauſa. verſ.quod autem, Afflict.in deciſ. 322.num. 6. latè* Bilotta *in tract. de abſolut.iuramen.cap.3.lib.1.*

13 Item in contractu facto à minore pubere abſque tutoris authoritate, & decreto iudicis, qui licet in eo non obligetur, tamen ſi iurauerit, erit obligatus, *iuxta diſpoſit.authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus vend.& intellectum traditum per Afflict. in d. deciſ. col.2. de quo latè Bilott. vbi ſupra in cap.* 4. & ſic in alijs ſimil. exemplis ab eo enumeratis *cap.5. & ſeq.* in quibus niſi obtineatur abſolutio ab huiuſmodi iuramento, clarum eſt obſtare iſtam exceptionem.

14 Secundus caſus eſt, quando interponitur iuramentum ſuper aliquo actu, qui recipit de ſui natura aliquam legalem interpretationem, nam ex quo iuramentum intelligen-



Digitized by Google

dum eſt ſecundum naturam, conditiones, & qualitates, quas actus, cui acceſsit ab exordio, & proprietate eiuſdem, per l. canonicam, & ciuilem conſequitur, *vt dicit Couarr. in d. cap. quamuis p. relect. c. 4. de pactis in 6.* clarum eſt non obſtare iſtam exceptionem, quando dictus actus interpretatur, de qua re multa exempla *Couarr. vbi ſupra*, & ſignanter ſi promiſi du-
15 cere aliquam mulierem in vxorem cum iuramento, tali tempore, ſi deinde ipſam reperiam fornicantem, non teneor, nec obſtringor iuraméto, nam intelligitur præſtitum, dummodò non ſequatur fornicatio, ad quod facit *ſecundùm Couarr. tex. in l. vti, C. de*
16 *liber. cauſ.* Item ſi vendo duobus cum iuramento, & tradam vni non ero periurus reſpectu alterius cum eliſa ſit altera venditio ex dicta traditione, non obſtante iuramento. *l. quoties. ff. de rei vendit. & benè explicat* Couarr. *vbi ſupra*. Item ſi promitto aliquod factum cum iuramento, poſſum non obſtante illo ſoluere intereſſe, *Afflict. deciſ.* 295. quod eſt indubitabile ſi factum non poteſt adimpleri, vt tenet *Aymon. in conſilio* 12. alias ſecus, iuxta notata per Borrell. *vbi ſupra numer.* 45. Sic dicimus de promittente cum iuramento factum alienum, vel Titium facturum, & curaturum, quod tunc ſi teneatur, nec periurus dictum, ſi talis promiſſor fecerit omnem conatum, & diligentiam, vt promiſſa adimpleret. *Menoch. in conſ.* 15. *num.* 17. *vol.* 1. *Surd. in deciſ. Mant.* 234. *num.* 12. *&* 14. *Afflict. in deciſ.* 295. *vbi add.*

17 Tertius caſus eſt, quando iuramentum interponitur ſuper actu penitùs nullo. Bart. *in l. non dubium in princip. ultim. notab. C. de leg. & conſtit. Princ.* puta, illicito, prohibito à lege, contra bonos mores, &c. de qua re, enumerantur ſex caſus per *Bald. in l. ad excludendum. C. de reb. cred. & iureiur.* & certum eſt, quod tunc non operatur, & ſine timore huius exceptionis poteſt veniri contra illud abſque abſolutione data enim nullitate, vel reprobatione contractus, nec iuramentum illud ligat, quoad ipſius obſeruantiam, vt ex eo aliquid debeatur, vt dicit Borrell. *in ſumma deciſ. tit.* 35. *de Laudemijs, num.* 29. *tom.* 1. *ex authoritate Alexand. in conſ.* 151. *volum.* 7. *& aliorum*, & quod iuramentum non confirmet contractum nullum *cumulat DD. idem* Borrell. *vbi ſupra titul.* 60. *de iuramento, num. eod. & ſequ. tom.* 1. exempla ſunt multa, & ſignanter in contractu matrimonij metu contracti, *Hoſtienſ. in dict. tit. quod metus cauſa, verſ. fallit primo, & in alijs caſibus ibi notatis.* Item in donatione, omnium bonorum, *Paſch. de patr. poteſt. cap.* 8. *part.* 1. *num.* 140. Item ſi eſt iuratum non opponere compenſationem, *Afflict. in deciſ.* 121. *num.* 5. Item in contractu, vbi adeſt enormiſſima læſio, *Gagliard. in dict. tract.* §. 1. *num.* 20. *& ſequ. Lodou. in deciſ. Peruſ.* 18. Borr. *vbi ſupr. num.* 40. *& ibi num.* 331. explicatur bonos mores, ſed quia pro iuramento interpoſito ſuper actu vbi adeſt enormis, vel enormiſſima læſio, eſt dubium apud DD. an requiratur abſolutió, concludo cum *Theſ. qui in deciſ. Pedem.* 223. *ante num.* 19. ait tutius eſſe petere etiam in hoc caſu, & de his, & alijs vide per *Bilottam in dict. tract. de abſol. iur. lib.* 1. *cap.* 11. 12. 13. *& ſeq. &* Couar. *in d. cap. quamuis* §. 3. 1. *part. relect. lib.* 1.

18 Tertiò principaliter aduertendum circa id, quod dixi de incurſu periurij, deueniendo aduerſus iuramentum, vt intelligatur reſpectu perſonæ iurantis tantum, & non hæredum, nam iuraméntum, quoad reatum periurij eſt perſonale, *Fely. in cap. cum ſit. col.* 5. *extra de foro compet.* ideò poſſunt abſque metu huius exceptionis non impetrata abſolutione agere ad reſciſſionem contractus defuncti. *Capyc. deciſ.* 174. *num.* 12. *Gayl. pract. quaſt. obſeruat. lib.* 1. *obſer.* 27. *de Graſſ. de except. except.* 12. modo

19 adſit

19 adſit cauſa ſufficiens, aliàs hęres omninò tenetur ſeruare, & adimplere promiſſa à defuncto cum iuramento. *Afflict. in deciſ.* 381. *num.* 8. *&* 9. *Borgnin. Caualc. in deciſ.* 9. *nu.* 19. *Dec. in cons.* 639. *nu* 6. *Socin. in conſ.* 79. *nu.* 1. *lib.* 1. *alios cumulat Borrel. in d. tit. de iuramento, num.* 129. & quando non obſeruat, tunc dicitur ciuiliter peierare, ſicut dicit *Napoda. in conſuetu. ſi moriatur, verſ. ſucceſſores, nu.* 38. quem ſequitur *Ann. in d. alleg.* 28. *num.* 12. *& benè Bilotta in d. tract. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 4. *& Gagl. in §.* 2. *num.* 14. *& vide DD. & Bald. in l.* 2. *ff. de iur. iur. prope fin. & in d. auth. ſacramenta puberum,* & ſicut dixi ſupra, poterit etiam hæres laicus cogi coram Eccleſiaſtico Iudice ad obſeruanda promiſſa cum iuramento, non quidem iure actionis, quæ oritur ex contractu promiſſionis, ſed implorando officium iudicis, & ſic intelligendum eſſe. *Panormit. in cap. fin. de ſepult.* & ſeruari in Curia Archiepiſc. Tholoſæ teſtatur *Aufrer. in deciſ. Capell. Tholoſ.* 415. ſed non ſic eſt in pupillo facto adulto, quia non tenebitur ſeruare iuramẽtum præſtitum à tutore, vt ibi eſt de-
20 ciſio. Sed quid è conuerſo, an hæres alicuius defuncti poſſit accuſare de periurio, vel opponere iſtam exceptionem aduerſus illum, qui contrauenit iuramento interpoſito in beneficium defuncti? *vide adducta, & ibi not. in decis. Capyc.* 75.

21 QVartò, His ſic breuiter cognitis & intellectis, eſt aduertẽdum in praxi, quòd ne procedat oppoſitio, & diſcuſſio huius exceptionis ad maiorem cautelam in quolibet caſu prædicto prius obtineatur abſolutio, vel ſaltem relaxatio iuramenti ad finem agendi, *cap. ſi vero, de iur. iur.* vt tutius agatur, dicit *Ludou. in deciſ. Peruſ.* 18. *num.* 67. *Afflict. in cap.* 1. *nu.* 14. *de feud. Guard. & Caſtald.* & licet eius materiam plenè tractet *Bilotta. & Gagliard. in d. tract. de abſolut. iuram. & cit. DD.*

22 Adhuc tamen eſt ſciendum, quòd ſatis differt plena abſolutio, à relaxatione: nam plena abſolutio debet peti principaliter coram iudice eccleſiaſtico, à quo obtinetur, cauſa cognita, & parte, in cuius beneficiõ eſt iuratum plenius audita, etiam ſi petatur à Summo Pontifice, *Crau. in conſ.* 7. *num.* 8. *Couarr. in d. cap. peruenit,* 1. *par. relect. §.* 3. *num.* 5. *verſ. ſeptimo, de pactis in* 6. *Anna in alleg.* 28. *nu.* 10. & de iſta loquitur propriè *Afflict. in deciſ.* 30. *&* 31. dum quærit, an lite pendente ſuper huiuſmodi abſolutione iuramenti poſſit impediri accuſatio obligationis, & dum *Afflict.* ibidem teſtatur de obſeruantia, vt petatur abſolutio per viginti dies, ante tempus adiectum obligationi, vide de ea *Genuenſ. in pract. Curia Archiepiſc. cap.* 4. & iſta eſt propriè abſolutio, quæ dicitur præiudicialis; nam ex ea tollitur vis iuramenti.

23 At ſi petatur relaxatio ad finem agendi, cum non ſit propriè abſolutio, ſed quædam habilitatio, & conceditur indifferenter abſque aliqua cauſæ cognitione, & partis citatione, imò ipſa parte inaudita, & contradicente, prout vſus recepit *Affl. in deciſ.* 220. *num.* 10. tam ſi petatur in Curia Romana, quàm in alijs Curijs Eccleſiaſticis, vt dicit *Borgn. Caualc. in dict. deciſ.* 9. *num.* 24. *benè Anna, & ibi add. in ſing.* 2. *incip. abſolutiò, &c.* hinc ſi à dicta relaxatione pars appellauerit, per talem appellationem non impeditur, quominus poſſit procedi ſuper reſciſſione contractus, vt deciſum refert *Praſ. de Franch. in deciſ.* 602. &
24 vltra rationes ab eo relatas, poteſt dici, quòd huiuſmodi habilitatio ad finem agendi non eſt præiudicialis, quia per ea iuramentum non amittit vires, adeò quod ſi (ipſa mediante) contractus declaretur nullus, ex ali-
25 qua cauſa coram iudice laico: auſus eſt dicere *Fely. in d. cap.* 1. *col. pen. ſub num.* 29. *de iureiuran.* quod requiratur ſecunda abſolutio reſpectu obſeruantia

ꝓantiæ contractus, quia dicta prima habilitatio ſolum conceſſit facultatē ad procedendum ſuper illius annullatione; quam opinionem tanquam tutiorem ſequitur *Benint.in deciſ.Bonon* 14.ſed eius opinio,& ſequacium quos cumulauit *Borrel. in d.tit. de iuram. abſol.num.* 19. non procedit in praxi; nam virtus dictæ habilitationis ad agendum, ſequuta nullitate contractus,eſt vt efficiatur plena abſolutio circa iuramenti vinculum, prout in effectu voluiſſe *Bald.in conſ.* 474.*refert Crau.in d. conſ.* 7.*ſub nu.*7. ſed clarius explicat Couarr. *var. reſol.cap.* 4.*ſub num.6.lib.*1. his verbis, *Prima etenim abſolutio ad effectum agendi præſtita hunc ſenſum habet, vt liberè agat contra illum contractum, quodque ſi probauerit eſſe vſurarium, aut illicitum, etiam ab eius iuramenti, & contractus vinculo abſolutus ſit*, allegat Paul.*Caſtr.in conſ.* 254.*col.pen. lib.*2.*vel in conſ.* 316. quem ad hoc etiam citat *Afflict.in d.deciſ.* 322.*nu.* 12.*benè Bilotta in d.tract.cap.*4.*num.*6. *lib.*2.& ſic praxis dictam habilitationem,& relaxationem ad finem agendi interpretata eſt, quam latè ipſam defendit *Bilotta contra Felyn.d.cap.* 8. *lib.*1 *d.tract.de abſol.*& ex iſta diſtinctione liquidè habetur quando requiritur citatio in abſolutione iuramenti,& ipſam ſequitur, & concordat opiniones optimè *Camil.Borrel. in ſumma deciſ.tit.*44.*de citatione,num.* 144.*cum plurib.ſeqq.tom.*1.*& in tit.de iuram.abſol.*61.*num.* 50.*&* 51. *&c. tom.*1.

26 Altera eſt quidem notabilis differentia;nam licet,tàm plena abſolutio;quàm dicta habilitatio ad finē agendi petatur,& concedatur à iudice Eccleſiaſtico, *cap. venerabilem, de elect.* prima tamen debet peti, & concedi ab Epiſcopo diœceſis illius cui eſt iuratum, de qua re potiſſima eſt ratio,quia,vt ſupra dixi,in illa requiritur cauſæ cognitio, & partis citatio, quæ non poteſt fieri contra non ſubditum. *l. extra territorium, ff.*

27 *de iuriſd.omn. iud.* At ſi petatur dicta ſimplex habilitatio, ceſſat iſta ratio, & ſic poteſt concedi à quocunque iudice etiam loci tranſeuntis, ita in effectu voluit *Fely.in d.c.*1.*col.fi.à nu.* 31.*de iur.iur.*

28 Nec refragatur ratio,quæ aſſignatur ab ijs,qui tenent poſſe petentem abſolutionem illā obtinere ab eius iudice Eccleſiaſtico; ex quo ipſe petens originarius eſt reus, prout latè conatur defendere *Gagliar. in tract. de abſol.iuram.*§.4.*num.*29.*& ſequen.* quia iſta ratio ſolum poteſt adaptari in dicta ſimplici habilitatione ad finem agendi,& excipiendi, quā concedimus coram quocunque Iudice Eccleſiaſtico poſſe peti, quia coram illo poteſt abſtringi, iurans ad illius obſeruantiam,*cap.experientia.*11.*q.*1. ex quo per dictam habilitationem non ſoluitur iuramentum, vt dixi,& de iſta habilitatione loquitur *Ama in alleg.*83.*num.*10. dum dicit poſſe obtineri ab Epiſcopo vbi habitat petens illam, ſed non ſic adaptatur, & procedit dicta ratio, quando petitur plena abſolutio, quia tunc ex quo penitus per illam tollitur vinculum iuramenti,vt dixi, nil amplius remanet aduerſario agendum ſuper illo, vt poſſit petens dici originarius reus ideò tunc ipſe dicitur actor,& ſic illam debet petere coram iudice illius, cui eſt iuratum, & hoc proprie voluit ad propoſitum dicere *Abb.ſi benè perpendatur,in cap. cum ſit contra clericum.col.*2.*ſub nu.* 3. *verſ. dicit Lapus in alleg.*10.*extra de for.compet.*

29 Et vltra adducta, & conſiderata, ponderemus ad hoc originale *Lapi dictum in d.alleg.*10.qui certè non loquitur in plena abſolutione,dum dicit in illo caſu ſolum agi de liberanda anima, nec aliquid diſponendo contra, circa perſonam abſentis: & iſta quidem eſt propriè ſimplex habilitatio,ex qua dixi in nihilum præiudicare aduerſario,& licet deinde

idem

Digitized by Google

idem *Lapus* quærat, an coram iudice loci contractus, poſſit peti abſolutio abſque partis citatione? nihil firmat, ſed *Fely. in cap. licet ratione delicti, col. 11. ſub num. 14. circa fin. verſ. vltimo, de foro compet.* firmat, quod ſic, dicens dupliciter hoc poſſe procedere; Primò, quando pars cui eſt iuratum, eſt præſens in illo loco contractus. Secundò, quando ſumus in caſu vbi non requiritur citatio, & ſe remittit ad eius dicta in *d. cap. 1.* quo in loco loquitur de ſimplici habilitatione, & ſic remanet firma noſtra opinio, à qua in praxi non recederem, & ſecūdum eam pluries vidi ſeruari, & ſic concordantur opiniones relatæ per *Borrel. vbi ſupra nu. 27. & 28.*

30 Cæterum, an poſſit remitti iuramentum à parte, in cuius beneficiū eſt iuratum? eſt clarum, quod ſic, per *tex. in cap. 1. de iur. iur. benè Petr. Girar. in ſingu. 88. inter ſingulares DD.* Item quando eſt turpe, & illicitum iuramentum poterit à Iudice ſeculari recipientem cogi ad relaxandum, *Natt. in conſ. 145. num. 26. volu. 1. benè Gagliar. §. 4. num. 13. 14. & ſequen.* & in quibus caſibus poſſit Princeps ſecularis ſuper iuramento diſponere, *Bilotta in d. tract. cap. 1 num. 3. & ſeq. lib. 2. benè Reg. Rou. in pragm. 1. nu. 45. de Senatuſconſul. Maced.*

31 Viſis differentijs eſt notandum, quod conueniunt primò dicta plena abſolutio cum iſta habilitatione ad agendum, nam in vtraque debet fieri mentio de omnibus, & ſingulis pactionibus, promiſſionibus, & capitulis poſitis in contractu, quia quot ſunt, tot iuramenta cenſentur adhibita, *Loffred. in d. conſ. 12.* Et quot iuramenta ſunt, tot requiruntur abſolutiones, & habilitationes, *Bal. in d. l. 2. de iureiur. & in cap. debitores, eodem titu. vbi Felyn.* & ſi agens eſſet abſolutus ab vno, non poterit agere ſuper alio, benè *Borgnin. Canalc. in d. deciſ. 9. nu. 25.* & ſi eſſet iuratum non petere abſolutionem, in ſpetie debet peti ab iſto iuramento abſolutio, ſeu habilitatio, *Afflict. deciſ. 220. num. 12. Ricc. in deciſ. Archiep. 8.* ſed cautela ad hoc deducitur ab *Afflict. vbi ſupr. ſub*
32 *num. 15.* vt petatur generaliter abſolutio ab omnibus, & ſingulis iuramentis oppoſitis in tali contractu, &
33 ita ſeruatur quotidie. Item debet fieri mentio in abſolutione, & habilitatione de lite pendente, omnique alia cauſa, inducenti coniecturam, quòd ſi non eſſet expreſſa, vtiq; non fuiſſet conceſſa, nam obreptitiè, & ſubreptitiè impetrata non valet, benè allegat *Thor. in compen. deciſ. verſ. abſolutio à iuramento, quamuis, tom. 1.* & quod eſt magis, ſi tunc pars, cui fuit iuratum opponat de ſubreptione abſolutionis, ſeu habilitationis præſentatę coram laico poterit & ipſe Iudex laicus de illa cognoſcere, teſte *Afflic. in decis. 220. num. 9.* dicens ita pluries fuiſſe iudicatum in S. Cōſilio, ſecus verò ſi dubitetur de validitate, vel nullitate conceſſæ abſolutionis, quia tunc ſolus Eccleſiaſticus Iudex de ea cognoſcit, & procedit *deciſio Piſanelli ad Afflict. in d. deciſio.* quem allegat etiam *Ricc. in collect. 2419. par. 4. vbi de alijs*, & ſic intelligenda ſunt adducta per *Borrell. in d. tit. de iur. abſol. nu. 61. & ſeq.*

35 Conueniunt ſecundò, cum non ſit diſpar ratio, vt ſicut plena abſolutio non conceditur poſt incurſum periurium, ita nec ſimplex habilitatio ad finem agendi, *Natta in d. cons. 145. num. 17. Anna in alleg. 28. num. 6. & 7. Molfes. cons. 43. incip. duo ſunt*: niſi obtineatur à Summo Pontifice in forma gratioſa, prout eſt videre exemplum in proceſſu Io. Aloyſij Candidi cum eius creditoribus, penes Actuarium Sarrum, vel à Summa Penitentiaria, *Borgnin. Canalc. in decis. 9. Borrell. vbi ſup. num. 22.*

36 Vltimò, pro coronide huius materiæ, quia omnes DD. cum de abſolutione loquuntur, tractant cauſas, ex quibus contractus reſcinditur

ditur poſt obtentam habilitationem, ideò illa potiſſima eſt cauſa in praxi ſatis verſata, videlicet metus; circa quem aduertas, quòd non ſufficit ſolum reuerentialis, niſi concurrat aliquod adminiculum, puta, læſio, de qua benè *Reg.* Rouit. *in pragmat.* 1. *de Senat.* Conſul. *Maced. nu.* 60. vel aliud, in contractu mulierum alienantium cum viro res dotales, verbera, minæ, & alia, de quibus *Menoch. de præſum. lib.* 7. *præſump.* 127. *& in tract. de arb. iud. caſ.* 135. *&* 136. *lib.* 2. quæ adminicula qualiter ſint probanda, docet Burſat. *conſ.* 72. *volu. primo*, *Bero. conſ.* 80. *vol.* 3. nam metus difficilis eſt probationis, *Paſchal. de patr. poteſt. c.* 3. *nu.* 38. *par.* 3.

37 Et propriè in hac ſpetie probationis metus in alienationibus factis à mulieribus, *Petr. Pecchius in tract. de teſtam. coniugum lib. primo, cap.* 3. duas firmat concluſiones. Prima eſt, quod ſufficiat probare ſemel metum fuiſſe illatum per verbera, vel minas, vt inde contractus alienationis ſequutus præſumatur factus intuitu dicti metus, cum durãte matrimonio ſemper intelligatur durare metũ ſemel illatum. Sed contrarium in praxi ſeruatur, & non ſolum ſtatur in dicta ſimplici præſumptione, quod durante matrimonio durat eadem cauſa timoris, de quo benè *Menoch. in præſump.* 126. *num.* 26. *lib.* 3. ſed neceſſe eſt probare verbera, vel minas in ſpetie fuiſſe factas ex cauſa contractus, quem reſcindi ex dicto metu petitur, *Ann. in alleg.* 114. *& hc deciſum refert in Sac.* Conſ. *poſt Afflict. in decis.* 246. *idem Ann. ſing.* 341. quod

38 ampliatur etiam ſi præcedentia verbera, vel minæ non habeant alium finem, & cauſam, ad quam ſe referre poſſunt, niſi ad contractum, quem reſcindi petitur, vt poſt multam diſcuſſionem refert deciſum *Seſſa Aragonenſ. deciſ.* 60. *nu.* 19. *contra ponderationem Ricc. in coll.* 154. *in fin.*

39 Secunda concluſio *Pecch.* eſt, quod probatis minis illatis à marito, ſufficiat pro probatione metus, & ſi vltra non probetur maritum ſolitum fuiſſe manualiter illas exequi, ſed contra ipſum tenet *Natta in conſ.* 216. *vol.* 2. *Triuiſ. decis. Venet.* 40. *num.* 8. & ſic deciſum, & practicatum refert *Gamma in deciſ. Luſit.* 150.

40 Cæterùm pro iſta materia metus, quando non poſſit allegari pro cauſa ad reſciſſionem dat cautelam *Couar. in ſupra citato cap. quamuis, par.* 2. §. 1. *num.* 8. *verſic. ſic ſane videlicet*, vt fiat alienatio à muliere cauſa cognita, & coram iudice, nam eius præſentia facit ceſſare omnem metum, *Affl. deciſ.* 30. *nu.* 3.

41 Et quando actus inde voluntarius purget metum, *Menoch. in dict. præſump.* 226. *num.* 35. *Afflict. & ibi add. in dec.* 336. maximè in matrimonio, *Paſchal. de viribus patr. poteſt. d. cap.* 3. *par.* 3. *num.* 36. *& ſequen.* & de alijs ad materiam huius metus, ac purgationis ipſius, vide Cagnol. *& alios in l. omnibus cauſis. ff. de regu. iur.* Farinac. *in deciſ. Rotæ* Roman. 242. *&* 260. *& congerit Riccius in collect.* 154. 878. *&* 920.

## De exceptione rei iudicatæ.

### CAP. XIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Exceptio rei iudicatæ dicitur litis finitæ, & nu.* 3. *& impedit litis ingreſſum. nu.* 2. *quando reſeruatur ad merita. nu.* 4. *&* 5.

6 *Exceptio rei iudicatæ, vt procedat, quæ identitas requiratur?*

7 *Rei nomen quid ſignificat, & in terminis huius exceptionis, quando eadem res dicatur. nu.* 8. *quando diuerſa. nu.* 9. *&* 10.

11 *Cauſæ nomen quid ſignificat, & in*

*in terminis huius exceptionis, an ſit idem, ac modus explicatur num. 12. & modus quando idem, vel diuerſus dicatur. num. 13. & 14.*

15 *Exceptio rei iudicatæ, an obſtet agenti reali actione, ſi ſuccumbuerit in perſonali, quid è conuerſo? & ius ſuperueniens, an intelligatur deductum in iudicio reſpectu huius exceptionis. nu. 16. Quid in habente plura iura; & agente ex vno, an intelligatur renunciare alteri? nu. 17.*

18 *Perſona eadem dicitur defunctus, & hæres in terminis huius exceptionis. quid in Prælato reſpectu prædeceſſoris? num. 19. Quid in fideiuſſore reſpectu principalis? num. 20. Et quid in habente cauſam ab altero? num. 21. Et quid ſi tam in vna perſona idem ius attenderetur, quàm in altera? numero. 22.*

23 *Sententia, lata contra vnum quando officit tertio, an intelligatur etiam circa exceptionem rei iud. num. 24. & exemplificatur. nu. 25.*

26 Exceptio *rei iud. non reſultat à ſententia, appellatione pendente, fallit nu. 27. Item à ſententia, lata à Iudice incompetenti. nu. 29. Sed fallit nu. 30. Item ſi de ſententia eſſet commiſſa à Principe reuiſio. nu. 31. & in alijs remiſſiuè nu. 32.*

28 *Feudum conceſſum clerico cum clauſula, pro ſe. & ſuis hæredibus, extenditur ad agnatos.*

1 Vidimus de vna ſequitur videre de altera ſimilia, exceptione peremptoria litis finitæ, quæ dicatur rei iudicatæ; nam ex ea litibus finis imponitur. *Bart. in l. fin. ff. pro ſuo.* Et ideo ſi opponatur in iſtis
2 terminis, ideſt, ante litis conteſtationem, impedit progreſſum ad vlteriora in cauſa. *l. fundi, & l. fundum, cum concord. ff. hoc eodem tit.* & competit reo, quoties ab aliquo conuenitur de aliqua prætenſione, ſuper qua iam alias fuit lata ſententia tranſacta in rem iudicatam, quia tunc pro veritate habetur, *l. res iudicata, ff. de reg. iur.* & ideo de ea exclamat *Menoch. de arbitr. iud. caſ. 439. in princ. lib. 2.* dicens magnam eſſe huius exceptionis auctoritatem, & à Iudice ſatis conſiderandam, quod verum puto, ſi clara ſit, nam requirens maiorem indaginem, in praxi reſeruatur ad merita, *Præſ. de Franch. in deciſ. 289. num. 4. & 5.* ſed non reijcitur *Dec. in conſ. 445. num. 40.* niſi in dubio, ibi, *num. 44. Anna, all. 48. num. 24.*

5 Cuius exceptionis dubietas ex duobus reſultat, vel primò, quia dubitatur, ſi, vel ne ſententia fecerit tranſitum in rem iudicatam, puta, per non appellationem infra decem dies, vt in *cap. ad conſultationem, extra de re iud.* Vel ſecundò ſicut intellexit *Dec. in d. conſ.* dubietas eſt, quando ambigitur, an concurrat in illis tribus identitas, prout exigitur in iſta exceptione, videlicet, rei, cauſæ, & perſonarum. *l. cum quæritur, cum duab. l. ſeqq. ff. de except. rei iud.* ſuper quibus faciam quatuor conſiderationes, & me expediam de iſta materia, de qua vltra titulum particularem, colligit. *Ann. in ſing. 176. & all. 48. Ricc. in coll. 1058. par. 4. & alios quos pro materia allegat* Borrell. *in ſumma deciſ. de except. tit. 48. nu. 149. tom. 1.*

7 Prima conſideratio eſt circa rem; res enim eſt nomen generale, aptum comprehendere ius corporale & incorporale, & ideo ſi de alterutroque agatur, adhuc res dicitur, *Gloſſ. in §. omnium, vbi Iaſ. nu. 25. inſt. de actio.*
8 Sed quando quis videatur agere de eadem re, *Iuriſconſ. in l. de eadem re. ff. hoc eo. tit.* explicauit negatiuè, ibi, *Recteque ita definietur, cum demum de eadem re non agere, qui prorſus rem ipſam non proſequitur*; quaſi dicat à contra-

V rio

rio ſenſu ad differentiam ly (prorſus) quòd, quando quis agit ſuper aliqua re, licet diuerſa, attamen interpretatiuè dicatur eadem, ſit habile requiſitum ad iſtam exceptionem, & verificatur, ſi iddem ius diſcuſſum in primo iudicio, vel ab eo dependens, diſcutiatur etiam in ſecundo; nam tunc interpretatiuè eadem dicitur res, & ſi materia diuerla ſit, & conſequenter procederet iſta exceptio, ita punctualiter voluit *Paul. de Caſtr. in l. ſi quis cum totum, circa fin. ff. eod. quem ſequitur, & alijs corroborat Reg. de Pont. in conſ.* 49. *à nu.* 7. *& in conſ.* 90. *num.* 10. *& ſeq. vol.* 1. Et ita in praxi receptum fuiſſe teſtatur *in conſ.* 30 *num.* 2. *&* 3. *vol.* 2. exemplum eſt ſi peto fundum aliquo iure dominii, & ſuccumbo, ſi deinde eodem iure petam vſumfructum obſtat exceptio rei iudicatæ, & ſic è conuerſo *ad text. in l. ſi cum argentum, §. ſi fundum, ff. hoc tit. de except. rei iud.* nam licet de eadem re agere videatur, attenditur tamen ius, quod venit diſcutiendum, & ſic receptum in praxi in *Senat. Maced. eſt deciſio in Cod. Fab. tit. de re iud.* 19 *lib.* 9. *def.* 5. & latè exemplificat prædicta per exempla *Lanar. conſ.* 65. *num.* 5. *cum ſeq.*

9 Sic ex contrario dicimus, quod & res in ſecundo iudicio in indiuiduo deducatur, ac fuit in primo iudicio deducta, aliud tamen, & diuerſum ius veniat diſcutiendum, parum de identitate rei habetur ratio, & non obſtat iſta exceptio. exemplum eſt, ſi egi rei vendicatione ſuper fundo contra Titium, qui, ex quo non poſſidebat, fuit abſolutus, nunc iterum ago, quia inuenio ipſum poſſidentem, certe non repellor dicta exceptione, quia hoc ius poſſeſſionis tempore primi iudicii non erat in eſſe deductum reſpectu conuenti, & ſic nõ fuit diſcuſſum, *l. ſi à te, in prin. ff. eod. cũ alijs, ad hoc cumulat. per Tiraquell. de retract.* §. 8. *gloſ.* 5. *num.* 4. *de contractu li-*

10 *gnager.* Item obtinui ſententiam pro ſorte principali, abſque expreſſione fructuum, ſi ago ad fructus, reclamatione pendente perceptos, certè non repellar. *Reg. de Ponte in deciſ. Collater.* 32. multa enim diuerſa iura competunt pro dictis fructibus actori, & è cõuerſo reo, ad tradita per *Anna alleg.* 113. quæ non fuerunt diſcuſſa circa ſortem principalem, & quod dicitur iſtam exceptionem competere etiam pro acceſſoriis, intelligitur, quando idem ius militat in eis, ac in principali per prædicta.

11 Secunda conſideratio eſt circa cauſam, quæ licèt in effectu ſit idem, ac actio, *Iaſ. in §. ſupereſt. nu.* 20. *de actio.* eſt tamen nomen magis genericum, & poteſt ſumi pro ipſo modo agendi; ideo, ſi variatur etiam modus agendi, ad hoc propoſitum dicitur alia cauſa, & conſequenter ceſſat iſta exceptio, quòad hoc requiſitum: puta, ſi aliquid

12 propoſui in iudicio, per modum exceptionis, & ſuccumbui, & illud iddem deinde proponam per modum actionis principaliter. *Praſ. de Franch. in dec.* 289. *nu.* 2. & maximè ſi mutetur etiam finis. *Anna in alleg.* 49. *nu.* 16. *& ſeq.* & ſic receptum in praxi refert *in alleg.* 8. Itẽ ſi pretii rem ad me ſpectare, tanquam feudalem, & ſuccumbui; eandem deinde petam; vti allodialem, quia mutatur modus, non procedit iſta exceptio, *Capyc. in inueſt. feud. verſ. feuda allodialia col.* 1. *circa fin. mihi fol.* 42.

13 Quæ ſanè intelligenda ſunt, dummodò diuerſum ius diſcutiatur in ſecundo iudicio; quia, ſi idem, vel ab eo dependens, parum refert, mutare modum, & finem ad excludendam iſtam exceptionem, *Reg. de Pont. in conſ.* 8. *nu.* 24. *& ſeq. volum.* 2. ex cuius dictis infertur, *Paul. de Caſtr. in d. l. ſi quis cum totum*, generaliter fuiſſe loquutum, & non in ſuo caſu, vt falsò opinatur *Anna in d. all.* 8. *ſub. nu.* 14. imò non ſolùm

14 ſi in ſecundo iudicio diſcutitur iddem ius, iſta exceptio non procedit, vt ſupra dixi, ſed etiam, ſi ius forſitan diſcutiendum in eo amittat quodammodo vires ex deciſione primi iuris iam diſcuſſi, puta, ſi agatur remedio poſſeſ-

ſo-

ſorio *quorum bonorum* : nam tunc obſtabit exceptio rei iudicatæ in petitorio, per quod iam ius poſſeſſionis eliſum eſt, *Menoch. de adipiſc. poſſ. remed.* 1. *num.* 108. *& ſeq.*

15 Sed quid differat agere reali, vel perſonali actione, ad hoc, vt ſuccumbens in illa, quam intentat, poſſit agere ex alia, *tex. in l. an eadem.* §. *actione, ff. eo.* dicit, quòd in reali quis videtur deducere omne ius, adeo quòd, ſi ſuccumbat in vno, non poterit ex alio agere, ſecùs in perſonali, & ibi aſſignat rationem; hinc eſt, quod, ſi reus conuentus reali petat cauſam exprimi ab actore, percutit pedẽ ſuum cum lignone, dicit *Pract. Papien. ad hoc propoſitum in libell. ſuper act. reali, verſ. deducẽdo, cir-*

16 *ca princ.* Sed circa hæc, & quando etiam ius de futuro intelligatur deductum, vel quod ſuperuenit poſt litem conteſtatam, ad hoc, vt actor, ſi ſuccumbat, poſſit ex alia cauſa agere, *benè* Paul. *de Caſtr. in l.* 1. *de inſtit. & latè Rip. in cap. Eccleſia Sutrina, num.* 111. *&*

17 *ſeq. extra de cauſ. poſſ. & prop.* Et habens plura iura ad aliquid obtinendum, puta, in vxore, habente inſtrumẽtum dotale, & legatum, an vtens vno, videatur renuntiare alteri, adeo quod non poſſit amplius eo vti; *Benint. deciſ.* 72. determinat hanc quæſtionem.

18 TErtio conſideratio eſt circa perſonas, vt eædem ſint, non quidẽ in indiuiduo. & à parte rei, ſed interpretatiuè, quia lex nõ eſt impoſita verbis, ideo ſicut obſtat defuncto, obſtat hæredi, & è conuerſo. *l. ſi à te.* §. *Iulianus. ff. eodem.* Praſ. *de Francb. dec.* 179. *n.*

19 1. Sic diximus de Prælatis ſucceſſoribus, vt eis obſtet, ſicut & prædeceſſo-

20 ribus. *Reg. de Pont. in conſ.* 8. *nu.* 49. *vol.* 2. Sic in fideiuſſore, quando ſententia lata fuit cum principali, idem *Reg. in conſ.* 153. *num.* 5. *& ſequ. eod. vol.* 2. Et ge-

21 neraliter quando vnus habet cauſam ab alio, ſicut eius autori, ita ei nocet iſta exceptio, *benè Salyc. in l.* 1. *num.* 1. *ff. res int. alios act.* Et ideò emptori obſtat circa rem emptam, quando cum venditore fuit iudicatum, vt in *d.* §. *Iulianus*; non enim poteſt eſſe melioris cõditionis emptor, quàm autor ipſius, à quo ius in eum tranſit, *dixit tex. in l. in ijs.* §. 1. *ff. de regu. iur. ad hæc vide Alex. in l. ſæpè. num.* 66. *& ibi addit. ff. de re iudic.*

22 Vel ſecundò modo adhuc interpræ tatiuè eædem perſonæ cenſentur, licèt diuerſæ à parte rei ſint, quòad oppoſitionem huius exceptionis, videlicet, quando iſta exceptio deducitur à ſententia, lata cum legitimo contradictore non colluſiuè, & iddem ius iam diſcuſſum veniret deſcutiendum, *benè Regens de Pont. in conſ.* 71. *num.* 3. *vol.* 1. *& latè in conſ.* 137. *nu.* 13. *& ſequ. vol.* 2. *facit optimus tex. iuxta glo. in l. ſi cum vno, ff. eod.* vbi, licèt poſſim conuenire vnũ ex hæredibus, puta, ex cauſa depoſiti contracti cum defuncto, & ſi ſuccumbo, poſſim abſq; timore huius exceptionis agere contra cohæredem, *gl. tamen in verb. ageretur*, intelligit, & limitat, niſi vna fuerit cauſa defenſionis, & quoties vnus excluditur ab aliquo iure, puta, fideicommiſſi, ex vna cauſa, & teſtamẽto, & ex eadem cauſa, iure, ijſdemque teſtamenti verbis excludatur alter, iſte repellitur iſta exceptione rei iudicatæ ortæ, ex ſententia lata pro primo, maximè, ſi aliquo modo fuerit in iudicio præſens, & ſic deciſ. in Senatu Subaudiens. refertur in *Cod. Fab. lib.* 7. *de re iudic. definit.* 4.

23 Cæterum, deficiente identitate iuris, & cauſæ defenſionis in omnibus alijs caſibus, in quibus ſententia, lata contra vnum, nocet alijs, etiam non citatis, quos colligit *Alex. in d. l. ſæpè, de re iud. Couar. in q.* 13. *pract. q. Reg. Ron. in conſ.* 75. *vol.* 1. *& dicam infra in tit. de ſen-*

24 *tent.* non intelligitur reſpectu huius exceptionis, ſed quòad quale præiudicium, ideſt, facit quandam præſumptionem in fauorem illius pro quo lata fuit, vt aduertit *Couar. in d. q.* 13. *col.*

25 10. *ſub verſ. Cæterum.* Hinc eſt, quod ex quo ſententia facit notorium, *c. veſtra, de cohab. cler. & mulier. cum concord.* clarum eſt, quòd, ſi declarat, aliquem



Digitized by Google

tio ſenſu ad differentiam ly (prorſus) quòd, quando quis agit ſuper aliqua re, licet diuerſa, attamen interpretatiuè dicatur eadem, ſit habile requiſitum ad iſtam exceptionem, & verificatur, ſi iddem ius diſcuſſum in primo iudicio, vel ab eo dependens, diſcutiatur etiam in ſecundo; nam tunc interpretatiuè eadem dicitur res, & ſi materia diuerſa ſit, & conſequenter procederet iſta exceptio, ita punctualiter voluit *Paul. de Caſtr. in l. ſi quis cum totum, circa fin. ff. eod. quem ſequitur, & alijs corroborat Reg. de Pont. in conſ.* 49. *à nu.* 7. *& in conſ.* 90. *num.* 10. *& ſeq. vol.* 1. Et ita in praxi receptum fuiſſe teſtatur *in conſ.* 30 *num.* 2. *&* 3. *vol.* 2. exemplum eſt ſi peto fundum aliquo iure dominii, & ſuccumbo, ſi deinde eodem iure petam vſumfructum obſtat exceptio rei iudicatæ, & ſic è conuerſo *ad text. in l. ſi cum argentum*, §. *ſi fundum, ff. hoc tit. de except. rei iud.* nam licet de eadem re agere videatur, attenditur tamen ius, quod venit diſcutiendum, & ſic receptum in praxi in *Senat. Maced. eſt deciſio in Cod. Fab. tit. de re iud.* 19 *lib.* 9. *def.* 5. & latè exemplificat prædicta per exempla *Lanar. conſ.* 65. *num.* 5. *cum ſeq.*

9 Sic ex contrario dicimus, quod & res in ſecundo iudicio in indiuiduo deducatur, ac fuit in primo iudicio deducta, aliud tamen, & diuerſum ius veniat diſcutiendum, parum de identitate rei habetur ratio, & non obſtat iſta exceptio. exemplum eſt, ſi egi rei vendicatione ſuper fundo contra Titium, qui, ex quo non poſſidebat, fuit abſolutus, nunc iterum ago, quia inuenio ipſum poſſidentem, certe non repellor dicta exceptione, quia hoc ius poſſeſſionis tempore primi iudicii non erat in eſſe deductum reſpectu conuenti, & ſic nõ fuit diſcuſſum, *l. ſi à te, in prin. ff. eod. cũ alijs, ad hoc cumulat. per Tiraquell. de retract.* §. 8. *gloſ.* 5. *num.* 4. *de contractu li-*

10 *gnager.* Item obtinui ſententiam pro ſorte principali, abſque expreſſione fructuum, ſi ago ad fructus, reclamatione pendente perceptos, certè non repellar. *Reg. de Ponte in deciſ. Collater.* 32. multa enim diuerſa iura competunt pro dictis fructibus actori, & è cõuerſo reo, ad tradita per *Anna alleg.* 113. quæ non fuerunt diſcuſſa circa ſortem principalem, & quod dicitur iſtam exceptionem competere etiam pro acceſſoriis, intelligitur, quando idem ius militat in eis, ac in principali per prædicta.

11 Secunda conſideratio eſt circa cauſam, quæ licèt in effectu ſit idem, ac actio, *Iaſ. in* §. *ſupereſt. nu.* 20. *de actio.* eſt tamen nomen magis genericum, & poteſt ſumi pro ipſo modo agendi; ideo, ſi variatur etiam modus agendi, ad hoc propoſitum dicitur alia cauſa, & conſequenter ceſſat iſta exceptio, quoàd hoc requiſitum: puta, ſi aliquid

12 propoſui in iudicio, per modum exceptionis, & ſuccumbui, & illud iddem deinde proponam per modum actionis principaliter. *Praſ. de Franch. in dec.* 289. *nu.* 2. & maximè ſi mutetur etiam finis. *Anna in alleg.* 49. *nu.* 16. *& ſeq.* & ſic receptum in praxi refert *in alleg.* 8. Itẽ ſi pretii rem ad me ſpectare, tanquam feudalem, & ſuccumbui; eandem dein de petam; vti allodialem, quia mutatur modus, non procedit iſta exceptio, *Capyc. in inueſt. feud. verſ. feuda allodialia col.* 1. *circa fin. mihi fol.* 42.

13 Quæ ſanè intelligenda ſunt, dummodò diuerſum ius diſcutiatur in ſecundo iudicio; quia, ſi idem, vel ab eo dependens, parum refert, mutare modum, & finem ad excludendam iſtam exceptionem, *Reg. de Pont. in conſ.* 8. *nu.* 24. *& ſeq. volum.* 2. ex cuius dictis infertur, *Paul. de Caſtr. in d. l. ſi quis cum totum*, generaliter fuiſſe loquutum, & non in ſuo caſu, vt falsò opinatur *Anna in d. all.* 8. *ſub nu.* 14. imò non ſolùm

14 ſi in ſecundo iudicio diſcutitur iddem ius, iſta exceptio non procedit, vt ſupra dixi, ſed etiam, ſi ius forſitan diſcutiendum in eo amittat quodammodo vires ex deciſione primi iuris iam diſcuſſi, puta, ſi agatur remedio poſſeſſo-

ſorio *quorum bonorum*: nam tunc obſtabit exceptio rei iudicatæ in petitorio, per quod iam ius poſſeſſionis eliſum eſt, *Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 1. num. 108. & ſeq.*

15 Sed quid differat agere reali, vel perſonali actione, ad hoc, vt ſuccumbens in illa, quam intentat, poſſit agere ex alia, *tex. in l. an eadem. §. actione, ff. eo.* dicit, quòd in reali quis videtur deducere omne ius, adeo quòd, ſi ſuccumbat in vno, non poterit ex alio agere, ſecùs in perſonali, & ibi aſſignat rationem; hinc eſt, quod, ſi reus conuentus reali petat cauſam exprimi ab actore, percutit pedē ſuum cum ligno-ne, dicit *Pract. Papien. ad hoc propoſitum in libell. ſuper act. reali, verſ. deducēdo, cir-*
16 *ca princ.* Sed circa hæc, & quando etiam ius de futuro intelligatur deductum, vel quod ſuperuenit poſt litem conteſtatam, ad hoc, vt actor, ſi ſuccumbat, poſſit ex alia cauſa agere, *benè Paul. de Caſtr. in l. 1. de inſtit. & latè Rip. in cap. Eccleſia Sutrina, num. 111. &*
17 *ſeq. extra de cauſ. poſſ. & prop.* Et habens plura iura ad aliquid obtinendum, puta, in vxore, habente inſtrumētum dotale, & legatum, an vtens vno, videatur renuntiare alteri, adeo quod non poſſit amplius eo vti? *Benint. deciſ. 72.* determinat hanc quæſtionem.

18 TErtio conſideratio eſt circa perſonas, vt eædem ſint, non quidē in indiuiduo. & à parte rei, ſed interpretatiuè, quia lex nō eſt impoſita verbis, ideo ſicut obſtat defuncto, obſtat hæredi, & è conuerſo. *l. ſi à te. §. Iulianus. ff. eodem.* *Praſ. de Franch. dec. 179. n.*
19 *1.* Sic diximus de Prælatis ſucceſſoribus, vt eis obſtet, ſicut & prædeceſſo-
20 ribus. *Reg. de Pont. in conſ. 8. nu. 29. vol. 2.* Sic in fideiuſſore, quando ſententia lata fuit cum principali, idem *Reg. in conſ. 153. num. 5. & ſequ. eod. vol. 2.* Et ge-
21 neraliter quando vnus habet cauſam ab alio, ſicut eius autori, ita ei nocet iſta exceptio, *benè Salyc. in l. 1. num. 1. ff. res int. alios act.* Et ideò emptori obſtat circa rem emptam, quando cum venditore fuit iudicatum, vt in *d. §. Iulianus*; non enim poteſt eſſe melioris cōditionis emptor, quàm autor ipſius, à quo ius in eum tranſit, *dixit tex. in l. in ijs. §. 1. ff. de regu. iur. ad hac vide Alex. in l. ſæpè. num. 66. & ibi addit. ff. de re iudic.*

22 Vel ſecundò modo adhuc interpretatiuè eædem perſonæ cenſentur, licèt diuerſæ à parte rei ſint, quòad oppoſitionem huius exceptionis, videlicet, quando iſta exceptio deducitur à ſententia, lata cum legitimo contradictore non colluſiuè, & iddem ius iam diſcuſſum veniret deſcutiendum, *benè Regens de Pont. in conſ. 71. num. 3. vol. 1. & latè in conſ. 137. nu. 13. & ſequ. vol. 2. facit optimus tex. iuxta glo. in l. ſi cum vno, ff. eod.* vbi, licèt poſſim conuenire vnū ex hæredibus, puta, ex cauſa depoſiti contracti cum defuncto, & ſi ſuccumbo, poſſim abſq; timore huius exceptionis agere contra cohæredem, *gl. tamen in verb. ageretur*, intelligit, & limitat, niſi vna fuerit cauſa defenſionis, & quoties vnus excluditur ab aliquo iure, puta, fideicommiſſi, ex vna cauſa, & teſtamēto, & ex eadem cauſa, iure, iiſdemque teſtamenti verbis excludatur alter, iſte repellitur iſta exceptione rei iudicatæ ortæ, ex ſententia lata pro primo, maximè, ſi aliquo modo fuerit in iudicio præſens, & ſic deciſ. in Senatu Subaudiens. refertur in *Cod. Fab. lib. 7. de re iudic. definit. 4.*

23 Cæterum, deficiente identitate iuris, & cauſæ defenſionis in omnibus alijs caſibus, in quibus ſententia, lata contra vnum, nocet alijs, etiam non citatis, quos colligit *Alex. in d. l. ſæpè, de re iud. Couar. in q. 13. pract. q. Reg. Ron. in conſ. 75. vol. 1. & dicam infra in tit. de ſen-*
24 *tent.* non intelligitur reſpectu huius exceptionis, ſed quòad quale præiudicium, ideſt, facit quandam præſumptionem in fauorem illius pro quo lata fuit, vt aduertit *Couar. in d. q. 13. col.*
25 *10. ſub verſ. Cæterum.* Hinc eſt, quod ex quo ſententia facit notorium, *c. veſtra, de cohab. cler. & mulier. cum concord.* clarum eſt, quòd, ſi declarat, aliquem

dominum, poterit tunc exceptio dominij, probata per dictā ſentētiam, opponi aduerſus agētem, interdicto poſſeſſorio, vnde vi; vt optimè per *Menoch. in 1. remed. recuper poſſeſſ. q. 20. nu. 233. vel interd. vti poſſidetis, idem in 3. remed. retinen. poſſeſſ. quæſt. 80. nu. 685.*

26 VLtimò, pro coronide huius exceptionis eſt conſiderandum, quòd interdum, licèt concurrant dicta tria requiſita, videlicet, *rei, cauſæ, & perſonarum*, iuxta tradita, non per hoc procederet iſta exceptio, & primò ſi ſententia, primo loco lata, non feciſſet tranſitum in rem iudicatam, puta, per appellationem. *l. demum. C. de appell.* vel ex alio impedimento; nam tunc, licèt poſsit dici adhuc res iudicata, tamen minus propriè, nec ex ea reſultaret iſta exceptio, quæ prouenit ab auctoritate rei iudicatæ, ideſt, quando irreuocabiliter ſententia feciſſet tranſitum in rem iudicatam, vt explicat in terminis *Abb. in rub. de ſent. & re iudic. col. 2. ante num. 3.* propriè enim iudicatum dicitur, quando effectum eſt irreuocabile. *Cagn. & cæteri moder. in d. l. res iudicata, ff. de regul. iur.* Sed hoc limitarē,
27 quando ſententia de ſui natura non feciſſet tranſitum in rem iudacatam in caſibus, *not. per Ricc. in coll. 732. par. 3.* nam tuuc adhuc res iudicata diceretur ad hoc propoſitum; nam intelligē-
28 da eſt eo modo, quo poteſt; ſicut dicimus de feudo, conceſſo clerico pro ſe, & ſuis hæredibus, vt intelligatur de agnatis, quia clericus non poteſt ſecundum ordinem habere ſuos hæredes, qui ſunt filij *Bal. in cap. naturales, ſi de feud. fuer. controu. quem allegat Capyc. in inueſt. feudali, verſ. feudorum clauſula, fol. 39. col. 2. verſ. vocat autem, &c.*

29 Secundò non procedit iſta exceptio; quando deducitur ex ſententia, lata à Iudice incompetēti, *Menoch. in tract. de arbitr. iud. caſ. 434. lib. 2.* Et ſic ſententia, lata contra clericum in foro tēpo-
30 rali, nō obſtat in eccleſiaſtico, niſi clericus ſpōtè comparuiſſet coram laico, & conueniſſet etiam alium clericum quia tūc in ſuo foro obſtabit exceptio iſta ex dicta ſententia, vt deciſum refert *Thom. Triuiſ. in deciſ. Venet. 17. lib. 1.*

31 Tertia fallentia eſt, quando ſupplicatur Principi, quod non obſtante iſta exceptione, committat reuiſionē cauſæ, qui certioratus de illa committat cauſam cum clauſula, *ius, & iuſtitiam faciat*, prout concludit *Menoch. de arbitr. iud. q. 52. lib. 2.* dummodò ſit Prin-
32 ceps, ſuperiorem non recognoſcens, de quo, & alijs fallentis colligit *Ricc. collect. 998. par. 4. & vide alia per Menoch. in d. caſ. 439.*

## De iure reconueniendi

## CAP. XIV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Reconuentio, quid intereſt, vt fiat in litis, conteſtatione, & de materia remiſs. n. 2.*

*Reconuentio procedit, ſi fiat coram Iudice conuentionis, etiam deputato ad perſonam agentis tantùm. num. 4. vel incompetens. nu. 6. Quid in arbitris? n. 5. Quid ſi tendat ad diuerſam rem, quàm ad deductam in conuentione? n. 7. & 14.*

8 *Iudex, habens arbitrium in conuentione, an illo vtatur in reconuentione?*

9 *Reconuentio an procedat contra minorem agentem iudicio poſſeſſorio, quid ſi eſſet renuntiatum liti ab actore? nu. 10. Et in alijs caſibus numeratis, n. 11. 12. & remiſs. 15.*

13 *Reconuentio non procedit contra agentem nomine alieno, puta, in Prælato nomine eccleſiæ, & refertur deciſio, & extenditur. n. 14.*

Poſt-

POſtquam reus oppoſuit exceptiones, de quibus ſupra, & ſuccumbit, debet diligenter pro-
1 ſpicere, ſi habeat aliquod ius contra eundem autorem, vt ipſum poſſit reconuenire, & iſta dicatur mutua petitio, de qua in *Canon. adeſt. titulus de mut. petit.* quod ſi fecerit in iſtis terminis, ideſt, ante litis conteſtationem; releuabitur, nam Iudex dabit terminum in vtraque cauſa, & ſi vnico contextu ęqualiter inueniet proceſſum compilatum, ſuper vtraque pronuntiabit, vt aduertit *additio ad Marant. in ſpec. par. 4. diſt. 6. tit. an iudex ſit conuen.* vel è cōtra, vbi latiſsimè de iſta materia, & *Muſcatell. in prax.* & ante eos latiſsimè *Specul. in tit. de recōuen. plenè DD. in d. tit. de mutuis petit. vbi Marian. Socin. ſen. & ſignanter ſuper tex. in cap. ex literis DD. verò ciuil. in Auth. & conſequenter, de ſenten. & interloc. vbi nouiſſimè* Riccius *collect.* 112. *par.* 1. *&* 1159. *par.* 4. ego tamen pro maiori intelligentia faciam duo notabilia.

3 PRimum erit circa ampliationem, & præcipuè, quòd hoc ius reconueniendi poteſt intentari coram Iudice conuentionis. *iuxta l. 2. §. ſed & ſi a-*
4 *gant. ff. de iudic.* & procedit recōuentio, etiam ſi dictus Iudex eſſet electus, & deputatus tantum ad perſonam agentis ex ſtatuto, ad quod inducit *gloſ. in cap. 1. de contron. feu. apud patr. term. Bal.*
5 *ibi num.* 5. Niſi poteſtas eſſet tributa ab eiſdem partibus, vt in arbitre *cap. con-*
6 *ſtitutus, extra de arbitr.* Item procedit ſi eſſet penitus incompetens agentis, & conuerſo, puta, ſi laicus conueniret clericum coram eccleſiaſtico, *Bal. vbi ſupr.* vel clericus conueniat laicum coram laico, & ſic poſt *Afflict. in dec.* 174. *ſeruari in praxi teſtatur* Praſ. *de Franch.*
7 *deciſ.* 193. Item hoc ius procedit, ſi reconuentio fiat pro re deducta in conuentione, vel, diuerſa, *Guid. Pap. in conſ.* 183. *iuncta doctrina Praſidis in d. deciſ. nu.* 4. Item Iudex, ſi arbitrium habeat in cauſa conuentionis, illo vti poterit in cauſa reconuentionis, *Menoch. de arbitr. iud. q.* 44. *lib.* 1. quod intelligitur iuxta eius declarationes.

9 SEcundum notabile erit circa limitationem, pro qua conſtituo regulam, quod in omnibus caſibus in quibus agitur Iudicis officio non habet locum reconuentio, vt nota *gloſ. in l. ſed & ſi reſtituatur, ff. de iudicijs* vt practicamus in apoca Banci recognita, vel probata per teſtes, prout in ſimili teſtatur *Auend. de exeq. mand. p. 2. c. 30. nu.* 6. Item non procedit hoc ius, quando ſolus minor agit iudicio poſſeſſorio, vt dixi in *tit. de actore*, niſi agat, cum tutore. vel curatore, *Abb. in c. dilectus, num.* 9. *de arbitr. de quo adeſſe tex. ſing. ſecundū intellectum gloſ. & aliorum in l. fin.* C. *qui leg. perſ. ſtat. in iud. teſtatur* Couar. *var. reſol. cap.* 5. *ſub num.* 8. *lib.* 9. & quod indifferenter agens ſpolio poſſit eodem iudicio ſpolij reconueniri, concludit ex multis *Valaſc. conſult. Luſit.* 88. *per to-*
10 *tum.* Item non procedit, quando eſſet renuntiatum liti ab actore; ſecùs verò poſt, & ita intelligendum eſſet *d. deciſ. Afflict. in* 2. *dub. refert Praſ. de Franch. in*
11 *deciſ.* 349. Item non procedit, quando petitur aliquid non in forma iudicij, puta, ſi petitur aperiri teſtamentum, &
12 ſimilia, *Bald. in d. cap.* 1. *ſub num.* 6. Item ſi agitur ciuiliter, & reconuentio fiat pro cauſa criminali, *Paul. de Caſtr. in d. §. ſed, & ſi agant, de quo latè Maran. vbi ſupra, quaſt.* 6. Item in Iudicio liquidationis Inſtrumenti In quo non datur reconuentio, quia eſt iudicium in quo Iudici nihil ſupereſt agēdum quia terminatur executione parata propter rigorem ritus, & ſic fuit ſeruatum, in S. C, referente doctiſsimo & integerrimo Conſil D. Gaſpar de Soto in cauſa V. I. D. Tiberij Mareſca cùm D. Laurenſio Manca penes Act. Speram de qua deciſ. nouiſsimè *Regens Merlinus in qq. Forenſ. c.* 24. *lib.* 2. Sed aduerte quod, ſi in d. Iudicio liquidationis fuerit inſtatum pro liquidatione expenſarū tunc poterit fieri reconuentio & erit damnus terminus ſuper ea quia tunc ſupereſt Iudici agendum, pro vt Fu-

Fuit deciſum in eadem cauſa in fauore dicti V. I. D. Tiberij, qui reconuenit pro patrocinio dict. D. Laurentium, & fuit datus terminus ſuper reconuentione, non obſtantib. oppoſitis *per d. D. Laurentiũ, decretum eſt in eodem proceſſu.* & tandem non procedit, quando quis agit nomine alieno, & hoc ius intẽtaretur pro re propria, puta, in Prelato, agente nomine Eccleſiæ, quia tũc non poterit recõueniri pro debito proprio, *Anto. in c. cùm olim, de teſtib. Mariã. Socin. in d. cap. ex literis, art. 5. col. 2. & ſic deciſum fuit in Sac. Conſ. iunctis aulis, referente* Reg. *Conſiliario Aquiros pro Epiſcopo Nicotera contra Siſcharos, & Principiſſam Scyllæ penès Vaſſallum, nunc de Gal-*
14 *terio*, & hoc extende etiam pro fructibus, ſeu cenſibus decurſis in præbenda, qui applicarentur Prælato agenti, *vt in eadem cauſa fuit deciſum* Item contra conuentum virtute capitulorũ Regni, vt actor releuetur à turbatione, & violentijs quæ de facto fiunt præſens reſpectu rei poſſeſſæ non datur reconueſio, quia tunc non proceditur in forma iudicij ſed per viam extraordinariæ cognitionis, *Praſ. de Franch. deciſ.* 193. *n.* 2. *Anno ſingul.* 432. *Reg. Tap. in lib.* 3. *Iur. Reg. quando* R*ex inter Eccleſ.*
15 *perſonas &c. nu.* 12. alias limitationes in quibus reconuentio non procedat, *colligit* Ricc. *in coll.* 1159. *par.* 4.

## De iure laudandi in Autorem.

### CAP. XV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ius laudaudi in autorem, quid operetur, & quo tempore ſit proponendum? num. 2. 3. & 4. & de materia. n. 5.*

6 *Denuntiatio requiritur, vt ius laudandi in actorem procedat, & quid ſi fiat pupillo, non habenti tutorem, nu. 7. Vel principali, vt noceat fideiu. n. 8*

9 *Denuntiatio non requiritur, quando eius facultati eſt renuntiatum. Quid ſi habeatur aliunde notitia litis motæ? nu. 10. Quid ſi conſtet euidenter de iuſtitia euincentis, nec aliqua potuiſſet ab autore defenſione elidi. n. 11.*

12 *Euictio aut prouenit ex natura contractus, aut ex conuentione, explicatur. n. 13. & 14.*

15 *Euictio proueniens ex natura contractus, vel ex ſtipulatione in quo differant circa æſtimationem rei euictæ, n. 16. & 17.*

18 *Euictio qualiter conſideretur in contractu dationis in ſolutum, & quonam tempore contractus in æſtimatione attendatur, & an poſſit agi primitiua actione. n. 19.*

20 *Cautela reſeruationis iurium, quæ adhibetur in datione in ſolutum, & quid operatur, vt in caſu euictionis, agi poſſit primæuo iure. n. 21.*

22 *Euictio, generaliter promiſſa, quid operetur, & remiſsiuè. n. 23.*

24 *Specialis promiſſio euictionis, vt hoc ius operetur, quando, & in quibus caſibus requiratur, vide num. 24. 25. 26. & 27. Et euictio, promiſſa limitatiuè de aliquibus perſonis vel caſibus, latè explicatur, nu. 28. 29. 31. & 32.*

30 *Clauſula, in venditione oppoſita, videlicet,* ſicut tenet, & poſsidet, *quid operetur circa euictionem?*

33 *Euictio quando debeatur à vendente rem nomine alieno.*

34 *Euictio debetur à marito propter rem dotalem, ab ipſo venditam vnà cum vxore, etiamſi contractus venditionis declaretur nullus, nu. 35. & quando. n. 38.*

39 Eui-

Digitized by Google

39 *Euictio an operetur contra hæredem vendicantem rem venditam ab eius defuncto, proprio nomine, & quid tunc operatur inuentarium. numero 43.*

40 *Regula, quòd perſona vendentis, & hærendum intelligatur ſemper incluſa in promiſsione euictionis, explicatur. n.41. & 42.*

44 *Euictio, an debeatur à debitore de re vendita ad inſtantiam Iudicis pro executione ſententiæ?*

45 *Creditor vendens pignus iure creditoris, an teneatur de euictione? Et quid ſi ſciat non habere hypothecam? n.46. Vel venditio eſſet facta ſub haſta? n.47.*

47 *Ius laudandi in autorem releuat cõuentum, vt habeat terminum ad denuntiandum, & in alijs. nu.49.50. 51.60.61. & 62.*

52 *Emptor, pendente cauſa euictionis, an teneatur ſoluere pretium, ſi ab emptore offeratur cautio, & qualiter illam præſtare teneatur. n.53. & quãdo ſufficiat iuratoria cautio n.54. & praxis circa hoc enuntiatur. n.55. Et ſatiſdatio, an debeat dari, etiam pro pretio ſoluto. n.56.*

57 *Cautela pro ſecuritate euictionis eſt, vt de pretio fiat emptio, & quid operetur & in dubio, vbi ſit facienda. n. 58. & 59.*

63 *Euictio qualiter conſideretur in re feudali, explicatur.*

64. *Autor laudatus reſtituendo rem euictam cum interreſſe, non deterioratam, an à reliquis ab euictionis vinculo dependentibus liberetur, & quando, declaratur, n. 65.67.*

66 *Anna in ſingul. 374. explicatur.*

1 INterdum conuenitur aliquis reus ſuper re, de qua habet regreſſum pro euictione contra eius authorem, ideſt illum, à quo cauſam habet, & tunc vtendo iſto iure, & ſic laudando ipſum in authorem, erit ipſe Author obligatus ſubire onus iudicij; & defendere reum, alias ſi ſequatur euictio per ſententiam executam, *iuxta text. in l. habere licere. ff. de euictio.* tenebitur reſtituere pretium receptum, & quod intereſt, ſi res euicta permanſiſſet penes reum, cum omnibus damnis, iuxta diſpoſitionem *tex. in l. venditor. ff. de euiction. l. ſi controuerſia.* C. *eo. cum*
2 *concord.* Et licet poſsit reus hoc ius, proponere in qualibet parte iudicij, tutius tamen erit in iſtis terminis, ideſt, ante litis conteſtationem; primò ad remouendam difficultatem, an euictio debeatur ex cauſa lucratiua, puta, in legatis; quo caſu debet proponi ante litis conteſtationem, ex *tex. vbi Bar. in l. qui concubinam. §. ſi heres ff. de leg. 3. Benedict. Capr. in eius reg. 107. ſub nu. 24.*
3 *verſ. & nota.* Secundò ad remouendũ dubium, ne autor dicat, quòd, ſi fuiſſet requiſitus ab initio iudicij, & ſic in litis conteſtatione, vtique defendiſſet reum, quia tunc habebat defenſiones, & iura, quæ nunc ſunt perempta, *arg. tex. in l. multum intereſt.* C. *ſi quis alteri,*
4 *vel ſibi.* Tertiò, quia commodius poterit compilari proceſſus, contra ipsũ autorem, quem ſi taliter reperiat Iudex tempore expeditionis, vnica ſententia condemnabit dictum autorem pro euictione prædicta, vt eſt diſpoſitum per *Reg. pragm. incip.* dubitationẽ *quæ eſt ſecũda ſub tit. de dilation. in nouiſſ.* de qua etiam meminit *Maran. in ſpecul.*
5 *6. par. 4. membr. num. 8.* vbi diffusè de iſta materia, & latius *DD. in ff. & Cod. de euict. & in titul. de pericu. & comm. rei vend. colligit* Ricc. *in collect.* 28. & 91. *par. 1. & 382. par. 2. Thor. in compend. dec. verſic. euictio. tom. 1. Surd. deciſ.* 290. & ibi an datur ſuper contractu emphyteutico, ego tamen ipſam, quatuor conſiderationibus expendam.

6 Pri-

6 PRima cõſideratio eſt, quod vt hoc
ius operetur, requiritur præciſe
denuntiatio facienda dicto autori, cer-
tiorandi cauſa ipſum de lite mota, *d.l.*
*venditor*, *& cap. fin. de empt. cum concor.*
in ſpecie formando libellum contra
ipſum, vt docuit *Capyc. in deciſ.* 106.
*num.* 2. *& Theſaur. in deciſ.* Pedem. 218.
7 quæ denuntiatio poteſt fieri etiam pu-
pillo, & ſi tutorem non habeat, *Aret.*
8 *in conſ.* 26. *num.* 1. & ſi fiat principali,
ſufficit, vt noceat fideiuſſori. *l. autore*,
C. *eod.* & res eſſet legitime empta ab
Eccleſia, vel Monaſterio, tunc denun-
tiato ſufficit fieri Epiſcopo, vel Abba-
ti. *arg. tex. in l. ſi dictum in fine, ff. de euict.*
*ſecundum Bartol. de Capua in ſingul.* 66.
& quod non ſufficiat fieri procuratori,
etiam generali, ſed debet fieri domi-
no qu ando eſſet præſens, tenet *Rebuff.*
*ad gall. conſtitu. dilat. act.* 5. *gl. vnica, num.*
31. *&* 32. *tom.* 3.
9 Sed multi ſunt caſus, in quibus non
requiritur denuntiatio, & conſequen-
ter, ſecuta euictione, condemnatur
auctor ad euictionem, & ſignanter
quando denuntiandi facultas eſt in
inſtrumento renuntiata. *Bald. in l.* 1. *C.*
*de per. & comm. rei vendi. Gomeſ. var. re-*
*ſolut. tit. de empt. & vend. mihi fol.* 81. *col.*
10 2. *in princ. verſ. item addo, quòd iſta.* Item
ſi aliunde de mota lite auctor habeat
certam notitiam, *latè Gamma, deciſ.* 29.
puta, ſi fuerit præſens in loco iudicij,
*Alex. in l. non ſolùm, §. morte, col. pen. num.*
48. *de nou. oper. nunt.* vel ſi ſpontè penes
acta iudicij cõpareat, vt loquitur *Capyc.*
11 *in deciſ.* 106. *num.* 3. Item quando no-
toriè conſtat de iuſtitia euictionis ſecu-
tæ, adeo quod nequeat dictus auctor
oſtendere, vel allegare iura, & defen-
ſiones, ex quibus nec potuiſſet euita-
re euictionem. *Alex. in d. §. morte. num.*
47. *Aym. conſ.* 83. *nu.* 6. *Gomeſ. vbi ſupra*,
*verſ. item cauſa. Rip. in l.* 2. *§. voluntate.*
*num.* 17. *ſol. matr. Iaſ. in l. domus. §. de*
*euictione. num.* 14. *de leg.* 1. *Couar. var.*
*reſol. cap.* 17. *num.* 6. *lib.* 3. *& ſic Surd. dec.*
22. quotidie ſeruatur in praxi, & de-
ciſum in Sac. Conſ. *refert Affl. in cap.* 1.
*num.* 21. *tit. de contr. inter vaſſ. & alium*
*de ſenet. quem in alijs allegat de marino con*
*tr. quot. lib.* 1. *cap.* 108. *num.* 4. *&* 5.
12 SEcunda conſideratio eſt circa mo-
dum, quo debetur euictio, à quo
hoc ius dependet, nam aut prouenit
à natura contractus, aut promittitur in
ſtipulatione; pro primo caſu ſunt exẽ-
pla in contractu venditionis. *l. non du-*
*bitatur. C. eod.* & huic ſimilibus, vt eſt da-
tio inſolutum. *l. prædium. C. eod. permu-*
*tatio. l. permutationis* C. *eod.* diuiſio, quæ
permutationi comparatur. *Peregr. de fi-*
13 *deicom. art.* 52. *num.* 53. *& ſimil.* Cæte-
rùm, quando contractus naturæ illam
non parit, debet expreſsè promitti, vt
in alienatione feudi. *cap.* 1. *de inueſt. de*
*re alien. facta.* ſic in donatione inter vi-
uos, vel cauſa mortis. *l. Ariſto. ff. de don.*
*vbi DD.* Sed quid ſi eſſet donatio re-
muneratoria, & qualiter eſſe debeat,
vt euictio debeatur? *explicat Reg. de*
*Pont. in conſ.* 59. *nu.* 22. *volum.* 1. *Loffred.*
*in cap. ſi Titius, ſi de feu. defunct. mil. cum*
*alijs alleg. per Thor. in compend. dec. verb.*
*euictio, an debeatur in donatione. tom.* 1.
14 quid in legatis? *vide tex. in l. q. concubi-*
*num. §. ſi hæres, de leg.* 3. *& in l. ſi domus.*
*§. de euictione, de legat.* 1. *cum concord.*
*add. per Bald. in eius marg. verb. euictio*,
*verſ. interdum*, vbi vide remiſſiuè circa
euictionem in alijs contractibus.
15 Sed hic eſt ſciendum, quòd ſatis in-
tereſt, quòd euictio proueniat à natu-
ra contractus tantum, vel ſit deducta
in ſtipulatione, nam primo caſu, ſi res
euincatur, ex quo agitur pro ea actio-
ne empti, æſtimatio rei euictæ fit attẽ-
to tempore ſecutæ euictionis, adeo,
quòd, ſi plus, vel minus valeat, quàm
ſit empta ad illud poſsit agi, author
eſt *Paul. de Caſtr. in l. Titius cùm decede-*
*ret. nu.* 3. *ff. de act. empt. Salycet. ibid. verſ.*
*item nota ex lege denique. vide tex. in l.*
*euicta, la ſeconda, ff. eod. vbi gloſ. Peregr. in*
16 *d. art.* 52. *num.* 55. & ideò *in cauſa Ioan.*
*Antonij de Tribuno cum Vincentio Gaſpa-*
*rino, fuit in Sac.* Conſ. *deciſum, referen-*
*te Conſl. Scalaleone, vt quò ad euictio-*
*nem, & valorem rei euicta attendatur tẽ-*
*pus*

Digitized by Google

*pus ſecuta euictionis, anno* 1575. *Act.* Ciniſella, *nunc de Mondellis*.

17 At ſi promiſſa eſſet euictio in ſtipulatione, & conſequenter ageretur pro illa ex ſtipulatu, tunc æſtimatio fieret, attento tempore contractus, *ita glo. in l. ex mille. ff. eod.* & iſtam diſtinctionem eſſe veram fatetur *Praſ. de Franch. in deciſ.* 297. *& Reg. de Pont. in conſ.* 64. *num.* 20. *&* 21. *vol.* 2. & ſic in dies ſeruatur, licèt de rarò accidat iſta difficultas, attenta forma euictionis, qua in Regno periti Notarij vtuntur, *Praſes, vbi ſupra in finalibus verbis*.

18 Dubium tamen eſt, quid in datione in ſolutum? *& Reg. vbi ſupr. num.* 26. dicit, quòd, euicta re, data in ſolutum, agitur pro euictione vigore vltimi cōtractus, vel ad repetendam quantitatem, pro qua fuit facta datio, vel ad quanti intereſt, de quo aſſerit eſſe caſum in *l. eleganter, ff. de pignor. act.* & cauillari non poſſe, ſed agi actione ex empto, quia ipſa datio, venditio æſtimatur fictione iuris, vt per *DD. in d. l. eleganter*, & benè explicat *de Mauro in alleg.* 37. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. & ſic ly (quod intereſt) refertur ad tempus euictæ rei,
19 attenta ſupradicta diſtinctione. Sed an tunc poſſit agi primæua actione, vel contractu pro euictione (quod poſſet eſſe vtile propter fideiuſſores, forſitan ibi datos, ac propter anteriora iura) diſputat Bartol. *& DD. in l. ſi quis aliam,*
20 *ff. de ſolution.* hodie tamen communiter adhibetur cautela, & conuenitur expreſsè in datione in ſolutum, quòd primæua iura in quolibet caſu euictionis, & nullitatis, ſint intacta, & illæſa, de qua meminit *Bart. in d. l. non ſolùm poſt gloſ. quā ſequitur Praſ. de Franch.*
21 *in deciſ.* 50. *nu.* 2. & ſic quando in cauſa iudicati ſit datio in ſolutum, & reſeruantur dicta iura, euicta re, exequitur ſententia, & ideò benè faciunt notarij, opponendo dictam clauſulam, vt dicit *Pract. Papienſ. in for. lib. in act. hypot. verſ. ſatisfacere, in fin.* nam eſt ſatis vtilis, vltra prædicta, ad remouendum circuitum, cùm non ſit neceſſe interloqui facere ſuper inualiditate dationis; euicta re, prout in dies ſeruatur in praxi, & eſt notabile.

22 Item in iſta ſecunda conſideratione ſatis intereſt notare modum, quo promittitur euictio, videlicet, generaliter illis verbis (*qualitercunque, & quomodocumq; ab omnibus, & quibuſcunque perſonis, &c.*) Nam tūc operatur, quòd debeatur euictio etiā in caſu, quo regulariter non veniret; puta, ex facto emptoris, ſi compromiſerit ſpontè litē, & res mediante laudo euincatur, vt explicat *glo. in l. cum pœna. ff. de arbitris. Alex. in conſ.* 4. *vol.* 3. *& conſ.* 102. *num.* 5. *vol.* 6. *Couarr. var. reſol. d. cap.* 17. *verſ. ſe-*
23 *ptimum dubium eſt*, de quo, & de alijs effectibus, vide *Seſſ. Aragon. in dec.* 14.
24 Sed iſta promiſſio euictionis quantūcumque generalis ſit, non comprehendit quoſdam caſus, in quibus de ſui natura venit euictio, niſi ſpecialiter in eum caſum ſtipuletur, puta, ſi ematur, vel diuidatur res ſubiecta fideicommiſſo, & ſimilibus, *Peregr. in d. artic.* 52. *num.* 69. *quem ſequitur Seſſ. in d. deciſ.*
25 *nu.* 12. Item dicimus de illo, qui ſcienter eſt inueſtitus feudo alieno, vel alteri obligato, qui tunc demum pro euictione poterit agere, ſi ſpeciali pacto de illa ſibi in inueſtitura proſpexiſſet, *Andr. in cap.* 1. *ſi pro feud. vaſſ. in prin. Pract. Papienſ. in libell. ad reſtit. feud. verſ. nec ſuperſtitibus. num.* 23. Capyc. *in inueſt. feud. verſ. feudorum euictionem lim.* 1. Quod quidem ſane intelligatur *ex Andr. in cap.* 1. *de inueſt. de re alie. fact.* videlicet, ſi feudum recipiatur ab illo, qui poterat infeudare, ſi eſſet ſuum. *Secus ſi emeret ſcienter ſine conſenſu Domini ab illo, qui non poterat vendere. l. prohibente, nam tunc non ageret etiam ſi ſpecialiter*
26 *conueniſſet*; hæc ille. Item generaliter promiſſio euictionis nō operatur, quādo ſequitur vigore ſtatutis, puta, in materia retractus, vt ex *Tiraq. deducit Seſſa vbi ſupra, & Phan. de inuent. par.* 7. *num.* 219. quod ſatis hodie in Regno viget in praxi reſpectu iuris congrui, quo caſu non poteſt agi pro euictione,



Digitized by Google

*Seſſ. Vbi ſupra .*

27 Item in generali euictione non comprehenditur caſus, quando res euincitur iuſſu Principis, niſi in hoc caſu ſpecialiter fuerit promiſſa, *iuxta tex. in l. Lucius. ff. eo. de cuius materia Ang. in l. 1. not. 2. C. de per. & com. rei vend. Rol. à Vall. in conſ. 45. col. 1. & 2. vol. 3 latè Ca-*
28 *cheri deciſ. Pedem.* 48. Item ſatis notabilis eſt, quòd ſpecialis promiſſio euictionis in aliquo caſu tantum, vel perſonarum operatur, quod etiam quomodocumque ſequatur, præter caſus expreſſos non debeatur, non ſolùm, quòad intereſſe, ſed neque, quòad prætij reſtitutionem, prout de communi teſtatur *Gomeſ. in d. tit. de empt. & vend. ſub num. 39. fol. mihi* 182. *à ter. col. 1. in fi. & ſequent. verſ. ſecus ſi particulare.*

29 Sed contrarium defendit *Couar. in d. cap. 17. num. 2. verſ. quòd, ſi in ſpecie, &c.* dicens iſtam particularem promiſſionẽ operari ſolum reſpectu intereſſe, ac aliarum, quæ in euictione veniunt; ſecus, quòad prætij reſtitutionem *per tex. expreſſum in l. emptorum §. fin. de act. empt.* quod ego quidem confirmo, ſi dolosè venditor, ſpecificauit perſonas, vel caſus, ſciens indubitanter fore euincendam ab alijs, vel quia erat res aliena, vel alteri obligata, vt probatur expreſsè per *tex. in l. venditorem. §. in præſcriptis, ff. de action. empt. vbi gloſ.*
30 ex cuius diſpoſitione etiam deducitur, quòd, vendens rem cum clauſula (*Sicut tenet, & poſſidet, nec aliter, &c.*) adhuc tenetur de euictione rei, quam ipſe ante venditionem dolosè diſtraxerat, vt deducit *Bart. in l. quæro. ff. de act. empt. & latè defendit Guliel. de Benedict. poſt repet. cap.* Raynutius, *in quæſt. de vendit. per tot.* hinc dicimus quod dolus rũpit pactũ *arg. tex. in his terminis in l. tenetur §. fin. ff. de action. empti.* & propterea vendens equũ morboſum, cum pacto expreſſo, quod non vult teneri de aliquo morbo, cum illis verbis per ſacco de oſſa rotta, adhuc tenetur de morbo occulto, noto eidem *vendit. Surd. conſ. 36. num. 10. medic. examin. 26. n. 35. cum ſeq.*

31 Cęterum quando abeſt dolus, ſaltem pręſumptiuè, admitto communem, puta, ſi non interuenit iuſtum prætium, ſed modicum, tunc enim videtur periculum euictionis in alijs caſibus, quàm ſpecificatis compenſatum cum mediocritate prætij, & in iſtis terminis
32 conſuluit *Natt. in conſ.* 181. Item quid operatur ſpecifica promiſſio euictionis de iure & de facto, *vide Felyn. in cap. cauſam, quæ. num. 22. de reſcript. & Bald. in l. expulſos. C. ſi quis alteri, vel ſibi* vbi vide, quod non operatur, quando quis violenter eſt expulſus à poſſeſſione rei venditæ.

33 Tertia conſideratio eſt circa perſonam vendentis, & alienantis; nam ſi erit procurator, tutor, vel maritus, & vendant rem principalis, & pupilli, vel vxoris, in tantùm euictionis vinculo aſtringuntur, in quantum proprio nomine illam promittunt, vt ad-
34 uertit *Boer. deciſ.* 80. Dubium tamen eſt in marito, alienante rem dotalem inſimul cum vxore, & promittente euictionem inſolidum, & proprio nomine, an teneatur de euictione? *Tiraq. tenet, quòd ſic de retract. lignager. §. 34. gloſ. 1. n.*
35 *2. & 3.* quod procedit etiam ſi deinde dictus contractus, mediante ſententia, ex aliqua cauſa declaratur nullus, vt tenet, & deciſum refert in Sac. Conſ. *Vrſill. ad Afflict. dec.* 278. *col. fin.* Et licèt repugnet dictum *Bald. in cap. 1. §. 1 in fin. de probib. feud. alien. per. Feder.* dicens, quòd ſtipulatio euictionis non tenet, quando contractus, eſt nullus; reſpon-
36 det tamen *Vrſill. ibid.* Sed vltra ipſum aduerto, quod hæc regula militat, & ſic intelligenda ſunt adducta per *Vrſillum,* videlicet, quod nullitas contractus nõ proceſſit ad inſtantia eiuſdem viri, ſed vxoris, vel alterius, tunc enim certum eſt, virum alienantẽ teneri de euictio-
37 ne, *& ideo in Sac. Conſ. mediante diffinitiua ſententia, referente meritiſſimo Domino meo, Conſiliar. Petro Antonio Carauita, in cauſa Tyberia de Georgio, cum Ioſeph de Virgilio, fuit ad inſtantiam dicta Tyberia declaratus contractus emptionis,*

Digitized by Google

*nis, facta à dicto Ioſeph cuiuſdã ruris nullus, & eadẽ ſententia fuit cõdemnatus pro euictione Alphonſus de Martuccio, auctor laudatus qui ſimiliter vendit cum vxore,*
38 *anno 1620. penes de Scaccianento.* An ſi idem vir comparuiſſet in dicto iudicio, & inſtetiſſet pro declaratione nullitatis contractus, prout ei permittebatur, vt dixi ſupra in *tit. de actor. num. 3. par. 1.* tunc certè, quod non poterit ei opponi exceptio. *l. vendicantem. ff. de euictio.* videlicet, quem de euictione tenet actio, &c. & conſequenter non erat ad illam condemnandus, vt benè explicat *Arius Pinellus de bon. mater. lib. 1. par. 3. ſub num. 73. fol. mihi* 154. vbi de alijs, quæ aduertas, quia multum inſeruiunt in praxi, vt ſcias eligere modum agendi in hoc caſu.

39 Cadit ſub iſta conſideratione notandum, an hæres ex propria perſona, & iure, poſſit agere, ſuper re vẽdita à defũcto, abſque, quòd ei obſtet exceptio *d. l. vendicantem*? Regula eſt, quod non, vt ibi DD. Hinc eſt, quòd generale pactum, videlicet, emptorem nolle teneri de euictione, de quo in *d. l. venditorem, de action. empt.* non includit perſonam vendentis, & hæredum, ſed tantum extraneos, *Bald. Salyc. & alijs in d. l. 1. C. de per. & com. rei vend. Peregrin. in d. art. 52. num. 71. verſ. ſicut*: imò ſic dicimus in emente rem alienam ſcienter mala fide, qui, licèt non poſſit agere pro euictione, nec quòad prætij reſtitutionem. *l. ſi fundum, Cod. eod. Paul. de Caſtr. in d. l. emptorem §. fin. Couar. d. cap. 17. verſ. ad eam quæſt. colum. 10.* Hoc tamen intelligitur, quòad extraneos; ſecus ſi euinceretur ab ipſo venditore, vel eius hærede, ita poſt *gloſ. in d. l. fundum, ex Bal. deduxit Arius Pinellus vbi ſupra, par. 3. ſub num. 79. fol. mihi 159. col.*
41 *2. in fin.* Sed iſta regula fallit, quando prouenit euictio ex natura contractus, puta, in hærede maioratus, qui non tenetur de euictione locationis, factæ à poſſeſſore defuncto, *Molin. de primo-*
42 *gen. lib. 1. cap. 21. num. 8.* Item quando ſpecificè defũctus promiſiſſet euictionem à ſe, & pro facto ſuo tantùm; nam tunc benè poterit ſuper re vendita agere hæres iure proprio, nec tunc repræſentabit perſonam defũcti, *Phanu. de inuent. par. 7. num. 220. & ſeqn.* & iſta eſt communis opinio DD. quam corroborat, & ſequitur *Reg. de Pont. de poteſt. proreg. tit. 4. §. 7. num. 25.* ſed ad quæ alia ſe extendat huiuſmodi euictio à ſe tantùm? *explicat Sur. conſ. 36. & Mart. Medic. In dec. Senenſ. examinat. 26. num.*
43 *34. cum ſequent.* Cæterùm quando hæres ex beneficio inuentarij poſſit agere, & auocare rem venditam à defuncto, ſoluto pretio, vide eundem *Phanu. par. 5. num. 90. fol. 216. & Arium Pinell. ſupra par. 3. lib. 1. num. 82. & 83. mihi fol. 164.* Sed quid in cohæredibus, diuidẽtibus rem hæreditariam, forſitan euictam propter aduentum fideicommiſſi vel cõditionis, *latè Menoch. in preſumpt. 118. lib. 3.* & de alijs caſibus in quibus *d. reg. tex. in l. vendicantem fallit, vide de Pont. vbi ſupr. nu. 23. & 24.*

44 Item eſt hic videndum, quando de ordine Iudicis aliquid vẽditur ex cauſa iudicati; nam debitor tenetur de euictione, ac ſi ipſe vendidiſſet. *l. ſi ob cauſam. C. eod.* Sed ad quid teneatur pro ea? vide *tex. in l. ſi pluſ. §. ſi iuſſu. ff. eod. & Angel. in l. à Diuo Pio. §. ſi poſt. num.*
45 *2. ff. de rei vendic.* Sed quid in credito, re vendẽte iure creditoris? certè quòd regulariter non tenetur de euictione, *tot. tit. cred. euict. pignoris non debere*, niſi cedere iura. *l. in creditore. ff. eo. de qua Bart. in l. 2. num. 13. ff. ſol. matrim.*
46 Sed quid ſi vendat rem ſciens ſuper illam non habere hypothecã, vel fuiſſe extinctam, tunc benè tenebitur. *l. emptorem. §. & ſi. ff. de act. empt.* de cuius materia per ampliationem, & limitationem tractat diffusè *Neguſ. de pignor. 1. memb. 6. par. num. 40. & ſeq. ver. Quin-*
47 *tò quæritur, fol. 156. in mag.* Sed hodie vt plurimum venditiones, ad inſtantiã creditorum fiunt ſub haſta, quo caſu ceſſat euictio. *Anto. Fab. dec. 4. quam etiã allegat Riccius, in d. collect. 382. par. 2.*



Digitized by Google

48 QVarta, & Vltima cõſideratio eſt, quòd multæ sũt vtilitates,quib. ex hoc iure releuabitur reus, & primò ſi auctor laudatus erit abſens à loco iudicij,habebit terminum, inſpecta diſtantia,ad denuntiandum, & interim, ſuperſedebitur in cauſa principali, *vt in d.prag.incip.dubitationem, & Maran. vbi ſupra, num.8.*

49 Secundò releuabitur,quòd, ſi dictus Auctor compareat, & ſuſcipiat onus iudicij,ſi forſitan innouauerit actionẽ intentatam ab actore, tunc ipſe reus erit liberatus,vt notat *Bart in l.ſi actor.*
50 *ff.de procurat.* & ideò cautela eſt pro actore,quod agnoſcens auctorem laudatum habere animum innouandi actionem, proteſtetur, inſtando, quod intendit ſuper actione intentata experiri, & demum exequi contra conuentum, vt aduertit *Benint. in deciſ. Bonon.* 92.n°4

51 Tertio releuabitur,ex hòc iure,quod ſi iſte reus emptor non ſoluerit totum, vel partẽ pretij rei deductæ in iudicio, poterit illud penes ſe retinere, *iuxta regul tex. in l.ſi poſt perfectam,*C.*de euict.* non ſic ſi pendet cauſa euictionis ſuper feudo,quia interim tenetur vaſſallus preſtare ſeruitia,*Capyc.in inueſt.feud. in d. verſ.feudorum euictiones.lim.*8.Ve-
52 rùm tenebitur ad pretium, ſi auctor laudatus offerat præſtare cautionẽ cum fideiuſſore de illo reſtituendo in caſu euictionis *vt in d.tex.& glo.in d.l.ſi poſt*
53 *perfectam*, de qua, & an dictam cautionem teneatur præſtare ſolum reſpectu mouentis litem, vel alterius cuiuſcunque, benè *Frecc. de liquid .inſtrumen.*
54 *par.7. q.6.*Et ſi fideiuſſores non inuenerit, an ſufficiat iuratoria cautio? quòd ſic *tenet gl.in Aut.de fideiuſ.*§.*quid*
55 *autem, verſ.dare poſſit:*Sed hęc intellige in terminis litis pendentiæ, nam ſi lata eſſet ſententia in fauorem euincentis, maximè ſi ab ea nõ poſſit appellari( vt eſt ſententia S. C.) tunc nullo modo poterit abſtringi emptòr ad ſolutionẽ, pretij, quamuis offerantur cautiones quia tunc res iam euicta diceretur, ex latè adductis per *Theſaur.in dec.*120.& ſic ſenatum cenſuiſſe teſtatur,quicquid dicat *Gomez.var.reſol.tom.2. de empt.& vend.nu.39.* & opinio Theſaur. approbatur ſaltim vigore actionis ex empto, maximè excipiendo .i. retinendo pretium, vt probat *Martinus Medic. in dec. Seneſ.examinat.26.num.4. cum ſequ.* verum Sac.Conſ.indifferenter in hoc caſu quoties dies ſolutionis cedit, mandat, quod de pretio fiat depoſitum, & ſi cognoſcit diu ob exceptiones forſitan oppoſitas, ſtare otioſam, prouidit, quod de ea ne ſtet otioſa in banco, fiat emptio tot annuorum introituum, quæ ſtet pro euictione; *ad tradita per Paſchal. de virib. patr. poteſt. cap.8.par.1.num.6. & ſequ. poſt gloſ.in l.4.C.de vſufruct.Ruin.conſ.fin. nu.25.vol. 2.Surd.deciſ.183.Mart. Medic. d. exam.*
56 *26.nu.28.verſ.& ſi venditor.* Sed quid ſi pretium ſit ſolutum,an poſſit reus agere pro ſatiſdatione,*vide Fab.de Mõt. in tract.de empt.& vend.nu.52. mihi fol.* 275.Cautela tamen eſt,quod expreſsè fiat pactum in contractu emptionis, vt pretium conuertatur in emptionem tot introituum, vel ſtabilium pro ſecuritate euictionis fortè ſequendæ, vt faciunt periti notarij, & quod magis eſt
58 ſpecificetur locus; nam in dubio poterit fieri emptio non ſolùm vbi eſt facta venditio, ſed in alio loco, etiam extra territorium, *vt ex Alexan.deducit*
59 *Molin.in tract.primog.c.4.lib.4.num.*13. & ſolet etiam addi huic pacto, quod fiat emptio prædicta cum conſenſu emptoris, dummodo ei d. conſenſus in nihilum officiat, de quo, & an ſi erit deinde renitens ad conſentiendum, poſſit de ordine iudicis fieri emptio,benè de omnibus *Thor.in compen.dec.pretium ex venditione*, quæ nota, nam in dies occurrunt.

60 Quartò releuabitur conuẽtus ex hoc iure, quia recuperabit ab autore, etiã expenſas,in lite ab eo erogatas, maximè ſi ſunt promiſſæ in contractu DD.
61 *l.emptores.ff.de ver. oblig.* Sed ſi eſt facta promiſſio de ſumptibus litis mouen-



Digitized by Google

uendæ, intelligitur, ſi verſatur circa proprietatem tantum, vt notat *Bal. in l. poſt perfectam. Cod. de per. & com. rei vend.* ſed latè de his ſumptibus tractat *Gomeſ. in d. tract. de empt. & vend. num. 47. & ſequent. & alij DD. relati per Mart. Medic. d. exam. 26. nu. 35. verſ. ſed etiam.*
62 Quintò, & Vltimò releuabitur conuentus ex hoc iure, quia tenebitur ſecuta euictione, autor laudatus ei reſtituere, pretium ſolutum, & id, quod intereſt ſi habuiſſet rem emptam, vt ſupra dixi ex *d. l. venditor, cum concor.* niſi eſſemus in re feudali euicta; tunc
63 enim tenebitur in aliam rem æqualis æſtimationis, & de hac ſpecie euictionis intellexit *Tiraquell. de retract. lignager. §. 31. gloſ. 1. ſub num. 3. dum allegat cap. primum de inueſt. de re alie. fact. cum concord.* vt paulò poſt ſe declarat: & ſic pro feudo euicto vaſſallus agit ex hoc iure contra infeudantem ad tantundem eiuſdem bonitatis, & qualitatis, vel ad pretium conuertendum ad tantũdem, vt dicit *Capyc. in inueſt. feud. verb. feudorum actiones contra vaſſallum Domini, verſ. ſexta concluſio, mihi fol. 30. idem Capyc. verb. feudorum euictiones, in princ. fol. 183. vbi de materia, & Andr. in cap. 1. ſi pro feud. vaſſall. ab aliquo interpell. & ibi Aluar. idem Andr. in d. cap. 1. de inueſt. de re alien. fact. in prin. vbi Loffred. & in §. rei, Pariſ. de reintegr. feu. ver. an inueſtiens, fol. 149. Anch. conſ.* 87. *cum ibi not.*
64 Dubium tamen hic oritur, & reſoluitur pro coronide huius materiæ, an Autor laudatus, ſi ad eius manus, redierit rem euictam pariter reſtituendo illam emptori cum intereſſe paſſo, ſit de reliquo liberatus *Beninten. in deciſ. Rot. Bonon.* 23. refert fuiſſe determinatũ quod ſic, ex *doctr. Paul de Caſtr. in d. l.*
65 *emptorem, de action. empt.* Sed intelligendum eſſe Paul. quando euictio ſecuta eſſet ratione hypothecæ, vt loquitur etiam *Benint.* ſecus verò ratione dominij, quia tunc ſtatim committitur ſtipulatio, quæ amplius reſolui non poteſt. *l. habere licere. ff. de euictio.* & conſequenter propter reſtitutionem prædictam non poterit liberari ad effectu dictæ euictionis, vt benè aduertit *Praſ.*
66 *de Franch. in dec.* 145. & ex hac diſtinct. ſatis generali videtur loqui *Ann. in ſingul.* 3-4. dum aſſerit in S. C. deciſum
67 contra Paul. de Caſtr. vbi ſupr. Eſt igitur intelligenda eius deciſio ſecundũ prædicta, vel quando reſtitutio, etiam in dicto caſu permiſſo, videlicet ratione hypothecæ fieret ex interuallo: nã tunc etiam teneo non poſſe conſtringi ille, qui paſſus eſt euictionem, ad dictã receptionem, cùm ſit neceſſe fieri incõtinenti, vt optimè mihi probat *Andr. in cap. 1. §. item ſacramenta, ſub num. 9. ver. niſi ipſe, de pact. iuramen. firm.* reliqua ad hanc materiam abunde examinat poſt omnes *Mart. Med. in deciſ. Senenſ. 43. & exam. 26.*

## De litis conteſtatione, & eius effectibus.

## CAP. XVI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Litis conteſtatio, qualiter inducatur. num. 2. & quid in Regno, num. 3.*
4 *Litis conteſtationi, an poſsit à partibus renuntiari?*
5 *Litis conteſtatio ſi omittatur, non reddit ſententiam nullam de iure Regni.*
6 *Litis conteſtatio, an requiratur in iudicio, in quo imploratur officium Iudicis, vel eſt ſuper ceſſione bonorum. num. 7. de materia remiſsiuè. numero 8.*
9 *Litis conteſtationis effectus recenſentur. num. 10, 11. 12. 13. & 14.*
15 *Mandatum procuratoris poſt litis conteſtationem non reuocatur, ſicut nec ipſe procurator poterit ei renunciare. 16.*

17 *Sen-*

17 *Sententia, quando proferatur, cum procuratore in damnum, vel vtile hæredis.*

18 *Litis conteſtatio efficit, vt debeantur fructus rei perempta poſt ipſam, & quando. n. 19.*

20 *Litigandi iuſtam cauſam, quando quis dicatur habere, remiſſ.*

21 *Exceptiones, in facto conſiſtentes, an opponens teneatur illas declarare poſt litis conteſtationem?*

22 *Declarationes factæ ante litis conteſtationem poſtea reuocari non poſſunt.*

23 *Reſponſiones an ſint faciendæ à reo poſt litis conteſtationem per modum interrogationis.*

DIxi hucuſque de his, quæ præcedunt hūc actum litis conteſtationis, meritò ſequitur de ipſo, maximè, quòd olim inducebatur per quamlibet exceptionem, ſeu reſpōſionem negatiuè, vel affirmatiuè conceptam, aduerſus petita ab Actore. *l. 1. C. de litis conteſtat. cum conc. Borrell. in sũma deciſ. tit. de litis conteſt.* 50. *num.* 3. *& ſeq. tom.* 1. dummodò ſit per ſe deliberata reſponſio, & non ad finem deliberandi, puta, ſi reus opponat exhibitionem ſcripturarum, de qua ſupra, per quam exceptionem certè quod nō inducitur litis conteſtatio, vt explicat *Dec. in conſ* 302. *ſub num.* 5. *verſ. litem*
2 *autem*; Sed de modis, quibus inducitur, *colligit Ricc. coll.* 402. *p.* 2. Sufficit ſcire,
3 quod hodie in Regno lis conteſtatur per dationem termini, vt *in prag.* 1. *de ord. iud.* etiam ſi eſſet datus in contumaciam, vt poſt *Praſ. in deciſ.* 457. *tenet Reg. Rouit. in d. pragm. num.* 10. *de quo infr.*
4 & an huic actui poſſint partes litigantes renuntiare, *Capell. Tholoſ. deciſ.* 353. & licètſit actus neceſſarius iudicij de iure communi non eſt ſic in Regno, &
5 ideo ſi omittatur, non reddit proceſsū nullum, *Afflict. in dec.* 283. *col.* 2. *verſ. de iſta nullitate, cum concord. all. per Borell. vbi ſupr. num.* 20. ſic in Regno Cathaloniȩ *vide Lud. à peguer. in prax. ad. iud. cap.* 11. *num.* 2. *de alijs limit. vide* Riccium *in*
6 *d. coll.* 402. & an indifferēter requiratur non ſolum, ſi agatur ex actione, ſed etiam ſi imploretur officium Iudicis? *Iaſ. inſt. §. ſupereſt. nu.* 68. *& ſeq. de actio.*
7 & quid in cauſa ſuper ceſſione bonorum? *Brun. in tract. de ceſſ. bon. qu.* 15.
8 de alijs verò ad hanc materiā, *vide tit. particularem in ciuili, & Canon. & poſt. Specul. & Marant. vide Muſcatell. in gl. petitur, Regen Tap. in Ius Regn. ſub tit. de ſumm. Iudicijs, & propriè in c. deteſtantes, lib.* 3. *Virg. Boccac. de interd. vti poſſidetis cap.* 19. *& Borrell. late vbi ſup.*

9 SOlùm in hac materia recēſebo aliquos effectus, quos inducit litis conteſtatio, præter enumeratos à *Maranta hoc eodem tit. de litis conteſt. par.* 6. *memb.* 10. *ſub num.* 5. *& latè per Ricc. in coll.* 404. *part.* 2. *Borr. vbi ſup. num.* 98. *&*
10 *ſequen.* & ſignanter interrumpit præſcriptionem. *Bal. in l. mirabile. C. de rei vend.* in beneficium interrumpentis tā-tum, vt declarat Borrell. *ibidem, num.* 8. Item remouet facultatem purgandi moram; *Afflict. deciſ.* 187. *num.* 4. *& be-*
12 *nè Gamm. deciſ. Luſit.* 197. Item tollit ius offerendi, competens debitori, & poſſeſſori victo, contra quem eſt lata ſententia, ſi paſſus ſit ſuper executione litem conteſtari, *Afflict. in d. deciſ.*
13 187. *Capyc. deciſ.* 41. *&* 201. Item remouet facultatem, conceſſam debitori à creditori, ſoluendi debitum pecuniarium in aliqua ſpecie, quando ſuper petitione illius debitor paſſus eſt litē conteſtari, & ſic reſpondiſſe de facto
14 refert *Bart. in l. litem veniunt. §. idem recte. ff. de pet. hæred.* de quo latè, & quod non procedat, quando iſta facultas eſſet data à lege, tradit *Iaſ. in conſ.* 128.
15 *col. fin. vol.* 4. Item poſt litis conteſtationem procurator non poteſt reuocari, & alter conſtitui, quia per illam eſt iam effectus dominis litis, *cap. quamuis, de procur. in* 6. *vbi latè* Ricc. *coll.* 1132. ſed non ſic eſt in tutore, qui etiam poſt litem

Digitized by Google

tem conteſtatam cum eo, adhuc poterit conſtituere procuratorem, *Beninten.*
16 *deciſ.Bonon.*80. Imò ex contrario poſt litis conteſtationem, nec ipſe procurator renuntiare poterit mandato. *l. poſt*
17 *litem. ff. de procurat.* Hinc eſt ſumpta praxis, quòd, etiam mortuo principali poſt litem conteſtatam cum procuratore, iam effecto domino litis, terminatur iudicium in damnum, vel vtile hæredis, per *tex. in l. nulla dubitatio. C. de procu.* prout quotidie practicari in Sacr. Conſ. teſtatus fuit *Frecc. de ſubfeud. lib. 3. not. decimoquinto fol.* 262. & ibi quid in feudis hæreditarijs, vel ex pacto, & prouidentia: ſed an tunc citari debeat hæres, vide ibi, & dixi ſupra *tit. de except. legitim. perſona, etc. et in-*
18 *fra de inſtan.* Item, ſi debeatur aliqua res animata, & petitur, ſi poſt litem conteſtatam perimat, debentur fructus à conuento, *iuxta tex. in l. ſi homo. ff. de re iud.* dummodo non habeat iuſtam cauſam litigandi, dicit ibi *gloſ.* nam
19 ex contrario ſi iuſtam habeat, & ſi paſſus ſit reus litem conteſtari, non eſt in dolo, & conſequenter non poteſt dici feciſſe moram, vt explicat *Dec. Cagno. et cæteri in l. qui ſine dolo. ff. de reg. iur.* &
20 quando quis dicitur habere iuſtam litigandi cauſam, explicat benè *Menoch. de arbitr. iud. caſu* 177. *lib.* 2. *fol.* 343. Item litis conteſtatio in Iudicio intentato ſuper reſciſſione cõtractus ob tertias non ſolutas extinquit actionem illas petendi quia per d. actum cenſetur facta reſciſſio, ita per *tex. in l. Julian.* §. *offerri ff. de action. empti tenet Gozad. conſ.* 1 *num.* 1 hinc ſeruamus in praxi, quod in hoc iudicio condemnatur cõuentus ad tertias, & cẽſus debitos vſq; ad dies litis conteſtationis, & ab inde in antea ad intereſſe ad eandem rationẽ, *vt teſtatur Reg. Rou. conſ.* 37 *num.* 10. *vbi teſtatur* ſic etiam ſeruari in iudicio caducitatis rei emphiteuticæ ob canonẽ & cenſum non ſolutum, ad quem condemnatur conuentus vſq; ad diem litis conteſtationis, deinde in antea ad fructus perceptos, *et affert. deciſionem num.* 8. *verſ. a* per S.C. & de iſta praxi nouiſſimè recepta, quicquid antiquitus oſeruabatur plures ſententiæ S. C. reperiuntur præſentate in proceſſu agitato in S.C. inter Auguſtinum de Oria cum Principi Conchæ à fol. 123. vſq; ad 137. penes de Simeone Act.
21 Item effectus huius litis conteſtat. eſt quod, licèt reus teneatur declarare exceptiones oppoſitas, quando in facto conſiſtunt, vt etiam dixi ſupra *tit. de except. legitimæ. perſona. etc. num.* .... tamen iſta declaratio non poteſt peri poſt litem conteſtatam, ſecundùm vnã opinionẽ, quam refert *Praſ. de Franch. deciſ.* 263. *num.* 6. æquior tamẽ eſt, quod fiant declarationes, vt partes ſciant ſuper quo litigant; & vt Iudex magis cautè poſſit ferre ſententiam, dicit idẽ
22 *Praſ. ſub num.* 12. verum declarationes, & reſponſiones, quæ fiunt ante litis cõteſtationem per conuentos in præparatorijs iudiciorum, poſſunt ab eiſdem reuocari etiam ante litem cõteſtatam, vt per bellè docuiſſe *Bald. in l. is, qui ff. de rei vend. refert. Reg. Rou. in pragmat.* 6.
22 *num.* 22. *de ordin. iudiciorum*. Item circa interrogationes, quæ fiunt poſt litis conteſtationem, puta, ſi petatur, quod reus declaret. ſi eſt hæres, certè non tenetur reſpondere, niſi formentur petitiones, vt benè docuit *Capyc. deciſ.* 97. *in fine. et nouiſs. Reg. Prag.*

## De inſtantia Cauſæ.

## CAP. XVII.

### *SUMMARIUM.*

1 *Inſtantia, quid ſit, & quando in Regno eius curſus incipiat. n.* 2. *& quanto tempore duret. num.* 3. *Et quid in cauſis feudalibus? num.* 4. *Et quid de iure Canonico, & an poſſit à partibus, vel ſtatuto abbreuiari? remiſs. & quando non curret. num.* 5.

6 *Inſtantia, an poſſit renunciari in cauſa feudali.*

7 *In-*

Digitized by Google

*7 Inſtantia prima in quo differat à ſecunda, quæ dicitur appellationis, & de alijs ad materiam, remiſs.num.8.*

*9 Inſtantia tranſit in hæredes actiuè & paſſiuè, et num.10.et num.11. Et quid in feudalibus, ſi eſſet hæres in allodialibus? num.12. Et in quibus alijs caſibus inſtãtia incepta cum vno tranſeat in alium. num. 13.14.et 15.*

*16 Inſtantia vt tranſeat in hæredem. quæ requirantur. nu.17.et 18.*

*19 Inſtantia, quando tranſit in hæredem, debet fieri ibi reproductio actorum.*

*20 Inſtantia, tranſlata in alium, debet proſequi in eodem foro.*

*21 Inſtantia, quando intelligatur prorogata per alium triennium, et quid in cauſis feudalibus, et quando? n.22. et 23.*

*24 Inſtantia an detur in* Regia Camera Sũ*maria quid in S.Conſ. num.25. Quid in cauſis ſuſpitionum, et in aliis? num.27. et 28.*

*26 Inſtantia perempta, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicii, quid ſi iterum conueniatur? num.29. et refertur deciſio. nu. 39. et an opponere poterit omnes exceptiones. nu.31.*

*32 Exceptio litis pendentiæ, an poſſit opponi ab illo, qui de nouo eſt conuentus, ſi obtinuiſſet pro inſtantia perempta inſufflationẽ ſpiritus.*

*33 Inſtantia perempta, res, deducta in iudicio, poteſt in tertium alienari abſque vitio litigioſi, et tunc, an de nouo erit audiẽdus? n.34.*

*35 Inſtantia perempta per lapſum temporis pereunt acta ordinatoria, quod limitatur, nu.36.*

*37 Inſtãtia perempta per lapſum temporis, vel per decretum, differunt etiam circa effectum inſufflationis ſpiritus.*

*48 Inſtantia perempta ſi reuiuiſcat per inſufflationem ſpiritus, reperto conuēto alterius fori, ibi eſt proſequenda.*

*39 Inſtantia perempta, ſunt liberati fideiuſſores de iudicatum ſoluendo, de iudicio ſiſti, vel de rato, et quid, ſi inſfletur vita ſpiritus? nu.30.*

*41 Inſufflatio ſpiritus in inſtantia perempta, poteſt fieri à Principe, refectis expenſis.*

*42 Expenſa, erogata à petente inſufflationem ſpiritus, an ſint eidem reficiendæ, ſi obtineat ſententiam cum expenſis? Et quomodo extendatur. num.43.*

*44 Inſufflatio ſpiritus, quot vicibus fieri poſſit, et à quo et de aliis ad materiam remiſſiuè. num.45.*

SEquitur titulus iſte, quia principalis effectus litis cõteſtatæ eſt producere
1 inſtantiam in cauſa: hinc deſcribitur, q̃ ſit exercitiũ actionis, quod fit in iudicio à dicto actu litis conteſtationis, vſq; ad ſententiam certo tempore coarctandũ, & iſta eſt vera deſcriptio, reiecta illa, quæ traditur à *Marant. p:5. nu. 1.* vt dicit *Suarez de paz. in praxi can. et ciuil. hoc tit. num.6.* vbi de materia, & explicant *DD. in l. properandum.* C. *de iud.*
2 & ex quo hodie in Regno lis conteſtatur per dationem termini, vt dixi, cõſequens eſt, vt ab eo incipiat inſtantiæ curſus, *Afflict. in conſt. dilationes. num.6. et in conſt. hac lege, num.* 10. licet de iure communi varient opiniones, quas recitat *Milaneuſ. in dec. Sicil.* 20. *lib.* 1. qui
3 curſus, ne cauſæ fiant immortales, durat ſpatio triennij in ciuilibus, in criminalibus verò biennij, quo lapſo, dicitur perempta, & amplius in cauſa non proceditur, & debet abſolui reus ab obſeruatione iudicij *d. l. ſi properendũ, et l. ſi qui-*
4 *dem, C. de Iudic.* Sed non ſic in cauſis feudalibus, vbi inſtãtia durat ſpatio vnius anni, vt ſtatuitur per *Capit. Reg. incip. Item quid inſtantia*, quod etiam allegat *Affl. in d. conſt. hac l. nu.*5. de quo immemor *Borrell. in ſumma deciſ. lib.* 1. *hoc tit.* 64. *reliquit cogitandum, nu.*98. Sed quã-
5 to tempore duret inſtantia de iure canonico, & an inſtantiæ tempus poſſit de partium conſenſu iurato prorogari? de omnibus *Couar. in cap. quamuis, §.1. par. 2. nu.4. de pact. in 6.* & quòd poſſit abreuiari per ſtatutum. refert *Mynſing. in cent.3. obſer.*46. & quod non currat pendente diſcuſſione ſuper aliquo emergenti in cauſa, vide *Iacobinum. in l. ſi vero, C. de iud.* verum inſtãtia perpetuatur per aliud triennium imò quatuor nouen-

Digitized by Google

uennium à die quo eſt facta mouitio ad dicendum poſt compilationem proceſſus & ſic ſeruatur in praxi teſte
6 *Piſanell.in add.ad deciſ.Affl.*283. ſed an inſtantiæ poſſit renuntiari,& ſi eſſet ſuper feudo,an requiratur aſſenſus,benè poſt *Frecc.de ſubfeud.mihi fol.*114.*n.*13. *Camer.in cap. Imperialem, fol.*17. *col.*1.
7 *Præſ.de Franch.dec.*593. & in quo differat iſta inſtantia ab illa, quæ datur in cauſa appellationis, explicat *Barto.in l. poſtquam liti.num.*10. *C. de pact.* & licèt
8 de iſta materia latiſſimè *DD. in d. l. properandum*, *Marant.in ſpecul.par.*5.*principal.Reg.Tap.in Ius Regn.ſub tit.de iudicijs,eorumque ord. Addentes in prag.de inſtantia.vbi latiſſimè Reg.* Rouit.*colligit Ricc. collect.*9. & 10. *Thor. in compend. deciſ.in ver. inſtantia* Borrel. *vbi ſup.* ego tamen aliqua breuiter notabo.

*Primo inſtantia ad quos tranſeat.*
*Secundò,quando perimat.*
*Tertiò,inſtantia peremptio, quos producat effectus.*
*Quartò inſtantia perempta, qualiter inſuffletur ſpiritus.*

9 PRimo noto, quòd inſtantia regulariter tranſit in ſucceſſores vniuerſales puta,in hæredes actiuè, videlicèt, vt hæres actoris poſſit proſequi iudicium, à defuncto intentatum, *l.ſi petitor,ff.de iud.* & paſſiuè, videlicet vt hæres conuenti poſſit, & ipſe conueniri,& contra eum iudicium cæptum ter-
10 minari *l.ſi cum hominem,ff.de fideiuſſ.* ſecus vero in ſucceſſores particulares qui perſonam defuncti non repræſentant,vt poſt *Peregr. infra tit.* tractat diffuſè *Reg.Conſ. Thomas de Carleual. in tract.de iud.& foro compet. lib.* 1. *tit.* 5. *diſp.*2. *quæſt.*1. *ſect.*3. *ſub num.*934.*ſeq. Reg.* Capic.Latro *dec.*33.*num.*5. Sed de materia poſt *Bart.in d.l.ſi cum hominem, & Matthæſ.in l.*1.*C.ſi pend.appell.* tractat *latiſſimè Peregr.de fideicom.art.*53. *n.*19.
11 *cum plurib.ſeqq.* & ibi, quid in fiſco? & vniuerſalis,vel ſingularis ſucceſſor voluntarius dicit emptor *l. ſi pignori, ff. famil.erciſc.*& alijs modis, vt explicat

*Lucas de Penna in l.ſi quis.C.de feud.re.*
12 *priu.lib.*11. verum in feudo inſtantia indifferenter tranſit in ſingularem ſucceſſorē, & ratio eſt quia feudum dicitur homo mutus, & poſſidens illud dicitur agere nomine feudi & proinde agens agit tamquam miniſter & ſic ſeruatum in regijs tribunalibus teſtatur *Reg.Rouit.conſ.*82. *nu.*1. & *Donatus Ant.de Marinis, quotid.reſolut.cap.*185. & *Bilotta concluſ. feud.* 77. *ſequitur d. conſ. Capic.Latro,d.dec.*33.*n.*25.& hæres vniuerſalis in allodialibus, an ſuccedat in inſtantia ſuper feudalibus, & quando? *Frecc. vbi ſupra, & Præſ. de Franch.d.dec.*593.& incæpta cum filio,
13 quod tranſeat in patrem, ex *tex. in l. tam ex contractibus,ff.de iud.* & incæpta cum teſtatore, quòd tranſeat in legatarium,videnda eſt *deciſio Rotæ primæ, ſub tit.de teſtam.in antiqu. aliàs* 451.*fol.*59. quam corruptè allegat *Anna in alleg.*14.*num.*9.vbi de prędictis, & refer-
14 deciſionem S.C. quòd inſtantia incæpta cum vſufructuario tranſeat in proprietarium, & quod inſtantia tranſeat in donatarium omnium bonorum præſentium, & futurorum,fuit deciſum in Sacr. Conſ. in cauſa Baldaſſaris Schiauez, Actuarius Iubenus,nunc Turinus.
15 & quòd tranſeat in ceſſionarium omnium iurium, abſque quòd ſpecificè cedatur,tenet *Reg.de Pont.in conſ.*7.*nu.*15.*vſque ad fin.lib.*1.
16 Sed,ne erres,aduerte,quòd quando inſtantia tranſit in hæredem,ſit in praxi decretum, quod iudicium trasferatur in hæredem,& conſequenter eſt dictus hæres citandus, vt ſuſcipiat iudicium in eo ſtatu,ac erat tempore mortis defuncti, *Zaſius in l.in ſumm.col.*4. *ff.de re ind.Rebuff.ad Gall. Conſt. tit. de ſent.art. vlt.glo.vnica.nu.*22.& *ſeq.lib.*3. quem allegat, & ſic ſeruari in Regno Aragonenſi,teſtatur *Seſſa in deciſ.*69.*ſub n.*30. & in Regno Luſitanæ, *Valaſc.deciſ.*38. *tom.*1. & ſic etiam ſeruatur in noſtro
17 Regno, niſi eſſet lis conteſtata cum procuratore cōſtituto à defuncto, quia tunc ſeruatur, vt cum eo terminetur



Digitized by Google

iudicium in damnum, vel vtile hæredis abſque eius citatione, *Reg. Rouit. in rub. de procur. n.* 60. niſi ipſum citari pe-
18 tat procurator, prout tenuit, *Frecc. in loco relato ſupra tit. de litis conteſt. nu.* 17. cuius dicta hic conferunt.

19 Item aduertas, quòd ſolent practici in illo decreto, in quo iudicium transfertur in hæredem, vel alium, reproducere omnia acta, facta cum defuncto, prout ſic etiam practicaſſe teſtatur *Peregr. in d. art.* 53. *ſub nu.* 30. *verſ. obſeruandum de fideic.*

20 Vltimò hic aduertas, quòd ille, in quem transfertur iudicium propter inſtantiam inchoatam, non poterit declinare forum eius perſonæ competes, etiam ſi eſſet clericus, imò tunc ſuper bonis hæreditarijs proſequitur iudicium, & fit executio, & hæc eſt verior opinio, vt per *Couarr. pract. quæſt. cap.* 8. *verſ. hinc*, & ita ſeruatur in praxi, *Borrell. in d. tit. de inſt. num.* 47. *& vide ſup. in tit. de declinat. for. vbi diximus.*

21 SEcundò nota, quòd inſtantia perimit regulariter per lapſum dicti temporis triennij de cuius materia latè *DD. citati ſupra num.* 8. *& à Ioan. de Amic. in conſ.* 139. vnum ſcias, quod cõpilato proceſſu, & facta citatione ad dicendum, tunc inſtantia intelligitur prorogata per aliud triennium in ciuil. *Carau. in rit.* 248. *num.* 4. *vbi eſt materia.*

22 Item attenta qualitate cauſarum interdum, nunquam perimit puta, in cauſis fiſci, ſiue ſit actor, vel reus, *Benint. deciſ. Bonon.* 76. *Ann. ſingul.* 243. in cauſis eccleſiaſticis, & ſpiritualibus inſtantia nunquam perimit, ſed eſt perpetua, *Alex. trentacinq. var. reſol. tit. de iudic. reſol.* 4. *num.* 29. *poſt Affl. dec.* 210. *& nouiſſ. Conſ. Carleual de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *q.* 7. *ſect.* 3. *nu.* 943. cum alijs adductis *per Reg. Capy. Latr. d. deciſ. in fine.* & in delictis pro fiſco inſtantia nunquam perimit, ſed, lapſo termino, intelligitur prorogata, vt ſtatuitur per *pragm.* 11.
23 *de off. magiſt. iuſt.* quæ loquitur in Ciuitat. Neap. nam, ſi ſumus extra, tunc credo procedere adducta per *Praſ. de*
24 *Franch. deciſ.* 250. Item in Regia Cam. Summariæ ex præſcripta conſuetudine nunquam perimit inſtantia, vt teſtatur *Afflict. in d. conſt. accuſatorem, col.* 2. *nu.* 4. ſic in camera imperiali *Scacc. de appell. q.* 15. *limit.* 2. *n.* 266. & ſic in Sacro Cõſ.
25 in quo non curatur de peremptione inſtantiæ, quòad effectus. Hinc ſententia ibi lata poſt peremptam inſtantiam valet *Praſ. de Franch. dec.* 643. *Marant. hoc tit. num.* 15. *Regens Tapia dec. S. C.* 18. *Reg. Capic. Latro dec.* 68. *n.* 19. 20. *& ſeq.* verum ſi ante ſententiam opponeretur obſtaret, quia diſpoſitio *d. l. properandum* habet locum in Conciſtorio Principis, *Afflict. deciſ.* 283. *nu.* 4. Sed an poſſit reſtaurari per inſufflationem quando fuiſſet oppoſitum de peremptione
26 vide infra. Item an detur in cauſis ſuſpicionum, & quanti temporis, & a quo tempore currat, benè *Regens Rou. in pragm.* 9. *de ſuſpicio. off. num.* 2. *& ſeq.*
27 Item quid in cauſis ſummarijs, præſertim executionis ſententiæ, & liquidationis inſtrumenti, *Affl. & ibi Add. in dec.* 346. *& latè D. Paſcal. de virib. patr.*
28 *poteſt. c.* 8. *par.* 1. *nu.* 220. *& ſequ.* quid in cauſis, quorum deciſio eſt poſita in arbitrio Iudicis? plures caſus diſtinguit *Menoch. de arbitr. iud. quæſt.* 21. *lib.* 1. de alijs verò limitationib. colligit *Ricc. coll.* 1350. *&* Borr. *vt ſup.*

29 TErtiò principaliter noto, quòd inſtantię peremptio multos producit effectus, de quibus *Marant. vbi ſupra, num.* 49. & ſignanter, tunc reus debet abſolui ab obſeruatione iudicij, *gloſ. in d. l. properandum, Car. rit.* 248. ſed adhuc poterit actor iterum agere ab initio, quia non eſt perempta actio, *l. cũ lite mortua. vbi DD. ff. iud. ſolui.* non ſic in criminalibus, benè *Capyc. deciſ.* 206. & ſi iterum agatur in ciuilibus, dicitur noua inſtantia, & conſequenter iterum eſt lis conteſtanda, & dandus terminus, *Mynſing. in obſeruat.* 50. *cent.* 3. *Aſyn. Florent. in prax. iudic. §.* 2. *cap.* 6. *nu.* 23. *quos allegat* Borrell. *vbi ſup. num.* 65. & ita
30 ſeruatur, prout fuit iudicatum in S. C. inter illos de Mollo, & Io. Baptiſtam

Piſci-

Digitized by Google

31 cellum, Act. Scacciauento, imò tunc,
poſſunt opponi omnes exceptiones,
ac ſi iudicium nunquam fuiſſet in-
choatum, *Borg. Caual. deciſ.* 13. *nu.* 47.
32 & ſi de nouo agatur, licèt deinde pro
inſtantia perempta obtineatur inſuf-
flatio ſpiritus ab altera parte, non per
hoc poterit aduerſus nouam inſtan-
tiam opponi exceptio litis penden-
tiæ, quia iſta inſufflatio, eſt gratia, *Io.*
*Bapt. Coſta de remed. ſubſidiar. remed.*
94. *num.* 1. & ſic conceſſa vni, non ope-
ratur præiudicium tertij, prout deter-
minatum fuiſſe in Sac. Conſ. refert *Mi-*
*nad. deciſ.* 5. *declarat Borrell. vbi ſup. nu.*
33 109. 110. *& ſeq.* Hinc alius reſultat
effectus, quòd res deducta in prima
inſtantia, ipſa perempta, non dicitur
amplius litigioſa, & conſequẽter po-
terit abſque eius vitio alienari. *Pere-*
*gr. de iur. fiſci lib.* 4. *tit. de litig. num.* 39.
etiam quòd ſit inſufflatus vitæ ſpiri-
tus ante, vel poſt alienationem. *Pa-*
*ſcal. de vir. patr. pot. cap.* 8. *par.* 1. *n.* 217.
*& ſeq.* & ideo tunc non procedunt
dicta *ſupra de lite pend. cap.* 3. *num.* .
34 quia tertius, in quem eſt facta aliena-
tio, debet audiri de nouo, & ſic de-
terminatum in S. Conſ. refert *Vrſill.*
*ad Afflict. dec.* 331. *num.* 2. Item effe-
35 ctus eſt, quòd omnia acta ordinaria,
facta in primo iudicio, etiam pereũt;
non ſic probatoria. *Afflict. deciſ.* 148.
*num.* 3. ſed hoc fallit, quando inſtan-
tia finitur per ſententiam, latam ſu-
per obſeruatione iudicij, nam tunc
etiam acta probatoria pereunt, ita
36 docuit *Maran. vbi ſupr. num.* 62. & ſic
dicendum à fortiori, ſi inſtantia fini-
tur per diffinitiuam ſentẽtiam, latam
ſuper negotio principali, prout ar-
guit *Seſſa in deciſ. Aragonenſ.* 89. *num.* 9.
37 *&* 10. Et ſatis differt, ſi peremptio ſit
in primo caſu, nam tunc, inſufflato vi-
tæ ſpiritu, non poteſt in cauſa exami-
nari ad eundem finem, ſi in ea repe-
riantur publicatæ atteſtationes: Se-
cus eſt in ſecundo, videlicet, ſi finia-
tur inſtantia per ſententiam, vt ſup.
ita benè *Afflic. in conſt. Iuriſperitorum.*
10. *limitat. alij DD. allegati per Gabr.*
*com. concl. lib.* 1. *tit. de teſtibus concluſ.*
38 21. *nu.* 67. *&* 68. Itẽ effectus eſt, quod
perempta inſtantia, ſi reuiuiſcat per
inſufflationẽ ſpiritus, vt infra, vel ite-
rum agatur, vt ſupra, poterit tũc reus
ex priuilegio, eius perſonæ conceſſo,
declinare forum, & hanc eſſe veram
39 opinionem refert *Ann. ſing.* 129. Item
effectus eſt, quod perempta inſtantia,
fideiuſſores de iudicatum ſoluendo,
de iudicio ſiſti, vel de rato, intelligun-
tur etiam liberati. *Bar. in l. cum lite, &*
*in l. cùm apud, ff. iudic. ſolui, Marſil. de*
*fideiuſ. q.* 11. *num.* 109. *Aloyſ. de Albertis*
*inter ſingul. DD. ſingul.* 123. *Affl. in conſt.*
40 *ſæpè contingit, num.* 4. nec tunc opera-
tur inſufflatio ſpiritus, prout ſuſtinet
*Paſcal. d. cap.* 8. *lib.* 1. *num.* 202. *& ſequ.*
licèt aſſerat, quòd deciſio adhuc pẽ-
det, pro qua facit, quòd inſufflatio eſt
quædam gratia, vt dixi ſupra, & con-
ſequenter nunquam intelligitur con-
ceſſa in præiuditium tertij. *l.* 2. *§. ſi quis*
*à Principe. ff. ne quod in loco publico,*
*cum concord. Alex. in conſ.* 35. *nu.* 6. *vol.*
*quartò.* & nunquam intelligitur con-
ceſſa in præiudicium tertij, vt dixit, &
*Minad. d. deciſ.* 5.

41 Vltimo principaliter noto pro
coronide, quòd inſtantiæ per-
emptæ, ſicut Deus fecit Lazaro, ita
poterit ſpiritus inſufflari à Principe,
vt iterum reuiuiſcat, & poſſit in incæ-
pto iudicio procedi, vt dicit *Capyc.*
42 *deciſ.* 165. quæ inſufflatio conceditur
adhibita ſolemnitate, videlicet, vt
prius reficiantur expenſæ, erogatæ à
parte contraria. *Gramm. deciſ.* 91. etiã
ſi eſſet minor, vel mulier. *Maſtrill. in*
*deciſ. Sic.* 99. *nu.* 15. *latè Paſcal. in d. cap.*
8. *à num.* 203. *cum ſeq.* ſed illas, an te-
neatur reſtituere conuentus, ſi dein-
de condemnetur ad rem principalem
vna cum expenſis, *Preſ. de Franch. dec.*
43 331. tenet, quòd non. Verùm à die
inſtantiæ peremptæ vſque ad diem
inſufflationis ſpiritus poſſeſſor rei,
deductæ in iudicio, poterit condem-
nari ad fructus, illo medio tempore



Digitized by Google

perceptos, vt decidit *Affl. in conſt. accuſatorem nu.6.* & ita etiam iudicatum in Sac.Conſ.refert *Capyc.decis.11.*

44 Quot autem vicibus poſſit inſufflari hic ſpiritus? *Borrell.vbi ſup.num.81.* aſſerit, quod vſque ad tertiam vicem, ſed vide *Ricc.collect.89. & Thor. in d.compend.deciſ.verſ. inſtantia ſemel perempta, &c.* & an habens merum, & mixtum imperium, poſſit illum inſuf-

45 flare, *Rolan.conſ.4.vol. 3.* Sed, inſtantia perempta, an & quando poſſit reuiuiſci per viam reſtitutionis in integrum, *Sforz.Odd.in conſ.11.nu.11.vol.1.Io.de Amic.in d.conſ.139.num.5.* de qua, & quid ex partium conſenſu, & de alijs ad materiam, latè *Muta in dec.Sicil.97.* & ex quibus impedimentis reſtituatur, diſcurrit *Lud. in deciſ. Peruſ. 36.* & an inſtantiæ peremptæ poſſit inſufflari vitæ ſpiritus, ſi à parte aduerſa fuiſſet oppoſitum de peremptione? & articulus controuerſus, ſed tandem in praxi pro affirmatiua deciſus, quod poſſit, & refert *Com.Capyc. Latro dec.68.* & perempta inſtantia, & reſtaurata per hoc in hoc, non autem poſſit minor ſuccedens maiori petere beneficia, vide cit.tit.hac 2.p.

# DE DILATIONE, SEV termino probatorio in cauſa.

## CAP. XVIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Terminus in Regno ſubſtinet vicem litis conteſtationis, & quod debeat continere tempus. nu.2. Et quod in cauſa feudali num.3. & de materia remiſs. nu.4.*

5 *Terminus, ſeu vnica dilatio datur in Regno, & quot aliæ dandæ ſint, ſi adeſt impedimentum. num. 6.* Et *ſi abſque illa concedantur, an ſint valida. num.8. Et de quo impedimento intelligendum ſit. num.10. & 11. Et probatio impedimenti, an valida ſit per impedimentum. & de alijs. nu.7.*

8 *Cautela, quæ ſit adhibenda, vt concedatur alia dilatio, non probato impedimento circa primam.*

12 *Terminus datur, quando eſt probandum aliquod in facto conſiſtens, parte tamen inſtante. nu.13. Et quid ſi agatur extraordinariè? nu.14.*

15 *Termino elapſo, teſtium probationes non recipiuntur, niſi incontinenti, vel de teſtibus infra eadem citatio? num.16. vel parte non contradicente? nu.17.*

18 *Termino elapſo, an poſſit peti depoſitio principalis ſuper poſitionibus, vel ſuper eis deferri iuramentum? n.19.*

1 SI hucuſque fuerit proceſſum in cauſa, datur terminus, ad probandum incumbentia, qui hodie in Regno ſtat loco litis conteſtationis, vt eius tit.dixi, quæ omnia hic conferunt, & eſt communis vtrique parti, *arg.tex.in l.non debet, de reg.*

2 *iur.* ait, quod tempus ſtatuatur in eo, remittitur arbitrio Iudicis, vt illud determinet, attẽta qualitate negotij, & reprehendit iudices, qui nimis arctent reos ad probandum eorum defenſiones, *Luc.de Penna in l. quamuis, col.pen.verſ.facit, C.de decur. lib. 10.* cuius *authoritate Andr. in conſt. pœnam eorum in 4.col.in fine*, dicit idem eſſe nolle reum defendi, & ipſum arctare in termino vt nequeat ſe defendere; hinc eſt, quòd a nimis breui, & à nimis longo, maximè ſi eſt peremptorius, poterit appellari, *Lanfran.in eius praxi, & ibi Add.tit.de dilat.cap.11.n.18.* & 19. niſi cauſa eſſet feudalis: nã

3 tunc in Regno non appellatur, *Marant.de hoc refert ritum in 6.part.tit. de appell.*

Digitized by Google

4 *appell.num.*157.*lim.* 38. Et quid ſi iſte terminus,& quando non currat,& de alijs ad materiam, vide *Lanfranc.vbi ſupr.& latè Marant.in ſpec. 6. par. hoc eod.tit.& prax.Corrad.ſub eod.tit. latè add.in pragm.* 9. *&* 10. *& ſignanter in in pragm.7. vbi Troiſ. de ord. iud. Reg. Tap.in Ius Regni ſub hoc eod.tit.& infinitos alios,quos cumulat Borrel.in ſumma deciſ.tit.de dilat.tom.*1.verum quatenus ibi *num.*96. auctoritate multorum aſſerat debere fieri reproductionem in termino ſcripturarum præſentatarum ante illius dationem, vt faciant pro ſententia ſequenda, hodie eſt correctum per nouiſſ.Prag.Regni, & ſcripturæ producuntur ante, maximè mentionatæ in libello. cæterum, vt ordinatè procedam aduerto.

*Primò, quot termini, ſeu dilationes ſint danda.*

*Secundò, quando non ſit dandus terminus.*

*Tertiò,quot ſunt effectus elapſi termini.*

5 CIrca primum aduerto,in Praxi, quòd vnica dilatio,& terminus in Regno, *Afflict.in conſt.in pecuniarijs.*
6 *num.*22. Sed ex cauſa impedimenti, vt ibi,an data vna dilatione in cauſa, quot aliæ poſſint dari,explicant DD. & *Lanfranc.vbi ſupr.& Beniuten. in deciſ.Bonon.*45. *& Thom.Triuiſ. dec. Venet.*37.*lib.*1. *add. in pragm. poſt pradi-*
7 *ctus de ord.Iudic.* & circa impedimentum requiſitum,vt ſecundæ concedãtur,vt in *l.*1.*& ibi Paul. de Caſtr.C.de dilatio.* an ſtetur iuramento? *vide Affl. & ibi add.dec.*79.*& latè ſignor. de homodeis, conſ.*19.*per tot.* & an ſit iuſtum impedimentum allegare odia, partialitates, vel bellum, vide eundem *Affl.in deciſ.*29.*& deciſ.*50.& ſi conce-
8 dantur ſecundæ, non probato impedimento,an valeant? *Abb.in conſ.*64.*& vide regul.cum fall.per Iaſ.in l. final.ff.*
9 *de ferijs.* Verùm, quando pars vidit, quòd terminus iam labitur,& ipſa nõ poteſt tunc probare impedimentum optima cautela eſt, vt proteſtetur, & allegando cauſam inſtet, quod prorogetur,vt ſeruit quotidie praxis, de qua teſtatur. *Iy. de Amic.conſ.*108.*nu.*25.*& ibi de materia.* Verum ob impedimentum relatum in relatione nuntij citantis, quis excuſatur ex doctrina *Bart.in Leum,qui,ff.de commod.* ſecus de iure ſaxonico,quia requiritur procurator ad allegandum impedimentum, & quod principalis iuret *Matthias colar.in deciſ.Germ.*124.*n.*2. verum non requirerentur hæc, nec proteſtatio,quando impedimentum eſſet notorium, *Gratian. deciſ. Marck.* 120.

10 Et circa dictum impedimentum, aduerte, quòd procedit, quando non eſt cauſatum culpa,occaſione,& facto petentis ſecundas dilationes, vt eſt caſus in *l.* 2. §.*pen. ff. ſi quis cauſ. & l. item hi,cum l.ſequen. ff. ex quibus cauſ. maior. ſecundum Signorol. homod. in d. cauſ.*19.*num.*2.*verſ. praetereu. declarat. addit.ad Gratian.d.dec.*220.*n.*5. *& Capyc.in deciſ.*113.*num.*3.*verſ.ego autem.*
11 Item,quando vna pars probauit; nã ſi neutra partium non probauerit, aliquidvè fecerit,tunc altera non poterit reintegrari ad terminum,*Capyc. dec.* 82. niſi ex partium conſenſu, vt dicit *d.pragm. poſt prædictas de ordine Iud.& ibi add.*

12 ADuerto ſecundo, quòd terminus,tunc dandus eſt, quando eſt probandum aliquid conſiſtens in facto, ſecus ſi determinatio controuerſiæ ſtet in ſimplici articulo iuris; nam tunc abſque illo proceditur, *Praſ.de Franch.deciſ.*221. *nu.*12. imò,
13 etiam ſi probari debet factum, & nõ fuerit facta inſtantia, & petitio pro datione termini, adhuc rectè proceditur ad ſententiam abſque eo,*Affl.in conſt.ſi quis in poſſeſſum,num.*9.*de Ponte in conſ.*59.*n.*1.*Reg.Rou.& ibi Adden.in*
14 *prag.*7.*de ordin. iudiciorum.* Item quãdo in cauſa proceditur extraordinariè,& de facto ſuper aliqua re, non eſt dandus terminus ad probandum,

*ita*

Digitized by Google

*ita Præſ. de Franch. in deciſ.* 347. *& ibi Addent. Giurb. deciſ. Sic.* 26. alios caſus hic pertinentibus deciſos affert *Sanfel. dec.* 17. *lib.* 1.

15 ADuerto tertio, quod d. terminus probatarius includit etiã dies feriatos, *Bal. in l.* 1. *C. de ferijs, & eſt tex. in l. ſiue pars in fin. C. de teſt.* niſi abſorberent maiorem partem illius, *Lud. à peguer. d. prax. de ord. iud. rub.* 14. *nu.* 15. & elapſo termino non eſt amplius locus probationibus, niſi ex magna cauſa. *l.* 1. *C. de dilat.* & ſi recipiantur à Iudice; ſunt nullæ, vt ſeruari in praxi Sapientum teſtatur *Io. de Amic. conſ.* 28. *num.* 2. fallit per viam reſtitutionis in integrum, vt idem in *conſ.* 108. *nu.* 12. quæ in Regno ſunt duæ, & dicuntur
16 beneficia, vt infra. Item probationes recipiuntur incontinenti poſt lapſum terminum, dicitur enim fieri in tempore, quod fit parum poſt tempus *l. lecta, ff. ſi certum pet. Tiraquel. de retract. conuent.* §. 1. *gl.* 5. *num.* 2. *Matt. Coler. in dec. Germ.* 117. *num.* 1. aut teſtes, qui deponerent fuiſſent infra illum citati, vt ſæpiſſimè practicatur ad *Capyc.*
17 *deciſ.* 81. *& dec.* 90. Item poſt terminũ poſſunt recipi probationes, quando pars non contradicit ex cauſa termini elapſi, ita *Seſſa Aragon. in deciſ.* 82.
18 *num.* 2. Sed quando non poſſunt recipi probationes, ex quo lapſus eſt terminus, an tunc poſſint fieri poſitiones, & peti ſuper eis depoſitio partis aduerſæ? pro, & contra adduxit, & nil determinauit *Anna in ſingul.* 501. forſitan reliquit in arbitrio Iudicis, vt
19 dicit *Menocb. q.* 62. *lib.* 1. Verum in praxi recepta eſt opinio, quod elapſo termino dato ab probandum poſſit reo, & è conuerſo actori deferri iuramentum ſuper poſitionibus, niſi allegetur iuſta cauſa recuſandi, *Marant. tit. de teſtium product. par.* 6. *num.* 63. *& ſic deciſum refert* Boer *deciſ.* 95. *ſub n.* 4. cæterum illud hic generaliter obſeruandum eſt, videlicet terminum nunquam cenſeri elapſum quoties infra illud, inſtante parte, eſſet facienda aliqua declaratio ab altera, vt declarat *Aretinus in conſ.* 44. *col. fin. verſ. ſed terminus aſſignatus*, & ſic etiam ſi aduerſarius adhibuiſſet ſubterfugia, vt labatur, ſic declarat *Bal. in l. ſi finita*, §. *eleganter ff. de damn. infecto*, quæ omnia ſunt benè ponderanda à Iudice, vt ipſis perpenſis prouideat, quod terminus currat, vt ſæpiſſimè practicamus, & ſic eliditur caliditas aduerſarij putantis per lapſum termini poſſe opprimi, & obſcurari iura partis contrariæ.

# DE DEPOSITIONE principalium, Declaratione, & recognitione ſcripturarum.

## CAP. XIX.

### SVMMARIVM.

1 *Depoſitio principalis debet offerri in calce termini alias terminus non currit, etiam in cauſis ſummarijs exfractationis. n.* 2. *& de ratione. n.* 3.

4 *Depoſitio principalis, quando inducat confeſſionem, qua de re enuntiatur praxis.*

5 *Depoſitio principalis qualiter fieri debeat. Et quid ſi poſitio contineat tenorem inſtrumenti? n.* 6.

7 *Depoſitionis principalis materia, remiſſ.*

8 *Depoſitio principalis, tam ab actore, quàm à reo eſt facienda, & quando, num.* 9.

10 *Depoſitio principalis vicißim petita eodem contextu ab actore, & reo, quænam antea ſit facienda? n.* 11.

12 *Declaratio ſi eſt hæres ab inteſtato, vel ex teſtamento, an fieri debeat ab actore, & qualiter in feudalibus? nu.* 13. *& quid à reo, & quando habetur*

*pro*

Digitized by Google

pro facta? num.14. & an præiudicet facienti reſpectu alterius? num.15. Et ſi non fiat, an impedit curſum cauſæ? n.16.

17 *Depoſitio principalis abſentis eius ſumptibus fieri debeat, & an ſic literæ commiſſionales? num.18. & 19. 20. & 21.*

22 *Practica, qua poteſt fieri recognitio ſcripturæ ab abſente à loco iudicij?*

23 *Depoſitio principalis, an poſſit fieri à procuratore generali?*

24 *Depoſitio principalis prohibetur fieri in præſentia procuratoris, & quare? num.25.*

26 *Depoſitio principalis hodie debet fieri incontinenti, nulla data dilatione, ad conſultè reſpondendum, & redditur ratio.*

27 *Depoſitio, facta à procuratore, quando noceat domino? n.28.*

29 *Depoſitio principalis poteſt peti ſuper poſitione, negata à procuratore, & refertur deciſio. n.30.*

31 *Poſitiones hodie ſucceſſerunt in locum interrogationum, & de materia. n.32.*

33 *Principalis deponere non tenetur ſuper poſitionibus impertinentibus, & quomodo id cognoſcendum? num.34. & ſuper illis deponendo, qua clauſula vti debeat n.35.*

36 *Principalis non tenetur deponere in cauſa repulſæ, ſi poſitio contineret delictum.*

37 *Poſitio partim vera, & partim falſa, quando ſit neganda à principali, ne incidat in periurium.*

38 *Periurus dicitur principalis, ſi negat ſimpliciter poſitionem in parte veram, vel ſi in reſpondendo variet.*

39 *Principalis periurus perdit cauſã, quid ſi ſe corrigat? num.40. & infra quod tempus. n.41.*

1 DAto termino ad probandum, vt ſup. in eius calce debet offerri ab actore eius depoſitio, aliàs non currit; imò, & ſi oblata ſit, & fieri petatur, quouſque cum effectu non fiat ſuper articulis præſentatis penes acta curſus termini impeditur, *gloſſ. in clem. ſæpè, in ver. poſt dationem, de verb. ſign. Bal. in l.1. col.2. C. de iur. calum. & deducitur ex pragm.* 8. *de ord. iud. vt ibi*
2 *Reg. Rou. num.*27. quod procedere etiam in cauſis ſummarijs, puta, extractationis, teſtatur deciſum in S. Cõſ.
3 *Ann. ſingul.* 405. Et ratio eſt, quia poteſt eſſe, quòd ex diſpoſitione pars illam petens, releuetur ab onere probandi, ad quod ſunt inuentæ poſitiones, *Specul. in tit. de poſit.* §. 2. *Rolan. à Valle conſ.* 99. *nu.* 6. *lib.* 3. Ideò, inſtante
4 reo, præcisè Iudex mãdat principali, quòd deponat, aliàs habeatur pro confeſſo, & pro tale habetur ſi in vltimo præcepto inſeratur tenor poſitionum, vt ex ritu 120. tenuit *Marant. in eius praxi par.6. tit. de appellat. num.* 458. *lim.*39. *& de hac praxi late Carau. in d. rit.* 120. *& remiſſiue Ann. ſing.* 406. *& Thom. Triuiſ. dec. Venet.* 38. *lib.* 1.
5 *conſ. ciuil.* Sed modus quò debeat deponere principalis in his, quæ ignorat, ne incidat in confeſſum, ideſt, per verbum, *credo, vel non credo*, docuit *pragmat.* 8. *incip. quinta die, ſub tit. de*
6 *ord. iudic. in fin.* Et an valida ſit huiuſmodi reſponſio, quando poſitio continet tenorem inſtrumenti, vel ſententiæ, diſcurrit *Lud. in deciſ. Peruſ.* 8. *per*
7 *totum*; & ibi de materia prædictorum, & ſatis abũdè per *Addentes ad d. prag. poſt Specul. & cæteros in tit. depoſit. & nouiſſimè colligit Riccius ſuper cap. fin. de confeſſ. in* 6. *coll.*141. *par.* 1. nec per hoc relinquam. Sed aduerte quod ſi Principalis neget veritatem, & conuincatur de mendacio incidit in pænam

nam

Digitized by Google

nam mendacij, vltra quam leges Romanorum proſpexerunt de priuatione poſſeſſiones, vnde ſi quis negauerit poſſideret, & fuerit cōuinctus, tūc in pœnam Iudex transfert poſſeſſionem in Aduerſarium, licet ſuam eſſe non probauerit, *l.final.ff. de rei vend. per quem tex.* fuit deciſū in S.C. quod ſi quis aſſerat poſſidere nomine alieno, & conuincatur per inſtrumentū poſſidere nomine proprio poſſeſſio trāsfertur in actorem, & ſic practicamus teſte *Afflict.dec.*18.

8 PRimò principaliter notandum, quòd principalis in iudicio dicitur, tàm actor, quā reus, & ideo ab vtroque viciſſim poteſt peti depoſitio, *Marant.in repet.l.ſi actor, ſub num.* 64.*verſ. quis autem dicitur principalis? ff.de procur.*

9 dummodò proprio nomine litigetur, quia ſi alieno, ille tenetur deponere, vt principalis, vt in monacho, cuius nomine agit monaſterium, dicit *gloſ.in Auth.cauſa,quæ,verſ. debeat.C.de epiſc.& cler.* ſed quod teneatur deponere monachus de eo, quod per ipſum factum eſt, tenet *Regens* Rouit.*in pragm.*1.*nu.* 74. *de ſuſpit. offic.& ſic deciſum in Sac.Conſ.die* 12. *Ianuarij*, 1633. *in cauſa Monaſterij dicti Sancta Maria de la Speranza Hiſpanorum, cum D. Paulo Francholino, patrocinante eruditiſſimo Aduocato Andrea Capano, Act. Iac.*Figliola. Sic dicimus de Prelato, Abbate, & Abbatiſſa, qd' tenentur deponere, & poſſit haberi veritas, *Rouit.in pragm.*8.*nu.*31.*de ord. iud.* nam eorum confeſſio præiudicat Monaſterio in iudicio. *Abb. in cap. dilectus de Capp. Monach.* Sic etiam dicimus. & practicamus in tutore, & curatore, qui tenentur deponere vti principales in cauſis pupillorum, & eorum depoſitio noceret illis, vt poſt *Thor.in compen.dec.verſ. tutor an cogi p.*2.*refert deciſum in S. Conſil. Capyc.Latro dec.*88.

10 Sed ſi ab Actore, & reo eodē contextu petatur depoſitio, regulariter reus tenetur prius deponere, *Bald.ad Specul. in rubr. de dilat. verſ. primo*

11 *reſpondetur*, niſi poſitiones rei eſſent præiudiciales poſitionibus actoris, nam tunc prius Actor deponere tenetur, idem *Bald.in Specul. in tit. de poſit.col.*1.*verſ.ſi poſitio,& bene per Benint.deciſ.Bonon.*32.*nu.*4. *&* 10. quod hodie habet locum, quando præiudicium adeſſet in præſumptione, nam poſitiones non videntur.

12 Ex prædictis infertur, quod, ſicut actor, & reus debent viciſſim deponere ita, & petere declarationes, hinc actor poteſt cogi ad declarandum, *ſi eſt heres ex teſtamento, vel ab inteſtato*, vt ab hoc onere probandi releuetur

13 conuentus, & indifferenter ſeruatur in praxi, dummodo lis verſetur in burgenſaticis, vt teſtatur *Capyc.deciſ.* 97.*ſub num.*3. nam in feudalibus ſufficit, quòd quis declaret venire ad feudum de iure ſucceſſorio feudorū, & melius explicat F*reccia dè ſubfeu.fo.* 265.*alter. quæſt.*20.*verſ.& omni die ſic controuerſia inter aduocatos,&c.* dicens, hoc procedere, quando quis venit ad feudum ex pacto, & prouidentia: quia ſi ad hæreditarium, tunc tenebitur

14 declarare, vt ſupra. Sic è conuerſo reus tenebitur facere dictas, & ſimiles declarationes, videlicet, *ſi eſt heres, ſi tenet, & poſſidet*, de quibus per *Reg.Rou.in pragm.*6.*de ord. iudiciorum, num.* 1. *& ſequ.* & in praxi fiunt reo aliqua præcepta, quod declaret, & in vltimo ordinatur, quod intelligatur facta, prout deterius, *vt in d.pragm.& ibi Triuiſ.*

15 Verum dicta declaratio de hærede præiudicat facienti reſpectu petentis tantum, & non alterius, vt poſt *Praſ. deciſ.*694.*benè Reg.Rouit.in d.pragm.*6.

16 *nu.*9. *de ord. iud.* & ſi non facta dicta declaratione petita, vel non factis dictis præceptis, Iudex procederet ad vlteriora, ſatis præiudicat parti, illam petenti, vt dixit *Menoch.de præſump. lib.*2.*q.*1.*nu.*31.

17 SEcundò principaliter notandum eſt, quòd quando principalis eſt ab-

abſens a loco iudicij, debet ſuis ſumptibus mitti examinator ad recipiendam eius depoſitionem, vel committi officialibus locorum, vt ex *deciſ. Aſ-*
18 *flic.* 177. quę ſeruatur in praxi, quòad expenſas faciendas pro ſalario competenti dicto examinatori, vel officiali, cui committitur examen, ſecus verò, quòad expenſas, competentes Actuario pro expeditione literarū com miſſionalium, & pro exemplo articulorum, ſuper quibus eſt recipienda depoſitio, vt teſtatur *Praſ. de Franch. deciſ.* 232. *ſub num.* 3. *cum alijs alleg. per Thor. in compend. deciſ. verſ. expenſis, cuius depoſitio.*

19 Ratio quare principalis teneatur ad ſumptus, eſt, quia debet reſpondere in loco iudicij, & ſi eſt abſens, & cū effectu requiritur eius præſentia, ex qua forſitan haberetur melius notitia veritatis, tenetur venire ſuis ſumpti-
20 bus, *Benint. deciſ. Bonon.* 24. Hinc eſt, quòd, ſi deficit iſta ratio, & principalis non tenetur venire, puta, ratione dignitatis, infirmitatis, vel ſexus, certè quòd prædicta de ſumptibus non procederent, vt ex *Guttier. pract. quaſt. quaſt.* 63. *lib.* 1. *tenet Praſ. vbi ſupr. nu.* 7.
21 cui ego addo, quando principalis eſt abſens ex cauſa Reipub. quia tunc multò minus tenebitur ad expenſas pro facienda depoſitione, tum quia non tenetur venire, tum etiam, quia præſumitur præſens, vt latè per *Reg. de Pont. in conſ.* 93. *lib.* 1.

22 Dubium tamen hic oritur, quando principalis eſt abſens, & non poteſt ſe præſentare de perſona, & depoſitio eſt recipienda ſuper aliqua ſcriptura, quæ de facili poſſit occupari, vel perdi ex itinere, puta, in albarano, vt quotidie accidit, quid faciendum? in iſto caſu *Praſ. de Franch.* practicauit, quòd fieri debeant geminata præcepta procuratori generali, quod ab eius principali abſenti procuret infra tot dies ſpeciale mandatum, & poteſtatem ad cognoſcendum, & deponendum, alias habeatur pro recognito, vt eſt videre in proceſſu Magnificæ Lucretiæ Caracciolæ cum Illuſt. Principe Biſiniani, & illis de Funetta, penes Iubenum, nunc Turinū; & tunc procuratoris confeſſio, & recognitio præiudicat domino, vt dicā infra. Inſuper eſt notandum, quod ne dum principalis, & eius procurator. vt dixi, poteſt cogi ad recognoſcendas ſcripturas proprias, cum dicta cōminatione, quod aliàs habeātur pro recognitis, vt deterius, ſed etiam eius patris, inſtitutoris factoris defūcti, & ſimilium *Rebuff. ad gall. conſt. in tract. de chirogr. art.* 1. *nu.* 6. *Canalean. de contract. lib. p.* 2. *deciſ.* 27. *n.* 55. & in filio quod teneatur recognoſcere ſcripturam patris habemus obſeruantiam in S.C. ob multas deciſiones relatas per *D. Reg. Capic. Latro dec.* 55. vbi remiſſiuè vide de alijs ad materiam huius, recognitionis & de materia aliqua diximus. Et infra de probatione per ſcripturas priuatas.

23 Tertiò principaliter ex his proximè dictis eſt notādum, quòd non ſolùm actor, ſed etiam eius generalis procurator poteſt cogi, vt procuratorio nomine deponat ad inſtantiam rei, & ita bis fuiſſe iudicatum in S.C. teſtatur *Affl. deciſ.* 92. & ſic abſq; dubio ſeruari in Regno, ex *Affl. deduxit Maran. in repet. d. l. ſi actor. num.* 66. *ff. de procur. de cuius materia Cacher. deciſ.* 16. *& Laurent. in dec. Auenion.* 7. quæ reſponſio per verbū credo plenā probationem facit, *Bald. in l. fin. col.* 1. *verſ. ſed quid*, C. *arb. tutel. Bauer. ſing.* 41. *Veſtr. in praxi, lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 7. *quos allegat Gratian. deciſ.* 81. *num.* 15. & in poſitione continente factū proprium importat veritatem, ita colligit *Geminian. in c.* 1. *de confeſ. in* 6. *glo. in cap. ex literis, de iureiur. Surd. in deciſ. Mantuan.* 17. *nu.* 10. *&* 14. Secus vero ſi factum alienum contineat, nam de eo probabilis eſt ignorantia, *Surd. vbi ſup. num.* 11.

24 Dubia tamen, attenta noſtra praxi,



Digitized by Google

tria hic oriuntur. Primum, cui poſſit deponere procurator, cum ex diſpoſitione *d.Reg.prag.*8. expreſsè prohibeatur principalis deponere cum præſentia procuratoris, ergo multò
25 minùs ab ipſo fieri debet. Sed facilis eſt reſponſio, nam aliud eſt deponere de per ſe, aliud depoſitioni intereſſe, & non primum, ſed hoc vltimũ prohibet Reg.prag. ad remouendam falſitatem: nã poterit malè deponens corrigi à procuratore præſenti, qui tunc melius, quàm proferentis dicta conſiderat, vt experitur in videnteludere, qui melius cognoſcit modũ vincendi, quàm ipſe luſor, vt in *Lud. de Scacchis dicit gl.in l.error.in ver.error.*
26 *C. de iur. & facti ignor.* & ideo vlterius procedit dicta Regia pragmatica, quod depoſitio fiat abſque temporis interuallo, quaſi quòd non ſolùm prohibeat præſentiam procurnroris, ſed etiam cogitationem, & conſilium recipiendum ſuper reſpõſione, & de depoſitione facienda, & conſequenter ex iſta pragmatica ſublata eſt reo facultas in dubio petendi dilationem ad conſultè reſpõdendum ſuper poſitionibus prædictis, vt olim fiebat, *Specul.de poſit.*§.6.*num.*9. *Iac.Gentil.de ord.iudic.num.*35.*&* 36.*quem etiam ſequitur Lud.in deciſ.Peruſ.*8.*nu.* 29.*par.* 1. & ſic hodie ſufficit, quòd reſpondeat per verbum *credo, vel non credo, vt ponitur, &c.* vt dixi ſupra, nec limitatio in idiota, & ruſtico, in cuius depoſitione poſſe intereſſe Procuratorem, vel Aduocatum, tradit *Marant. ſub tit.depoſit.ſeu art.product. par.*6. *nu.* 16. eſt in praxi recepta, nam hodie ſatis aucta eſt eorum malitia, & contra *Marant.* eſt cõmunis obſeruantia.
27 Secundum dubium eſt, an depoſitio, & confeſſio, facta à procuratore, deponente, vt principali, noceat domino? & certè quod nõ, niſi fiat præcedente mandato ſpeciali ad deponendum, vt benè per *Vrſill. ad Afflict. deciſ.*148. *in fin. Pariſ.conſ.* 115. *num.* 21.*volum.*1. Borrell. *in ſumm. deciſ.tit. de procurat.num.* 210. Et hic aduertas, quod vt valeat depoſitio procuratoris, & officiat domino principali, debet fieri præcedente mãdato, nec dum ſpeciali, ſed ſpecialiſſimo, videlicet, ad ſic, & ſic reſpondendum, quia tũc euitantur circuitus, cum ſuper negatis iterũ debeat peti depoſitio principalis, vt dicit *Specul. in tit. de depoſit.* §.6.*num.*10.*& Bald.in l. non ſolum col.* 2.*verſ.hoc adde.ff.de procurat.* & ſic obſeruatum in S.C. teſtatur *Reg. Ronit. deciſ.*34. vbi concludit, quod ſi depoſitio non fiat cum huiuſmodi mandato principalis, tenetur omnino deponere poſt depoſitionem factam à procuratore.

31 QVartò, & vltimò notandum eſt, pro coronide huius materiæ, quòd depoſitio fit ſuper poſitionibus præſentatis à parte petente, quæ ſucceſſerunt loco interrogationum, quæ olim fiebant, *Neuiz.conſ.*5.*nu.* 7. *Lud. d.deciſ.Peruſ.*8. *num.* 26. de cuius ma-
32 teria poſitionum, vide ibi, & in quo differant ab articulis, & de alijs, vide *Addentes ad dict.um pragmat.* 8. *de ord. iud.& colligit Ricc. ſuper cap.* 1. *de confeſſ.vbi ſupr.coll.*268.*par.*1.
33 Duo tamen conſidero hic. Primũ, quòd principalis in multis caſibus nõ tenetur reſpondere, & præſertim ſi poſitio eſſet criminoſa, *Bart.in l. tranſactione, C.de tranſact. Capic. in cap.imperialem fol.*52.*verſ.*4.*concluſ.in fin.* vbi hoc notat in practica, quando quis eſſet examinandus, vti principalis in cauſa repulſæ; & interrogetur circa delicta, nam non tenetur reſpondere, ſed ſolum circa cõſanguinitatem. Item quando poſitiones non faciunt ad cauſam, & ſunt impertinentes,
34 *Ann.ſing.*449. Hinc eſt, quod quando de hoc dubitatur, Iudex inſtante parte, mandat, vt actuarius referat, ſi poſitiones ſunt impertinentes, vel non: & malè, quia debet ipſe cognoſcere:
35 ideò melius eſt in praxi, vt principalis deponat cum clauſula; *ſaluo iure impenitentiarũ*, quia tunc ex dicta confeſſio-

Digitized by Google

feſſione, ſi impertinentes reperiantur poſitiones, in nihilo ſibi præiudicat, vt latè *Curtius in tract. de poſit. num.* 20. etiam ſi eſſet ſuper illis iuratum, *Veſtrius in praxi* Cur. *Rom. lib.* 5. *cap.* 13. *num.* 26. *cum concord. alleg. per Benint. ſd. deciſ.* 32. *nu.* 15. 16. & 17. Item princi-
36 palis non tenetur reſpondere: quando poſitio eſt ſuper repulſa eius teſtium productorum, & contineat delictum, ſed ſolum circa conſanguinitatem, quod certè eſt notabilis praxis, de qua teſtatur Capyc. *in cap. imperialem.* §. *præterea ſi quis infeudatus, ſub verſ. quarta concluſio, in fin. fol.* 52.
37 Secunda conſideratio eſt, quando poſitio eſt partim vera, & partim falſa, & tunc cautela eſt in praxi, quod negetur cum qualitate, ideſt, *nego narrata, vt narrantur*, ad euitandam pœnam negantium illas, *Aretin. in* §. *item ſi ſocius, inſtit. de action.* Ludou. *deciſ.* Peruſ. 51. *num.* 7. *par.* 1. imò tunc, ſi totaliter negetur incurrit in periurium, vt per *Surd. deciſ.* 58. Sicut ſi deponens variaret in reſpondendo. *Menoch. in præ-*
38 *ſump.* 43. *lib.* 2. & quando principalis deponens incidit in periurium, debet perdere cauſam, iuxta terminos *cap. fin.* C. *de iur. iuran. in* 6. & alijs plectendas eſt pœnis, vt declarat *Afflict. in cap.* 1. §. *item ſi vaſſallus, nu.* 18. *cum*
49 *ſequ. de contr. inueſt.* Verum euitabit iſtam pœnam, ſi deinde ſe corrigat, ideſt, antequam accipiantur aliæ probationes, dicit *Menoch. vt ſupr.* nam non dicitur fallax is, qui ad rei veritatem reuertitur, & melius eſt ſeipsũ corrigere, quam ab alio corrigi, *Lof-*
41 *fred. conſ.* 10. *nu.* 27. Attamen iſta correctio eſt limitata à *d. pragm.* 8. *de ord. iud.* vt fiat infra tres dies poſt factam negationem, vt ibi in fine.

# DE PROBATIONIBVS in genere.

## CAP. XX.

### SVMMARIVM.

1 *Probatio quid ſit, & quibus modis ſit.*

2 *Probari qualiter poſſit fama, ætas, mors hominum, dominium, metus, valor rei, deſcendentia, fines Diœceſis, præſcriptio centenaria, Iuſpatronatus, identitas familię, negatiua, matrimonium, identitas rei, vnitas, & indiuiduitas.*

3 *Probatio alia eſt vera, alia plena. nu.* 4 *alia ſemiplena. remiſs. nu.* 5.

6 *Probationes plures ſemiplenæ coniunguntur ad inducendam plenam probationem, & quando n.* 7. *&* 8.

9 *Iuramentum ſuppletorium defertur, quando aliquid eſt ſemiplenè probatum fallit. n.* 11.

10 *Iuramenti ſuppletorij materia.*

12 *Sententia lata ſuper probatione, facta cum iuramento ſuppletorio, in quo ſit priuilegiata?*

14 *Iuramentum in litem datur aduerſus tutorem, qui dolosè adminiſtrauit, & quid aduerſus alios adminiſtratores? n.* 15. *Et quantitas, ſuper qua eſt iurandum, qualiter taxetur in praxi. num.* 16. *& de materia. num.* 17.

18 *Iuramenti litis deciſorij materia remiſs.*

19 *Notorium non eſt probandum, ſed allegandum.*

20 *Notorium dicitur, quod ex actis*

 elici-

*elicitur,& alijs modis.n.21. & 22. & de materia remiſs.nu.23.*

24 *Probandi onus incumbit actori,& ſi reus contrarium non probauerit, vel ei denegaretur defenſio.n.25.*

26 *Probandi onus eſt rei in exceptionibus,& exemplificatur. nu.27.*

28 *Præſumptionis vis transfert onus probandi in aduerſarium, referuntur exempla. nu.29. Et explicatur. num.31.& 34.*

30 *Præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium, niſi ex propria confeſſione.*

32 *Præſumptio leuis, & non apta transferendi onus probandi in aduerſarium,quid operetur?*

33 *Præſumptio vna quando ex altera tollatur,remiſs.*

35 *Probatio facta ab vno, quando proſit alteri.*

AT, ſi partes litigantes non releuabuntur ab onere probãdi ex eorum mutuis depoſitionibus,vt in tit.præcedenti,poterũt infra idem tempus termini conceſſi producere probationes pro fundanda eorum intentione, hinc probatio
1 dicitur actus rei dubiæ, fidem facies, vt per *DD.in rubr.de probat.* ſed quibus modis fiat, latè nouiſſimi *Addentes in pragm. Reg.22. de ord. iud. & de materia Reg Tap.in Ius Regni, hoc titu. & latiſſime Maſcardus,* & quando fiat per iuramentum,colligit *Ricc.in coll. 211. latè Borrell. in ſumma deciſ. tit. de iuramento.nu.160.cum ſequen. lib.* Sed, vt circa hanc materiam aliqua tangam noto.

*Primò,quanam rem poſſint pluribus modis probari.*

*Secundò,probatio quotuplex ſit.*

*Tertiò,notorium, an ſit probandum, & quando ſic vocitetur.*

*Quartò,onus probandi,cui nam incumbat.*

*Quintò,probatio facta ab vno,an iuuet alteri.*

2 PRimò noto, quod multi ſunt caſus,& res, quæ vario modo poſſunt probari,& DD.ex quo frequenter accidunt ſuper illis,conſiderarũt, vt eſt fama,de cuius probationis modis colligit *Ricc.collect.* 206. & 1131. ætas hominum,*idem in coll.*302,*Anna ſingul.* 379. refert deciſum probari ætatem filij per librum patris. Mors hominum, *Ricc.coll.*401. Dominium, *idem in coll.*311. & 1460. *Viſcont. in eius concluſ.iur.ver. dominium.* Modi poſſeſſorij,*Ricc.coll.*963.Metus, idem *coll.*154.& 401.Valor rei,*idem collect.* 416. Deſcendentia ad effectum ſuccedendi, *idem coll.* 1260. Fines Diœceſis,*idem coll.*387.Filiatio,*collect.*259 Præſcriptio immemorabilis,& centenaria,*idem collect.*233.Iuſpatronatus, *idem coll.*58. Identitas familiæ. *Anna conſ.*106.*idem Ricc.coll.*76.Inopiæ, *Benint.deciſ.Bonon.*65.Negatiua. *Couar. var.reſol.cap.6.lib.2.Ricc.collect.*1056. Matrimonium,*idem Ricc. collect.* 219. Identitas rei,quod ſatis inſeruit, quãdo petitur reſtitutio bonorum, ſubiectorum fideicommiſſo,*idem Ricc. coll.* 1344.Vnitas,& indiuiduitas rei, *Reg. de Ponte conſ.47.num.5.& 7. volum.1.* Virginitas, *Viſcont.in eius concluſ. ver. Virginitas.*

3 SEcundò principaliter noto, quòd probatio multiplex eſt,vt explicat *Menoch.de præſump.lib.1 in præfation. q.1. & 2.* & ſignanter alia vera, quæ an poſſit elici ex præſcriptionibus iuris,& de iure,explicat *idem Menoch.præſump.36.cum ſeq. eodem lib. 1.*

4 Alia eſt plena,de qua *Abb.in cap. iuramentum,§.ſanè de iureiur.& DD. in l.admonendi.ff.eod.& præſertim Iaſ.ſub num.233.verſ.Imò fortius.*dicit, quòd in dubio appellatione probationis
5 intelligitur de plena. Item alia eſt ſemiple-

Digitized by Google

miplena,de qua *Abb.& DD.ibi ſup.& Troiſ.in pragmat.*15. *de ord. iud.*

6 Verùm eſt hic aduertendum, quòd regulariter,quando fiunt plures probationes ſemiplenę, & imperfectæ, coniunguntur, vt conficiant plenam probationem,nam ſi non proſunt ſingula,multa iuuant, *Loffred.in conſ.* 8.
7 *Alex.conſ.*11.*& conſ.*21.*lib.*4. niſi agatur de infligenda pœna mortis, *Præſ. de Franchis dec.*538. Sed quid in cauſa matrimonij, vide *Ant.Fab.in dec.*8.
8 *ſub hoc eodem tit.* Sed latè de reliquis circa iſtam regulam tractat *Gabr. in concl.* 1. *hoc tit. de prob. & Menoch. in præſump.*41.*lib.*1.

9 Item eſt aduertendum,quòd, quādo probatio eſt facta ſemiplenè, poteſt tunc,cauſa cognita, ad perficiendam probationem deferri iuramentum, quod dicitur ſuppletorium probationis; de quo latè *DD.in l. admonendi,ff.de iureiur. bonæ fidei, C.de reb. cred.& per Abb. in d.cap.iuramentum, & §.ſanè de iureiur.Affl. ibique Addētes in deciſ.*36.*& Latè Marant.par.*6. *tit.de iuram.& colligit Borrell.in d.tit. de iur.ſuppl.& Ricc.coll.*380.vbi inter
11 cæteras limitationes affert,quòd hoc iuramentum non defertur, ſi cauſa verſatur ſuper magna ſūma, allegat
12 *Affl.dec.*275. *num.* 10. quod verum aſſero, quando ſolùm eſt ſemiplenè probata intentio;nam, ſi plus quàm ſemiplenè,tunc,& ſi magna ſumma ſit,poteſt deferri dictum iuramētum, ita ſingulariter voluit *Hippol.ſing.*27. *Iuramentum*,quam limitationem latè proſequitur *Benint.deciſ.*76. & ibi, quando dicatur cauſa magna,vel mo-
13 dica, & quod in cauſa matrimoniali non poſſit deferi huiuſmodi iuramentum ſicut in cauſa criminali firmat *latè Gail.obſer.*94.*lib.*2. & ſententia lata ex probatione facta cum huiuſmodi iuramento ſuppletorio eſt priuilegiata,adeo quod non ſit in ea cōdemnatio in expenſis, *Rou.prag.*1.*nu.*24.*de expenſ.*

14 Item eſt aduertendum, quòd, ſi nec plenè,nec ſemiplenè,aliquid probatū eſt,cùm ſit difficilis probationis,& cōcurrat præſumptus dolus ex parte cōuenti,puta,in tutore conuento ad reſtitutionem quantitatis debitæ ex hæreditate ab ipſo adminiſtrata,& ſit in dolo,ex quo non confecerit inuentarium,tunc datur iuramentum in litē,
15 vt explicat *Affl.in deciſ.*360.imò non ſolùm in tutore,ſed procedit in quolibet adminiſtratore, quando adeſt præſumptio doli, vt tenet, *Socin. in conſ.*73.*& conſ.*471.*vol.*1.*& conſ.*159.
16 *vol.*2. Verùm in praxi ſeruatur,quòd quantitas, ſuper qua dictus tutor, vel alter adminiſtrator conuentus tenetur iurare,priùs à Iudice taxetur, vt dicit *Affl.in d.deciſ.*360.*in fine*, quicquid dicat *Bart.in conſ.*60.*in* 3. *dubio*
17 *vol.*3.reliqua ad hanc materiam, latè *DD.in tit.de iur.in litem, & colligit Borrell.in d.ſumma deciſ.tit. de iur. in*
18 *litem, tom.*1.*& Ricc.collec.*1349. Sed de iuramento litis deciſorio, *idē Ricc. coll.*1359.*& latè Caroc.in tract. partic.* & de cauſa huiuſmodi iuramento deciſa non poteſt amplius agi,tenet *Cephal.conſ.*65.*num.*66.*vol.*1.*Boer. deciſ.*305.*num.*2.

19 TErtio principaliter noto, quod interdum,factum eſt notorium, & ſic non eſt probandum,*iuxta regul. tex.in cap.euidentia, de probat.* ſed debet allegari, vt per *gloſ.in l. ciues.C.de appell.& alios, quos allegat Menoch. in remed.*15.*recup.poſſeſſ.num.*264.*& latè*
20 *Loffred.deciſ.*238.& notorium multis modis dicitur,vt explicat *Menoch. de arb.iud.cap.*166 *lib.*1. & ſignanter, id quod deducitur ex actis, maximè quando ſunt contentioſæ iuriſdictionis,vt ibi dicit *Menoch.ex Aret.in cōſ.*
21 42.*num.*4.Item notorium conſtat de facultatibus ciuium ex oſtenſione æſtimi, quando ex conſuetudine omnia bona Ciuium ibi deſcribuntur. *Vaſqu.illuſtr. contr.cap.*4. *col.* 1. *verſ.*
22 *deſcribuntur lib.*1.Item notorium deducitur ex confeſſione, facta in iudi-
23 cio,*Marſilius in rub.de probat.nu.*282.

Sed

Digitized by Google

Sed quia iſta materia notorij eſt multum prolixa, vt dicit *Afflict. in cap. fin. quo tempor. miles num. 17.* ideo me remitto ad dicta per *Bar. in l. ſcriptus hæres, ff. de reliq. & ſumpt. fruct. & alios quos citat Afflict. in cap. fin. num. 17. quo tempore miles, &c. & collecta per Riccium coll. 653.*

24 QVartò principaliter noto, quod regulariter onus probandi incumbit actori *l. fruſtra, & l. actor. C. de probat. l. verius ff. eod. latè DD. in l. qui accuſare. Cod. de edendo*, & ideo, ipſo non probante, reus abſoluitur, etiam quòd ipſemet reus in ſe ſuſcepiſſet onus probandi contrarium, *Ferett. conſ. 101. numer. 17. & alios allegat Triuiſ. in dec. Venet. 4. num. 30.*

25 *lib. 1.* Vel ſi etiam reo, ex forma ſtatuti denegaretur defenſio. *Bart. Veron.*

26 *caut. 344.* Hinc eſt, quòd quando reus opponit exceptionem, in qua vice fungitor actoris, & ſit fundata in aliqua qualitate, tenetur illam probare, vt explicat. *tex. in l. in exceptionibus, ff. eodem, hoc tit.*

27 Ideo ſi frater conuenitur à ſorore, vel eius viro pro dote, excipiat de inofficioſa, tenetur probare vires patrimonij, *Guttier. pract. quaſt. lib. 5. q. 40. & ſic in ſimil.* hinc ſi minor agat, pro abſolutione contractus mutui in quo fuit læſus, mutuans excipiens fuiſſe pecunias mutuatas verſas in vtilitatem pupilli hoc tenetur probare, iuxta tradita *per Bal. in l. 1. n. 5. C. ſi aduerſus creditorem*. Sic etiam excipiens de nullitate contractus debet probare ſolemnitates non interueniſſe, & ſic conſiſtat in negatiua, *Io. de Platea in l. 1. num. 20. de fide inſtrum. lib. 10.*

28 Eſt nihilominus hic aduertendum ad id, quod dixi de probatione, ſimiliter dicendum in præſumptione, paria enim ſunt probare, & habere præſumptionem ſuper aliqua re, *Bart. in l. ſi quando, C. vnde vi*, & conſequenter habens præſumptionem iuris pro ſe, transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, *l. ſcriptura in fin. ff. de iure dotium*, benè *Conar. var. reſol. cap. 6. num. 1. lib. 2. & Menoch. præſumpt. 33. lib. 1.* & debent eſſe probationes for-

29 tiores, dicit *Aym. conſ. 198. nu. 3.* Hinc eſt, quòd, quando reus, vt hæres conuenitur à legatarijs, & excipiat non adeſſe bona, tunc producendo inuentarium, ex quo reſultat pro ipſo præſumptio, ſcilicet tantum bona, quę ibi deſcripta ſunt, fuiſſe in hæreditate defuncti, ſequitur, quòd contrarium aſſerenti incumbat onus probādi. *Gab. in concl. 7. num. 12. de probat. Præſ. de Franch. dec. 536. latè Menoch. præſump. 26. verſ. ſecundus caſus lib. 6.* & ſic in ſimilibus, vt ibi.

30 Verùm ſequitur inſuper aduertendum, quòd hæc, proximè dicta, tripliciter intelligenda ſunt. Primò, quādo præſumptio eſt iuris tantum, ſecus quando eſt iuris, & de iure, nam contra iſtam regulariter non admittitur probatio in contrarium, *iuxta regul. cap. is quidem, de ſponſal.* niſi induceretur probatio ex propria confeſſione, & alijs modis, vt explicat benè *Menoch. in præſum. 60. & ſequ. lib. 1.*

31 Secundò prædicta intelliguntur quando præſumptio, quæ allegatur in locum probationis, eſt de per ſe vera, & non elidatur alia præſumptione & iuris diſpoſitione, quia tunc parum prodeſt, vt explicat *Aym. conſ. 198. nu. 1. & conſ. 158. Socc. conſ. 129. vol. 4. Affl. & ibi add. dec. 198.* exemplum eſt in poſſidente, quòd, licet ratione poſſeſſionis regulariter transferat onus probandi in aduerſarium, tamen nō procedit, quando dictus aduerſarius habet aliam præſumptionem, ex qua videtur, quòd prædictæ poſſeſſioni ius reſiſtit, nam tunc adhuc penes ipſum remaneat onus probandi, vt probatur in *l. ſi ne poſſidetis. C. de probat. iunct. gl. ſub ver. facti ſunt*, ibi, *ideo probat quādo præſūptio eſt pro Actore*, benè *Curt. iun. conſ. 90. col. 2.* & de cōmuni teſtatur *Vaſq. illuſtr. cōtr. c. 86. ſub n. 7. verſ. denique lib. 1.* ſecus ſi ius non reſiſtit poſſeſſioni, vt in præſūptione *l. quintus*

*tus de donat. inter vir. & vxorem. probat Reg. de Pont. de poteſt. proreg. tit.* 10. §. 1. *nom.* 5. aliud exemplum eſt in officiali emente, *And. in cap.* 1. §. *ſi cert.*
32 *caſtaldi, de feud. guar. & ceſt.* Sed, licet iſta leuis præſumptio non ſit apta trasferendi onus probandi in aduerſarium, operatur tamen, vt exiſtentibus paribus probationibus, iudicetur pro eo qui illã habet, vt dicit *Menoch. in præſumpt.* 33. *ſub n.* 6. *& ſeq. verſ. ter-*
33 *tius eſt caſus lib.* 1. Cęterùm, quando vna altera præſumptione validiori tollatur, explicat *idem Menoch. præſum.* 29. *&* 30. *lib.* 1.

34 Ex his deducitur tertia intelligentia, quando præſumptio transferat onus probandi in aduerſarium, ſcilicet, quòd eſſet debeat in eius perfectione, & nullum adſit obſtaculum, quominùs operetur, aliàs ſecus exemplũ eſt in conueto ex cauſa doli, qui, cum habeat pro ſe præſumptionem, ſcilicet, dolum non præſumi in dubio, certè aduerſarius tenetur probare. *l. quoties*, §. *qui dolo. ff. probat. Abb. conſ.* 68. *col.* 2. *vol.* 1. at ſi iſte conuentus faciat actum illicitum, & non permiſſum, quo caſu dicta præſumptio nequeat operari, tunc non obſtante dicta præſumptione, ipſe tenetur probare abſque dolo feciſſe id, quod fecit, ita *Iſer. in* §. 1. *num.* 9. *cum ſequent. quæ ſit prima cau. beneſ. amit. & in* §. *ſi qui. ruſticus, ſub nu.* 12. *in fin. de pace tenend.*

35 QVinto, & vltimo noto, quod regulariter probatio facta ab vno non præiudicat, nec prodeſt alteri niſi fiat inſtantia penes acta in quibus facta ſunt, & in termino producantur, vt docet *Bart. in l. naturaliter* §. *nihil commune, num.* 52. *ff. de acquir. poſſ. Farinac. dec. Rom.* 639. *nu.* 3. *par.* 2. & quãdo probationes factæ in vno iudicio valeant in alio? *late Boer. deciſ.* 53. *&* 67.

Sed quia in hoc titulo *Maran.* tres conſtituit ſpecies probationum, quæ ſatis verſantur in praxi, videlicet per cõfeſſionem, per ſcripturas, & per teſtium depoſitiones, de illis ſigillatim videbimus.

## DE PROBATIONIBVS PER confeſſionem.

## CAP. XXI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Confeſsio dicitur probationis releuatio, & muneratur inter genera probationum num.* 3. *& de eius materia, nu.* 4.
5 *Confeſsio extraiudicialis, quando inducit ſemiplenam probationem, n.* 6. 7. 8. 9. 10. *Quid inter mercatores, vel pro pia cauſa, nu.* 11. *&* 12.
13 *Confeſsio extraiudicialis facta parte præſente, quando præiudicat. n.* 14. *&* 15.
16 *Confeſsionis extraiudicialis materia, remiſſ.*
17 *Confeſsio iudicialis vt præiudicet, quæ requirantur. nu.* 18. 19. *&* 20.
21 *Felyn. in cap. capitulum. num.* 12. *de reſcript. quomodo intelligatur.*
22 *Confeſsio facta, parte præſente, præſumitur acceptata.*
23 *Poſitiones, & articuli hodie fiunt per modum exceptionis, & quare?*
24 *Confeſsio, facta ad interrogationem vnius, non præiudicat reſpectu aliorum, & nu.* 35.
25 *Decretum latum ſuper confeſsione iudiciali, habet vim diffinitiui, & quando? nu.* 26. *& an poſsit ab eo appellari? num.* 27. *Et de materia. nu.* 28.
29 *Confeſsio iudicialis, perempta inſtantia, non perimit.*
30 *Confeſsio iudicialis, vt præiudicet, quomodo fieri debeat, & n.* 31. 32. 34. 35.
33 *Confeſsio, facta à teſte, an ſibi præiudicet, ſi conueniatur ſuper ea principaliter.*
36 *Confeſsio iudiciali valida eſt, ſi fiat coram Iudice competenti, quid in criminalibus? nu.* 38. *&* 39.
37 *Afflict. in deciſ.* 177. *quomodo intelligendus.*
40 *Confeſsio iudicialis, an præiudice, ſi fiat à principali, vel procuratore, habẽte ſpeciale mandatum? nu.* 41. *Quid ſi fiat abſque*

Digitized by Google

*abſque mandato? nu.42.Quid ſi fiat in alia cauſa? & de alijs ad materiam.nu. 44.& 45.*

46 *Confeſſio Aduocati,an praiudicet cliẽtulo?& de ſõcti,an praiudicet haredib.? n.47. Pralati Eccleſia,vel ſucceſſori?n. 48. Tutoris,vel curatoris, pupillis& adultis,nu.49.& 52.Mariti in beneficium vxoris,an noceat creditoribus? num.50. Debitoris eius fideiuſſoribus? nn.51. Et quid in confeſſione facta à filiofamil. abſque conſenſu patris,remiſsiuè. nu:53.*

54 *Confeſſio iudicialis pratextu erroris, quando reuocetur,& infra quod tempus. n.55.Et error an debeat allegari. n. 57. Et quando præſumatur,remiſs.nu.56.*

58 *Confeſſio iudicialis,non poteſt reuocari,quando parte ex ea eſt ius quaſitum. num.59.*

60 *Confeſſio deliberata,quomodo intelligatur?*

61 *Confeſſio dubia poteſt declarari à confitente,& ſi petierit,debet ei concedi terminus ad probandum circa illam. n.62.*

63 *Confeſſio quando poſsit reſcindi,& pro parte acceptari,& pro alia reſpui, & nu. 64.De qua re adducuntur exempla. nu. 65.& 66.& de materia remiſs.nu.67.*

1 SEquitur in ſpecie videndum de probatione per confeſſionem, quæ,licèt non ſit propria probatio, ſed potius probationis releuatio,*Abb.in rubr.& ibi Adden.verſ.confeſsio,extra de probat.*hinc eſt,quòd nõ comprehenditur ſub ſtatuto,loquente de probatione,*Catalan. in tract. de*
2 *indul.cap.8.nu.6.* tamen propter maiorem efficaciam, quam habet, tum quia ex illa abſque ordine proceſſus poteſt fieri condemnatio,*Afflict.deciſ.* 372.tum etiam, quia admittitur propria confeſſio aduerſus præſumptionem iuris, & de iure,contra quam nõ admittitur aliqua probatio; *Bald. in auth.ſed iam neceſſe.C.de donation. ante nupt. & benè examinat Menoch. præſump.61.lib.1.* Item ſi fiat in beneficiũ tertij,inducit pro eo præſumptionẽ, *Bart.in l.cum cauſ.num.8. C. de iur. & fact.ignor.per tex.in l.publia. ff.depoſit.*
3 ideo non eſt incongruum iſtam confeſſionem inter probationum genera connumerari,ad *glo.in l.1.C.de edend. & in cap. ad abolendam, ver. deprehen-*
4 *di,de hæret.* de cuius materia licèt adſint tituli particulares,& infiniti ſcripſerint, & ſignanter *Marſil.in rub. de probat.DD.& præſertim Felyn.in cap.ſi cautio,de fide inſtrum.& Maran.*& cæteri practici,ego tamen cum illis.

5 PRimò noto, quòd confeſſio vno modo dicitur extraiudicialis, quæ,ſi tendat ad obligandum,& fiat, parte abſente, inducit tantùm ſemiplenam probationem, ex communi *DD.* opinione, in praxi recepta, vt teſtatur *Afflict.deciſ.364.nu.4.& 375. num.3.Gab.de confeſsis concl.1. nu. 52.*
6 quod procedit, etiam ſi fiat abſque cauſa,*Alex.in conſ.4.nu.12.in fin. vol. 1.Marſil.in d. rub. de probat. num. 78. verſ.ſicut tamen,*& ſic verum eſt,quòd non valet confeſſio facta abſque cauſa,vt dicit *Guid.Pap.deciſ.*175. reſpe-
7 ctu plenæ probationis. Ideo ſi cum dicta confeſſione concurrant aliqua adminicula,ſit plena probatio,puta, depoſitio vnius teſtis de veritate, *Gabr. concl.1.num.2.de probat.Thor. in compend.deciſ.verſ. confeſsio extraiudicialis.* fama. *Aret.conſ.65.col.2.*iuramen-
9 tum,*Barto.in l.ſi quis decedens.§.codicillis.de leg.3.Gulielm. de Bened.in cap.*
9 *Raynutius; extra de teſtam.verſ. teſtamentum.num.25.Gabr.vbi ſupr.nu.41.*
10 *vol.5.Borrell.in ſumma deciſ.titu. 54. num.64. lib. 1.* vel ſi fiat in aliquo inſtrumento, *Marſil. vbi ſup. num.101.* dicens ad hoc eſſe *tex.not.in l. deſide-*
11 *rium.ff.depoſ.* Sed quod indifferenter præiudicat, & probat inter mercatores,tenet *Marant.in tit.de teſtium product.num.59.verſ.ſic igitur,& ſic deciſum à Laurent.in deciſ.Auenion.* 7. Sic
12 confeſſione facta, parte abſente fauore piæ cauſæ; quæ plenè probat *Bar.in d.l.cum cauſa,C. de iur. & fact. ignor.Tiraquel.de priuil.piæ cauſæ,priuil.*112.

An

13 At, ſi iſta confeſsio extraiudicialis
fiat, parte præſente, tunc indifferen-
ter præiudicat, licèt expreſsè non fue
rit acceptata, ſecundum communem,
*Maran.tit.de confeſſ.ſub num.* 2. & ſic
deciſum refert *Rota Gen.dec.*212. Sed
14 quid ſi fiat in præſentia procurato-
ris illius, in cuius beneficium eſt fa-
cta, vel nuntij, negotiorum geſtorum,
ſeù fideiuſſoris? *Aymo.conſ.*272.*col.*7.
*Curt.conſ.*77.*& Hippol. ubi ſupra*, &
15 quid ſi tertius acceptauerit pro ab-
ſente? *Aymo.conſ.*261.& fauore dotis,
an præiudicet, ſi fit in actu, inter di-
uerſas perſonas celebrato? *Alex.conſ.*
16 96.*vol.*7. reliqua ad materiam huius
confeſſionis extraiudicialis, vide per
*DD.vbi ſup.Soc.conſ.*63.*Cgueil.concluſ.
comm.contra commun.q.*17.*& Ricc.coll.*
194.*par.* 1. ſed quia huiuſmodi con-
feſsio, vtcumque fiat, requirit proba-
tionem teſtium, vt dicit *Afflict.dict.
deciſ.Ideo.*

17 SEcundò principaliter noto, quòd
altero modo confeſsio dicitur
iudicialis (de qua propriè loquimur
in hoc titulo) quæ indifferenter præ-
iudicat, nam in iudicio quaſi contra-
hitur, ad *tex.in l. certum*, §.*ſi quis ab-
ſente.ff.de confeſſ.ubi DD.* quorum va-
riæ fuerunt opiniones, an tunc requi-
ratur partis præſentia, & acceptatio,
vt patet ex Apoſtilla ad *Barto.in d.*§.
*ſi quis abſente*. ideò ad remouendas
difficultates poterit tunc vti cautela
*Bar.dicentis in d.*§.*quid facias ſemper
ponere in actis, præſente parte.* Sed ho-
18 die parum refert, ex quo iſtæ confeſ-
ſiones fiunt ſemper in ſcriptis, puta
in libello. ſeu poſitione, quo caſu
non procedit cautela *Barto.* vt ipſe-
met ibidem fatetur, & eſt communis,
*Ruin.conſ.*21.*vol.*1.*& per Gabr.d. con-
cluſ.*1.*num.*17.*verſ.quarto fallit*, imò
non ſolùm, ſi taliter fiat, præiudicat,
19 ſed etiam omnis aſſertio in libello
habet vim confeſsionis, & conſequen
ter ei ſtatur contra porrigentem illũ,
*ex regu.tex.in l.cumpretium.C. de lib-
ber.cauſa*, quam intelligas iuxta ibi
20 collecta a *Ricc.coll.*1059.*par.*4. *latè
Borreli.in d.ſumma deciſ.titu. de libelli
obl.*49.*num.* 164. *lib.* 1. & tunc quia
ſemper libellus intelligitur oblatus
coram Iudice, coram quo lis verti-
tur, ipſe ſupplet vicem abſentis. *Abb.
in cap.fin.col.* 7. *& ibi cæteri DD.de
confeſſ.*& conſequenter nulla requi-
ritur in praxi Iudicis acceptatio, con-
tra *Felyn.in cap.capitulum, coll.*10.*num.*
12.*in antiq.de reſcrip.* dicẽtem requi-
ri in hac iudiciali confeſsione acce-
ptationem Iudicis, vel ſaltem, quòd
oſtendat, ſe eam recipere nomine ab-
21 ſentis, & ei acquirere, vel non loqui-
tur in iſta confeſsione facta in ſcrip-
tis in libello, vt ſupra, ſed ſimpliciter;
in qua etiam conſuluit *Bart.in d.* §.*ſi
quis abſente*, requiri præſentiam partis.
22 accedat, quod attenta communi opi
nione DD. quando fit confeſsio, par-
te præſente, debet præſumi accepta-
tio.*l.qui patitur ff.mand.& latè DD. in
l.qui omnis ff.ſol.matrim.Alex. in l.* 3.
*C. de rep.hæred.* ergo, ſi fit coram Iudi-
ce, ſupplente vicem abſentis, adhuc
præſumitur acceptatio, ſed de hoc nõ
diſcurro, quia de raro accidit, præſer-
23 tim in poſitionibus, & articulis, in
quibus ſi dubitatur aliquid poni, ex
quo poſsit inferri præiudicium circa
confeſsionem, fiunt per modum ex-
ceptionis, videlicet, *quatenus præten-
ditur, &c. excipiendo ponitur, &c.* quo
caſu nulla ex eis inducitur confeſsio,
*glo. in l.ſi quidem, ver.conteſtatione, C.
de except.* quam imprimis ad hoc alle-
gat *Marã.tit.de poſit.ſeu artic.produc.
num.*9.*verſ.limita hoc, par.*6. & in alijs
24 caſibus, vt plurimum confeſsiones in
iudicio, fiunt ad interrogationem al-
terius ex litigãtibus; & ſic ceſſat om-
nis difficultas de præſentia, & accep-
tatione partis, verum tunc dicta con-
feſsio ſolùm præiudicat reſpectu il-
lius, ad cuius inſtantiam fit, vt dixi ſu-
pra de depoſitione principalium, &
dicam infra.
25 Hinc etiam nota, quòd hæc eſt illa
confeſsio, adeò priuilegiata, quod



Digitized by Google

admittitur aduerſus præſumptionem
iuris,& de iure,*add.ad Bald.in d.auth.*
*ſed iam neceſſe,C.de donat. ante.* Item ſi
ſuper eius tenore fit decretum con-
demnationis à Iudice, habet vim dif-
finitiuæ ſententiæ, & conſequenter
non poterit reuocari, *Marant. de ſen-*
*tentia par.6.num.*28. *verſ. ſed dubium*
26 *eſt*,licèt fiat,nullo ſeruato ordine iu-
diciario,*Ann.alleg.*82.*n.*4.nec à dicto
27 decreto conceditur appellatio, *Ca-*
*rau.rit.*187.quid de confeſsione ore-
28 tenus facta coram Iudice, an poſsit
ſuper ea ferri decretum condenatio-
nis? *Couarr.var.reſol.lib.*1.*cap.*1.*verſ.*
*quinto*, & de materia huiuſmodi de-
creti,vide *Suar.in l.poſt.rem. iud. ff. de*
*re iud.num.3.per tot.*ſed quid in crimi-
29 nalibus? *Bero.in cap.de his de accuſ.* I-
tem perempta inſtantia in cauſa,con-
feſsio iſta non amittit vigorem, benè
*addit.ad Bar.in l.ſi confeſſus, verſ. non*
*poteſt.ff.de cuſt.& exib.reor.*

30 Verùm,quæ dixi circa confeſsionē
iudicialem. Primo intelligas, vt pro-
cedant, quando confeſsio eſt facta
principaliter ad negotium, quia ſi in-
cidenter ad alium finem non præiu-
dicat,vt per DD. ſupra citatos, & la-
tè *Reg.de Pont.conſ.*95.*num.*16. *vol.*1.
31 exemplum dat *Reg.Rouit.in comment.*
*ad pragm.Reg.rub.de appretio,num.*20.
videlicet, in illo, qui allibrando eius
bona,aſſerat in ſuo appretio, ſe eſſe
debitorem Titio;nam tunc ex tali cō-
feſsione,incidenter facta, non poteſt
confitens conueniri. ſed quid in cri-
minalibus? *Bero.in d. cap. de his num.*
*6.de accuſat. & de materia latè Paſch.*
*de vir.patr.poteſt.par.*3.*c.*2.*num.*70. *&*
*ſequ.*

32 Secundò intelligas in eodem iudi-
cio, & inter eaſdem partes,licèt mu-
tetur modus agendi,& fiat in alia in-
ſtantia, *Afflict.in deciſ.* 83. *ſub num.*4.
33 ſecùs ſi fiat à procuratore,vt ibi, vel
forſitan ab aliquo in vno iudicio,tan-
quam teſte,nam tunc eius confeſſio
ſibi non præiudicat,adeò quod non
poterit ex tali confeſſione in alio iudi-
cio vti principalis conueniri.*Reg.Rou.*
*vbi ſupra nu.*21.*vbi allegat Capyc. dec.*
14.*ſed latè,vide per Valaſc.conſult. Lu-*
34 *ſit.*33.*verum per cap.inquiſitionem,ex-*
*tra de elect. tenet Guido Papa in deciſ.*
254.quòd confeſſio,facta in vno iudi-
cio,præiudicat in alio,etiam inter di-
uerſas perſonas,quod ſecus eſt in a-
ctis probationum,& ibi aſſignat ratio-
35 nem diuerſitatis. Sed eius opinio
poteſt ſaluari in noſtra praxi,quando
confeſſio eſt facta ſpontè, & ſimplici-
ter; Secus ſi fiat ad interrogationem
partis aduerſæ, quia tunc ſolùm,
quòad interrogantem præiudicat, vt
dicit apoſtilla ad dictam deciſionem,
& benè *Reg.Rou.in pragm.* 6.*num.* 9.*de*
*ord.iud.& dixi etiam ſupra.*

36 Tertiò intelligas, quando iſta con-
feſſio ſit emanata coram Iudice com-
petenti, quia,ſi eſſet incompetens,
non præiudicat,vt in clerico confitē-
te coram Iudice laico. *Dec. in d.cap.*
*at ſi clerici,& alij, quos congerit Valaſc.*
*in conſult.Luſit.*65.*num.*5. & quod di-
37 cit *Affl.in deciſ.* 175.confeſſionem,ir-
rito,& annullato proceſſu, adhuc fir-
mam remanere, intelligendum eſt, ſi
Iudex,coram quo eſt facta,ſit compe-
38 tens, vel ſaltem iuriſdictio litigantiū
coram eo prorogabilis,vt dicit *Valaſc.*
veruntamen, in criminalibus facit in-
ditium ad torturam, *Cauall. in tract.*
39 *com.contr.comm. quæſtio.*18.Ratio eſt,
quia reſpectu Iudicis competentis re-
putatur confeſſio extraiudicialis, & i-
deo poteſt ex ea torqueri confitens
coram competenti, ad perſiſtendum,
*Innocen.in d.c.at ſi clerici, de iudic.Pu-*
*gnatarius in prag.*4.*nu.*158. *ſub tit. de*
*falſ.teſtib.*

40 Quartò intelligas de confeſſione
facta in iudicio à principali litigante,
ſecùs ab eius procuratore, quia eius
confeſſio non præiudicat Domino re-
gulariter, niſi ſequatur ratihabitio.
*l.certum.§.ſed an,& ipſos.ff. de confeſſ.*
vel ſi fiat,præcedente mandato ſpe-
ciali, *Veſtr.in pract.Curiæ Rom.cap.*16.
*num.*4.*verſ.declaratio lib.*5.*& dixi etiā*
*ſupra*

Digitized by Google

ſupra in tit. de depoſitione principalis.
42 num. . . . . Quid ſi fiat abſque mandato, per modum contentioſæ iuriſdictionis? *Rol. à Vall. conſil.* 70. *vol.* 1.
43 Sed quando confeſſio procuratoris, facta in vno iudicio, præiudicet domino in alia cauſa, & de alijs ad materiam latiſſimè *Felyn. in cap.* 1. *num.*
44 14. *& plurib. ſeqq. vt lite non conteſt.* & de confeſſione procuratoris, tutoris, & aliorum adminiſtratorum, latè etiã *Alber. in l. ſi procurator, nu.* 2. 10. *&* 11.
45 *ff. ſi quis ius dicend. non obtemper.* & ſignanter, quando confeſſio procuratoris, dicentis eius dominum eſſe hæredem Titij, præiudicet, *gloſ. in l. non ſolùm, verſ. hæres. ff. de procur. & Bald. ibi verſ. in tex. ibi abſens, & bene in de-*
46 *ciſ. Cappell. Tholoſan.* 392. *& ibi Aufr.* quid de confeſſione Aduocati, an noceat eius clientulo? *Afflict. in conſt. lite legitimè conteſtata, num.* 18. *lib.* 2. *vide gl. in cap. olim de cenſibus,* & ibi, quod poteſt reuocari illico, vel eadem die,
47 & tunc non nocebit Domino. Quid de confeſſione, facta à defuncto in iudicio, an noceat eius hæredi? *Bal. in*
48 *l.* 2. *num.* 23. *Cod. de edend.* Quid in cõfeſſione Prælati, an noceat ſucceſſori, & Eccleſiæ? quæſtio eſt magnæ diſtinctionis *dicit Affl. in deciſ.* 168. *circa fin. vide ibi allegata, & Anchar. conſil.* 17. *col.* 1. *verſ. & vnum, Angel. conſ.* 245. *n.* 8. *& Bal. in l. in contractibus.* §. *& quorum, nu.* 5. *C. de non nu. pec. & de Maur.*
49 *alleg.* 6. *num.* 5. *&* 12. *lib.* 2. Cæterùm quid in confeſſione de recepto, facta à procuratore, tutore, curatore, vel alio adminiſtratore, an & quando præiudicet pupillo, & alijs? *Tiraquell. de vtroque retract. gloſ.* 6. §. 4. *de retract.*
50 *conuentional. nu.* 12. *& ſequen.* vbi de materia, & quid de confeſſione mariti circa dotem, quando præiudicat eius creditoribus, & confeſſio debito-
51 ris, an noceat eius fideiuſſorib. & de alijs ad hoc propoſitum idem *Tiraq. vbi ſupra.* §. 1. *gloſ.* 18. *de retract. ligna-*
52 *gier. num.* 81. *cum ſeq.* Sed reliqua circa prędictam confeſſionem procuratoris, Sindici, Rectoris, patris, mariti, & ſimilium congerit *Ricc. collect.* 176.
53 *par.* 1. Quid ſi fiat à filiofamilias abſque conſenſu patris, an inducat obligationem? *Carau. rit.* 187. *nu.* 60.

54 QVartò noto principaliter, quòd confeſſio iudicialis prætextu erroris in facto proprio, vel alieno non reuocatur. *l. non fatetur, iuncta gloſ. ff. de confeſſ. & ibi DD. præſertim Bart. de iſta materia, & latè in l. error. Cod. de iur. & fact. ignor. & ibi per Iaſ. latiſſimè Veſtr. in pract. Cur. Roman. cap.* 16. *lib.* 5. *congerit Ricc. in*
55 *coll.* 174. *lib.* 1. Sed quo tempore ſit facienda rectè reuocatio, videlicet, incontinenti, vel ex interuallo, & quãdo? diſcurrit *Tiraq. de vtroque retract. tit. de retract. conuen.* §. 1. *glo.* 5. *num.* 13. *& ſequ.* & ibi ſi confeſſio eſſet facta à procuratore, vel Aduocato, & reuocatio fieret à principali, quod tempus ſtatuatur, & benè *Alex. conſ.* 71. *num.* 7.
56 *&* 8. *lib.* 3. Item in dubio, quando error, vel ignorãtia præſumatur, diſcurrit *Menoch. præſump.* 22. *&* 23. *lib.* 6. &
57 quòd non ſufficiat præſumi, ſed debeat allegari, vide eundem *Menoch. in præſum.* 48. *n.* 3. *lib.* 1.

58 Duo tamen hic ſolùm noto. Primum, quòd, quando eſt confeſſio, acceptata à parte, & conſequenter eſt ei ex dicta confeſſione ius quæſitum, nõ poteſt deinde prætextu erroris reuocari, vt ex *Cyn. in l. vnic. C. de confeſſ. & alijs deduxit Marſil. in pract. crimin.* §.
59 *poſtquam n.* 26. *verſ. ſed in cauſis.* Quod quidem ſanè intelligo, duobus concurrentibus, videlicet, primò, quod fiat ab illo, qui rei, & actus cognitionem, ſcientiamque habet; nam tunc non præſumitur error commiſſus in tali confeſſione, prout reſpondiſſe *Syluanum conſ.* 57. *nu.* 27. *teſtatur Me-*
60 *noch. d. præſ.* 22. *nu.* 6. *lib.* 6. Secundò, quòd ſit deliberata, quæ talis dicitur, quando iudicialiter eſt recepta & geminata, vt tradit *Thom. Triuiſ. deciſ. Venet.* 5. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1.

61 Nota hic ſecundò, quod, licèt ſit

difficultas, an & quando poſſit reuocari confeſſio, vt ſupra, ceſſat tamen, quando dubia eſſet, nam tunc, ex quo eius declaratio pertinet ad ipſummet confitentem, *l. ij qui. ff. de iud. l. inter ſtipulantem*, §. 1. *ff. de verbo oblig.* Solent practici petere facultatem declarandi, & eſt ei concedenda, quo caſu poterit confitens probationes producere circa declarationem, vt notat *gloſ. in cap. cùm dilecti, verſ. dilapidatione de accuſ. Abb. in cap. paſtoralis, num. 7. de except.*

62 lent practici petere facultatem

63 VLtimò pro coronide huius materiæ, eſt notãdum, an confeſſio, maximè iudicialis poſſit reſcindi, & ſic acceptari pro parte, & reliquum reſpui? & DD. dicunt, quòd, quando confeſsio eſt ſub vna, & eadem conceptione verborum, adeò quòd aliquod connexum contineat, quòd tũc in totum debet acceptari, vel reſpui, vt de communi per *DD. in l. 1. C. de confeſſ. & in cap. 1. eodem tit. in 6. teſtatur Alex. in conſ. 80. ſub num. 4. lib. 7.* exemplum eſt ſi promitto centum, quod debet mihi Titius, vt explicat

64 *Capell. Tholoſ. deciſ. 414.* Si verò contineat diuerſa, vel ſeparata capitula, certum eſt, quòd poteſt aduerſarius partem, quæ pro ſe facit, acceptare, & reliquum reſpuere, per *tex. in l. Publia*, §. *fi. ff. de poſ. Bar. in l. Aurelius.* §. *iddem quæſiuit. ff. de liberat. legat. Alex.*

65 *conſ. 71. nu. 5. lib. 3.* puta, ſi quis confiteatur mihi debere centum, & verſa vice, quòd ei ego debeo ducentum, nam tunc poſſum acceptare confeſſionem de centum, & negare reliquũ, vt benè per *Natt. in conſ. 365.* & ibi, quando dicatur continere capitu-

66 la ſeparata. Item ſi confiteatur debere mihi centum cum illa taxatiua *tantum*, nam poſſum acceptare pro centum, & negare illam taxatiuam, vt velle *Iaſ. in l. ſi quidem ex cauſa, nu. 2. C. de tranſact. teſtatur Caſſan. ad con ſuet. Burg. tit. de iuſtiees, rub. 1. §. 6. nu. 18. & vide in add. ad pract. Veſtr. d. cap. 16. lib. 5. ſub num. 15.* Cæterùm, quan-

67 do confeſsio, facta cum qualitate poſsit diuidi, latè vide per DD. allegatos à *Triuiſ. in deciſ. Venet. 46. cauſ. crim. lib. 2.* vbi concludit, quòd indifferenter in criminalibus non diuiditur confeſsio qualificata, alios allegat *Ricc. d. coll. 174. lib. 1. circa finem*, *latè Gratian. d. c. March. 54. nu. 17. & de prædictis omnibus, vide And. Iſer. de feud. cap. 1. de his, qui feud. &c.*

## DE PROBATIONE PER ſcripturas publicas, & de liquidatione inſtrumentorum.

### CAP. XXII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Scriptura publica, quænam ſit? & n. 2.*

3 *Statutum, loquens de probatione, de qua intelligatur.*

4 *Conſt. Regni* Baiulos, & inſtrumentorum robur, *quibus modis limitatur, & nu. 5.*

6 *Teſtes, recuſantes ſe ſubſcribere in contractu cui interfuerunt: an cogi poſſint?*

7 *Inſtrumentum, ſi non reperiatur extenſum, ſed tantùm* infilzatum, *an reaſſumi poſsit?*

8 *Notarius exterus prohibetur extra iuriſdictionem inſtrumenta conficere.*

9 *Notarius Apoſtolicus, quando in terris, Imperio ſubiectis, poſsit ſuum officium exercere.*

10 *Cap. Regn.* Ladiſlaus, *interpretatio, & num. 11.*

12 *Notarius pater pro filio, & è conuerſò, an prohibeatur facere inſtrumenta?*

13 *Inſtrumentum dotale, quo reſtitutio dotis, vel antefati petitur, debet in forma probante exhiberi. Quid in iudicio aſsiſtentia? nu. 14.*

15 *Aſſenſus tantùm per ſcripturas probari poteſt.*

16 *Aſſenſus, ipſo iure præſtitus intelligitur, cum fiſcus feudalia iura cedit, & ita deciſum.*

17 Re-

17 *Reconductio ſcripturis probatur, ſed limitationes afferuntur.*
18 *Inſtrumentorum variæ enuntiantur vtilitates.*
19 *Reconuentus, ſi exterus ſit, tenetur cautionem de iudicio ſiſti & iudicato ſoluendo præſtare.*
20 *Creditor instrumenta poſt ſolutionem tradens cenſetur etiam omnia iura in ea contenta cedere.*
21 *Falſi pena exigens plus debito tunc tenetur. ſi exactio publicis ſcripturis oſtendatur, & quid in ſcriptura, trino teſte notata. nu. 22.*
23 *Obligatus ad aliquid coram teſtibus, poteſt cogi, vt de facie ad faciem inſtrumentum conficiat.*
24 *Debitor, ceſſus, non tenetur cum clauſula guarentigiæ facere inſtrumentum ceſſionario.*
25 *Inſtrumentum inducit notorium, & quomodo intelligatur.*
26 *Inſtrumentum producens, quomodo tracteatur omnia ibi exiſtentia fateri?*
27 *Enunciatum à notario in inſtrumento, quando probet, & refertur obſeruatio.*
29 *Inſtrumenta contraria, ſi ab actore, & reo de eodem negotio producantur, cui potius credatur? Et quid ſi pluribus inſtrumentis, & teſtamentis, eodem die factis? nu. 30.*
31 *Inſtrumenta in Neapolitano Regno confecta abſque clauſula guarentigiæ, paratam executionem habeat.*
32 *Obligationes penes acta, quando explicitam habeant executionem.*
33 *Inſtrumentum. an liquidari poſsit, ſi conditio eſſet purificata, & conſtet ex teſtium depoſitionibus, aut alia publica ſcriptura?*
34 *Executio an fiat in æſtimatione, ſi res in inſtrumento promiſſa eſſet perempta?*
35 *Inſtrumentum factum alicui, eiuſque heredibus ex legitimo matrimonio deſcendentibus, an poſsit liquidari.*
36 *Inſtrumentum, qui non valeant liquidare? & contra quos non poſsit liquidari. nu. 37.*
38 *Exceptiones liquidationum impedientes, quæ ſint?*
39 *Pactum. quòd, non obſtante quolibet caſu reſciſsionis poſsit inſtrumentum præſentari valet.*
40 *Præuentionis materia remiſsiuè.*
41 *Exceptione liquidationem prohibentes, debent à principalib. opponi. & quando à procuratoribus, ibid.*
42 *Iudex hebdomadarius cognoſcit de cauſis in quibus Curia ſedente pro Tribunali, dictum eſt*, quòd, viſis ſcripturis, extra bancam, prouidebitur.

SEquitur examinãdus ſecundus modus probationis, videlicèt, per ſcripturas publicas, qui in multis caſibus requiritur, vt infra di-
1 cemus, & publica ſcriptura dicitur, vel quando eſt confecta à publica perſona circa eius officium, & autoritatem, vt in numularijs exemplificat *tex. in l. quædam. §. nummularius. ff. de eden.* & in actis iudiciorum, *Afſl. deciſ.* 271. *nu.* 4. vel ſit confecta publica autoritate, ideſt, cum interuentu Notarij, Iudicis, & teſtiũ, *Reg. Rou. in prag. 2. nu. 2. de contract.* & tunc dicitur inſtrumentũ quaſi ex eo mens inſtruatur circa cauſam. *l. 1. ff. de fid. inſtru.* & dicitur probatio probata. *Bald. in l. 1. C. de fid. inſtr. Menoch. præſump.* 43. *lib.* 1. & ſtatur inſtrumento quouſq; aliud non probetur. *l. 1. cum precibus. C. de probat. Andr. in cap. primo de contr. inueſt. num.* 1. ſed an ſtatutum, mandans probationem in iudicio fieri ſolùm per inſtrumenta, valeat? diſcurrit *Marſil. in rub. de probat. ſub num.* 32. & *ſequen. verſ. modò circa hanc*. Sed pactum, quod contra inſtrumentum nõ poſsit probari, niſi per aliud inſtrumentum, non valere, tenet *Barth. in Authen. iubemus. num. 2. C. de iudic.* & eſt communis, *Viu. in comm. opin.* 575. & quando ſit cum iuramento, docet cautelam, *Io. de Arno. in comment.* 194 reliqua de materia plenè per *DD. in d. tit. de fid. inſtr. & addentes ad Pragm. Reg. ſub eodem tit.* ego tamen circa inſtrumenta.

Primo

3 PRimò noto, quòd multa requiruntur, vt instrumentum valeat, & conſequenter dicatur ſcriptura publica, quæ omnia enumerat *gloſ. in l. generali. C. de tabul. lib. 10. & ibi colligit Ricc. coll. 362. par. 2.* & ſignanter in Regno Neap. debet ſeruari ſolemnitas, tradita per conſtit. Regni Baiulos omnes, &c. & conſtit. inſtrumẽtorum robur, videlicet, quod ſubſcribatur à Iudice, notario, & teſtibus, & vt omni futuro tempore probet, debet reaſſumi in charta pergamena cum ſubſcriptione prædicta, iuxta diſpoſitionem dictarum cõſtitutionum, quarum diſ-
4 poſitio limitatur, ſi ſuperuiuat notarius, qui in confectione inſtrumenti interuenit, nam tunc, licèt Iudex, & teſtes mortui ſint, conſtito de veritate prothocolli, adhuc poterit reaſſumi, & loco mortuorum alij ſubſcribi, vt in *pragm. 1. de fid. inſtr*, imò etiam ſi notarius mortuus ſit, & producitur inſtrumentum in prothocollo, tunc ſi aliquæ coniecturæ concurrant pro veritate dicti prothocolli, adhuc poterit authoritate Sac. Conſ. reaſſumi, vt teſtatur *Aff. deciſ. 48.* idem fauore dotis in reaſſumptione inſtrumenti dotalis, refert *Capyc. deciſ. 171.* quod extẽditur, etiam ſi petatur reaſſumptio, non ſolùm ab vxore, ſed ab eius filijs & hæredibus, ſecundum *Afflict. in d. conſtit. Baiulos. poſt num. 52.* ſecus verò contra filium; nam tunc ſeruabitur diſpoſitio *d. conſtit. dicit Minad. in cõſ.*
4 *18. nu.* . ſed hodie indifferenter poteſt fieri reaſſumptio in caſu prædicto, quando mortui ſunt omnes, & loco ipſorum alij ſubrogantur in ſubſcriptione, vt ſtatuitur per *pragm. 2. de fid. inſtr.*

5 Item limitatur ſecundò, ſeu potius declaratur diſpoſitio *dict. conſtitut.* vt intelligatur de notario præſente, nã, ſi fuerit abſens, vel iuſto impedimento impeditus, poterit tunc Iudex mãdare alteri notario, quòd reaſſumat, iuxta tradita per *Aff. in deciſ. 6.* nam, cum poſſit ipſemet notarius impeditus alteri cõmittere, vt perficiat ſcripturas ſuarum rogationum, vt dicit *Bar. in l. 3. nu. 13. C. de tut. lib. 10. Bal. in d. rub. de fid. inſtru. Couar. pract. quæſt. cap. 21.* conſequens eſt, vt hoc poſſit mandare iudex, vt arguit *Afflict. in d. deciſ.*

6 Dubium tamen in materia huius reaſſumptionis eſt, an ſi teſtes, qui interuenerunt in contractu, recuſent ſe ſubſcribere ſub prætextu, quod non recordantur, vel nõ interfuerint, poſſint adhuc compelli? & ex adductis per *Capyc. in deciſ. 29.* praxis ſeruat, quòd non, & ſic etiam in iudice, tenet idem *Capyc. in eius inueſt. feud. verſ. regalia. fol. 286. colum. 1. in fin. verſ. & quando notarius.* Et ratio eſt, nam iſti tales propter eorum ſubſcriptiones, quas faciunt ad probationem ſcripturæ, vt ſignificent ſe adfuiſſe, non dicuntur approbare actum illum. *gloſ. in l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. cauſ. pign. vel hypoth. ſolu. cum concord. adductis per Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 66. nu. 17. & ſequen.*

7 Dubium aliud eſt, ſi moriatur notarius, & non extenderit, nec deſcripſerit inſtrumentum in prothocollo, ſed tantum reperiatur infilzatum in ſcirpturis aliarum rogationum, an tũc poſſit Iudex mandare, quod reaſſumatur? de hoc caſu non loquuntur dicta conſt. & pragm. nam præſupponunt, inſtrumentum eſſe extenſum in prothocollo notarij mortui, & ideo remanet ſub diſpoſitione iuris, in qua non poſſe reaſſumi innuit *Afflict. in d. conſt. Baiulos ſub num. 48. ver. inde dicit, & in cap. 1. num. 41. de contr. inueſt. Reg. Rou. in pragm. 1. num. 30. de fid. inſtrum. Alex. in 1. vol. conſ. 153.* & benè dicit, quia prius eſt agendum circa extenſionem, & collationem in prothocollo, quæ extenſio, & collatio per dictam conſtitutionem, tunc demum poterat fieri per alium notarium ſi partes viuebant, ex quo, captis pignoribus, cogebantur ad iterum celebrandum contractum, vt in *d. conſt. Baiu-*

*Baiulos.ver.cæterum*, *verum quia dicta conſt.ſub verſ.quę partem*, diſponit etiã in caſu, quando partes abſuerint, vt tunc extendatur per alium notarium cum clauſulis ſolitis, capta prius informatione circa vitam, & famam notarij, & alia, vt ibi, ideò indifferenter hodie ſic ſeruatur, quãdo contractus non reperitur extenſus.

Cęterùm circa materiam reaſſum-
7 ptionis, vide *Affl.in d. conſt. addentes in d.pragm. Reg.Tapia in l. Ius Regni ſub eod.tit.de fid.inſtrum.Thor. in compend.deciſ. ver.inſtrumentum, & ver. reaſſumptio inſtrum. Ricc.collect. 361. par.2.*

8 SEcundò noto, quòd aliud principale requiſitum eſt circa habilitatem notarij, vt inſtrumentum valeat, & probet, videlicet, ſi ſit confectum à notario creato à Rege, cum eius creatio ſit de regalibus, vt dicit *Iſer.in cap.* 1.§.*commendatorum*, *nu.*24. quæ ſunt regalia, & ſit rogatus intra territorium, & iuriſdictionem D.Regis, qui creauit, nam extra, nec de conſenſu partium poterit conficere inſtrumenta, vt notat *Bar.in l.apud Præconſulem.ff.manum.vind.* nam eius officiũ eſt nudũ miniſterium, quod nõ eſt extendibile, vt dicunt *DD. in cap. cum P.tabellio.etiam de fide inſtrumen. cum alijs collect.per Gab.tit. de fide inſtrum.concluſ.*1.*num.*2. *& ibi de iſta materia.* Hinc eſt, quòd notarius Apoſtolicus nequit in terris Regis conficere inſtrumenta, nec è contra, vt dicit *Valaſc.in deciſ.Luſit.*9.*tom.* 1. Sed
9 quando notarius Apoſtolicus valeat conficere inſtrumentum in terris Imperij, latè vide *Afflict.in conſtit.Regni* appellationem tempore. *Capyc.in repet.cap.Imperialem.fol.*48. *col.*1. *&* 2. *adducta per Annam in ſingul.* 245. *&* 246. *Adden.in rit.* 188. *vbi Reg.Tap. in Ius Regn.quem collocauit ſub titu.de fide inſtrum.lib.* 2. Cæterùm quæ ſolemnitas requiratur, vt inſtrumenta, confecta extra Regnum, probent in Regno? vide *Afflict.in deciſ.*251. *cum ibi add.* & quando fidem faciant, & an poſſint exequi via executiua in Regno, quando continent clauſulã guarentigiæ, & de alijs benè *Io. Lopez in rub.repet.cap.per veſtras.fol.*4.*nu.*23.*&* 24. Sed quid ſi Rex creauerit aliquẽ notarium in vno loco, puta, Capuæ, an poterit dictus notarius conficere inſtrumentum Neapoli? Andreas format hanc quæſtionem, & concludit, quòd ſic, ſi partes conſentiant, quia tunc, ex quo ſumus in eadem iuriſdictione Regia, facillimè fit prorogatio, & generalis conſuetudo inſtrumenta approbat, vt dicit in *d.cap.*1.§.*condemnatorum. nu.*24.*quæ ſint reg.*

Sic etiam reſpicienda eſt habilitas notarij, vt ſit homo demanialis, & ſi eſſet vaſſallus; non poterit conficere inſtrumentum in beneficium Baronis eius domini, vt ſtatuatur per cap.Regni *Ladislaus*, & an ſic ſi eſſet contra eius dominium? & de alijs benè *Affl. in conſt. in locis demanij col.* 3. *&* 6. &
10 an diſpoſitio dicti capituli ſicut loquitur in inſtrumentis, procedat etiã in obligationibus, quæ fiunt penes acta? quod non deciſum refert *Præſ. de Franch.deciſ.*118. ſed in cauſa vniuerſitatis Flumaris cum domino Carolo Siripando, vtili domino, fuit iudicatum in Sac.Conſ.referente Cõſ. de Bottis, non eſſe exequendum vigore obligationum ſtipulatarum per Actuarium Vaſſallum, quę obligationes erant factæ, etiam cum collega, & coram Capitanio, & fuerunt accuſatæ in dicta Curia. Actuar.tunc Caro, nunc Cioffus.

11 Verùm fateor, quòd, licet diſpoſitio dicti Capituli includat contractũ, & eius appellatione veniant teſtamẽta, & codicilli, vt dicit *Lucas de Penna in l.mediterraneа.C.de annon. & tribut. lib.*10.*quem ad hoc allegat Afflict. in d. conſtit.inſtrumentorum robur. ſub nu.*4. tamen non extenditur ad ea, & ideò *fuit ſolemniter deciſum in Sac. Conſilio. iunctis Aulis in cauſa Fuluia Scondita cum Epiſcopo Munopoli*, diſpoſitionem dicti

*dicti Capituli,loquentis in inſtrumentis, ſcripturis,& contractibus, non habere locum in teſtamentis,referente* Reg. *Conſ. Marco Antonio de Ponte, nunc Præſide Sac.Conſilij,anno* 1595. *Actuarius de Felice,& vide adducta à* Ricc.*in collect.* 614.*par.*1.*& Maſcar.de probat.concl.* 927.*nu.*15.*verſ.quarto loco.*

12 Sed quid,ſi notarius conficiat inſtrumentum pro ſe,an valeat? *Bar.in l.filius.§.ſequens quæſtio.ff. de eden.* videtur tenere,quòd non,ſecus quòad alios contentos in eodem inſtrumento,quid ſi conficiat inſtrumentũ pro eius filio,& è conuerſo? *idem Barto.in l.ſi pater.ff.eod.* quid pro eius vxore? *idem Bar.in l.ſi vxori.ff.eodem.*

TErtiò principaliter noto, quòd hic modus probationis per ſcripturas publicas,in multis caſibus præciſè requiritur, quos enumerat *gloſ.in cap.*1.*§.poſtquam,de cenſibus in* 6. *& ibi alios cumulat Additio.* Hippol. *in d.rub.de probat.num.*10.*& ſeq. verſ. ſed vltra caſus alios DD.allegat Afflict. in deciſ.*398.*num.*1.*& Præſ.de Franch. deciſ.*278.*num.* 3. *& colligit* Ricc. *ſuper d.glo.coll.*240.*par.* 2. & ſignanter de quo non habuit notitiam *d.glo.*eſt caſus,quando petitur reſtitutio dotis, ſeu antefati,nam tunc debet produ-
13 ci inſtrumentũ dotale in forma probante,vt dixi iuxta conſuet. Neapol. incip.dos,& quarta benè *Minad.conſ.* 18.*nu.*3.*& conſ.*20.*nu.*2. intelligendo de fonte principali,ſecus circa intereſſe,vt declarat Salyc.*in l.ſi quis argentũ. §.fin.de donation.quem refert Camer. in cap.Imperialem.fol.*55.*lit. D.* Item nec aſſecuratio propter viri vergentiam ad inopiam abſque inſtrumento dotali peti poteſt,vt deſum refert *Molfeſ.ad conſuetud.Neap.par.*7. *quæſt.* 15. *num.*2.*tit.de iur.quar.Thor. in compen.*
14 *deciſ.verſ. aſſecuratio an poſſit.* Verum quando agitur pro reſtitutione dotis iudicio aſſiſtentiæ contra tertios poſſeſſores, tunc ad remouẽdum circuitum inutilem,ſi conſtet de receptione, poteſt obtineri, ſi producitur inſtrumentum introducti in forma probante,vt per *Minad.in deciſio.* 6. *cum alijs cumulatis à Thor. in compen.deciſ. verſ.aſſiſtentia præſtari.*

Secundus caſus eſt de iure nouiſſimo,de quo nec notitiam habuit gloſa prædicta, in probatione aſſenſus, nam, licèt olim, ſi obtinebatur à Barone,poterat probari per teſtes,vt dicit *Afflict.deciſ.*243.*ſub num.*3. vigore tamen nouellarum pragmaticarum, Excellentiſs. quondam D. Petri de Toledo,confirmatarum per Excellen
15 tem Ducem de Alba, aſſenſus indifferenter non poteſt probari, niſi per ſcripturas,ſcilicet per memoriale,expeditum per verbum (fiat) & quod ſit regiſtratum infra annum, vt in *pragm.*1.*de priuileg.infr.ann.præſen.*niſi circa res feudales contrahatur cum ipſomet Rege, vel Prorege, vel cum Reg. Camera, nam tunc intelligitur tacitè aſſenſus præſtitus,*Camer. in c. Imperialem,fol.*12.*col.*3. *verſ. limitare, et fol.*66.*col.*5.*circa finem,et benè defendit Frecc.de ſubfeud.lib.*2.21.*quæſt.fol.* 159.*Borrell.in tit.de aſſenſ.*36.*num.*22. *tom.*1.*ſumm.deciſ.et ſecundum eius dicta in cauſa Magn.Eligij de Marra,qui habebat ceſſionem iurium à* Regio *fiſco, etiam ſuper feudalibus contra Magnif. Io.Aloyſium de Sanguino,fuit dubitatũ, ſi ſuper dicta ceſſione ſuper feudalibus requirebatur aſſenſus Regis,vel ex eo,quòd*
16 *fiſcus ceſſit intelligatur aſſenſum dediſſe, et in Sac.Conſ.iunctis Aulis, referente tunc Conſ. de Franchis, fuit iudicatum pro Magnif.Eligio, anno* 1574.*Actuarius Roppulus,penes Secretarium eſt decretum.*

17 Tertius caſus eſt non numeratus à *gloſ.*in reconductione,quæ indifferenter, attenta praxi,debet probari per ſcripturas, iuxta diſpoſitionem *l. nemini.C.locat.*verum hoc limitatur. Primò,ſi pars paſſa fuit recipi probationes per teſtes ſuper reconductione, nam tunc ſibi præiudicat,& debet ſuper tali probatione recepta pronuntiari,vt dicit *Præſ.de Franch.deciſ.*278

Secun-

Secundò limitatur, ſeu potius declaratur diſpoſitio *d. tex.* quando eſſet probanda reconductio, finito tempore primæ conductionis, ſecus ſi lōnge ante, de qua re benè cumulat *DD. Thoras in d. compend. deciſ. verſ. conductor primus, ſeu antiquus, & verſ. reconductio probari, congerit de materia* Ricc. *coll.* 1725. verum in Sac. Conſ. *d. tex.* ſemper fuit intellectus, quando reconductio allegaretur in ipſo actu exfractationis, nam tunc præſumitur fraus, & malitia. *Gizz. deciſ.* 71.

Quartus poteſt addi caſus, quando partes vellent cum effectu contrahere, mediante ſcriptura publica, tunc enim non attenditur contractus ſine inſtrumēto, & locus eſt pænitētiæ, & ſic intelligendum eſſe *text. in l. contractus. C. de fid. inſtrum. dicit* Gizz. *dec.* 79. *nu.* 8. *Vrſill. & alij addentes ad Affl. dec.* 39. *Caldas de emptioione, & vendit. cap.* 9.

18 Q Vartò ſucceſſiuè noto, quod habere inſtrumentum eſt ſatis vtile. Primò, quia ex eo multæ probationes fiunt, videlicet, confinium, *Marant. deciſ.* 335. *Regens Tapia in Ius Regni. tit. de fin. regund.* Item habens inſtrumentum, poteſt petere ſequeſtrū lite pendente, *Angel. in l. per hanc. C. de tro. mihi anno. iux. eius remiſſ. in add. ad Bar. in l. libibus. C. de agr. & cenſ. lib.* 11. *in ver. fructus.* Item probatur diſtrictus, vbi res ſita eſt, *de Mauro, allcg.* 62. *num.* 1. *tom.* 1. Item inſtrumenta antiqua probāt communem opinionem, ſecundum *Bal. in l. cum aliquis. C. de iur. delib. de quo vide benè per Aret. conſ.* 42. *& latiſſimè Loffred. conſ.* 44. & quid in vno inſtrumento? *Dec. conſ.* 36. *col.* 4. & an per plura inſtrumenta probetur rem ita geſtam eſſe, & taliter factam cum talibus circūſtantijs, adeò, quod ſtetur dictis dicti inſtrumenti contra omnes? *Couarru. pract. quaeſt. c.* 20. *nu.* 9.

19 Secundò eſt vtile, quia, ſi aliquis exterus reconuenitur, & in vim probationis producitur inſtrumentum, tunc tenebitur dictus reconuentus præſtare cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluēdi, quā alias præſtare nō tenetur, vt deciſum refert *Praſ. de Franch deciſ.* 311. imò vti ſuſpectus non poteſt cogi debitor, niſi de debito conſtet ex inſtrumento, *Viſcont. in concl. iur. ver. debitor ſuſpectus.* Item, licèt, elapſo termino ad probandum, reijciatur omnis probatio, tamen admittitur, quando fieret per inſtrumētum, dummodo ſit liquidum, & ex ſe probat, nam tunc inducit notorium. *Afflict. in conſtit. in pecuniarijs. num.* 29. Item, ſi producatur inſtrumentū poſt concluſionē in cauſa, poteſt peti terminus ad probandum ipſius corroborationem per teſtes. *Affl. deciſ.* 271. &

20 *Praſ. de* Franch. *deciſ.* 631. Item ſoluēs aliquid, ſi ei fuerint à recipiente tradita inſtrumenta, tunc intelliguntur ceſſa iura, contenta in ea, vt per *Bart. in l. fi. C. quan. fiſc. vel priuil. Sed late per Paul. de Caſtr. in l. Mauia. num.* 2. *ſolu.*

21 *matr.* Item, quando quis exigit plus debito, tunc demum debet puniri, iuxta diſpoſitionem *pragm.* 6. *de falſ.* quando oſtenditur exactio per publicas ſcripturas, *Regens* Rouit. *ibi, & latè Petr. Cabell. reſol. crimin. cent.* 2. *caſu* 179. & menſibus elapſis in Magna

22 Curia fuit dubitatum, ſi exactio conſtaret ex ſcriptura, trino teſte notata, an ſufficiat? & quòd ſit publica, facit *gloſ. in cap.* 2. *ver. in reali. extr. de fid. inſtrum.* licèt quòad anterioritatem non præferatur inſtrumento poſteriori, vt per *Gabr. concl.* 10. *de probat.*

Hinc ex dictis, & alijs vtilitatibus, prouenientibus ex dicto inſtrumento, vertitur in dubium, an ſoluens Titio, poſſit ipſum cogi facere ad conficiendum inſtrumētum quietationis? & quod ſic, per *tex. in l. diſſoluta. C. de cond. ſine cauſ. concludit Anna ſing.* 70. & ſic etiam, ſi Titius debet mihi centum, de quibus eſt mihi obligatus coram teſtibus, poſſum etiam ipſum cogi facere, vt conficiat inſtrumentum de facie ad faciem. *Affl. in conſtit. Ba-*

24 *in los omnes.nu.* 87. *&* 88. Item debitor poteſt conſtringi conficere inſtrumentum ceſſionario, vt dicit *Bart.in l. finita §.eleganter,col.3.in princ.verſ.ſed peterem ff.de damn.infect.* ſed non cum clauſula guarentigiæ, *Suarez in l.poſt rem iudicatam,quaſt.pen ſol. mihi* 725. *ff.de re iud.de quo late Bened. de Barzis in tract.de guarentig.q.5.vbi latè,& Rebuff.ad Gall. conſtit.titu.de liter.obligat. art.11.gl.1.nu.*88.*tom.primo.* Et an iuramentum ſit deperditum, vel alia ſcriptura in beneficium creditoris, poſſit ad iterum conficiendum conſtringi debitor? DD.tractant materiā *tit. chirographis.ff.de adminiſt.tutor.* Sed nos practicamus poſſe aſtringi, quando probatur cauſa amiſſionis, puta incendium, reuiſio latronum, & ſimilium, & tenor ipſius, cum alijs requiſitis, de quibus per *Gail. pract. obſeru. obſeru.*37. *lib* 2.

25 QVinto noto, quòd, licèt inſtrumentū dicatur probatio probata, & inducat notorium, hoc tamen debet ſanè intelligi circa ſubſtantialia, contenta in eo, non autem quoad alia, puta, in enuntiatiuis, & ſimil.latè *Vital.de clauſ. tit. de enunciatiuis, verb.in contract.* Sed quid inter eaſdem partes? & de materia latè *Reg.de Pont.in conſ.*95.*à num.*13.*vſque ad* 18.*vol.*1. *congerit Ricc.coll.*189. ſic

26 dicimus, quòd producens inſtrumentum, omnia videtur fateri, ſcilicet diſpoſitiua. *Iacob.in l.alia.num.*10.*C.de his,quib.vt indign.latè Menoch.praſum.* 44. *num.* 17. *lib.*2. & quando verba enunciatiua inducant diſpoſitionem, & probent? *DD. in l.ex hac ſcriptura. ff.de donationib.& l.ſciendum, vbi Bar. de verb.oblig.Specul.tit.de inſtrum.edit. §.oſtenſio,verſ. & quid ſi poſt, Aym.de antiq.tempor.par.*1.*verſ.ampliatur,Gui. Pap.decis.*193.*cum concor. latè Papienſ. in forma ſententiæ diffinitiuæ, verſ. viſaque litis conteſtatione: Borrell.in tit.de turam.num.*224.*tom.*1. Item intelligitur, quando contenta in inſtrumento ſunt connexa: nam tunc producens dicitur omnia fateri, ſecus verò ſi ſeparata. *Natt.conſ.*365.*circa fin.*

Sed ſub hoc notabili cadit ſciendum, an inſtrumentum probet etiam circa ea, quæ relatiuè ſunt in ea contenta? & certè quod ſic, ex regula tex.in *l.ait prætor.§.ſi index.ff.de re iud.* circa quam plura adducit *de Mauro all.*77.*num.*7.*vol.*2. Verùm, vt *Afflict. fatetur in decis.*372. non probatur mā-

27 datum enuntiatum a notario in aliquo inſtrumento, niſi fuerit integrè ſcriptum in ſcriptura referente, plenè *Boer.decis.*181.*num.*5.8,9.10.& 13. *& decis.*247.*num.* 3. & eſt de conſuetudine Neap. vt faciat fidem ſcriptura relata, ſi deſcribatur de verbo ad verbum in inſtrumento, vt in conſuetud. *inſtrumenta confecta, ſub tit. de contract.*

28 Praxis tamen ſeruat, quòd, quando inſtrumentum continet aliquid contra producentem diſpoſitiuè, enunciatiuè, vel relatiuè, & quocunque alio modo, ſit eius præſentatio cum clauſula *produco, ſi, & in quantum pro me facit, & non aliter*, nam tunc in his, quæ præſentanti obeſſe poſſunt, aduerſarius ſe fundare nequit, de communi teſtatur poſt *Felyn.in cap. imputari, de fide inſtrum.Carau.de antiq.tempor.in* 1.*par.in arg.de ſcript.priu.nu.*68. & ibi de materia, & ſequitur *Grau.in add.ad Veſtr.in praxi Cur.Rom.lib.* 6. *cap.*1.*num.*20. *&* 21.

29 SExtò noto, quòd, ſi in vim probationis producantur duo inſtrumenta contraria de eodem negotio, vnum ab actore, aliud à reo, cui potius credendum? vide *Bald.in l. falſus.col.*10.*ff.de furt.& in l.liberator. ff.de ſtat.hom.Alex.in l.optimam.C.de contrahen.empt.& in l.ſcriptura.C.de fide inſtrum.Boer.decis.*252.*vbi de materia,& ſub num.*9. dicit, quòd, quando inſtrumentum, quod producit actor, ſi æquale cum producto à reo, erit tunc ipſe reus abſoluendus, nam tunc eius probatio per contrarium inſtrumentum dicitur eliſa: ſed quan-

30 do inter duo inſtrumenta de eodem nego-

negotio eſt differētia, an ſit recurrendum ad prothocollum? quod ſic tenet *Bald. in l. Sempronium Preculo, de leg. 2. & in l. de rebus. C. de donatio. ante nupt. Bart. in d. l. ſcriptura. Guid. Pap. ſingul.* 336. & dicta duo inſtrumenta facta eodem die, an valeant, & quod potius attendatur? *Ann. ſingul.* 979. vel prius præſumatur ſtipulatum? *Troyſi ad pragmat.* 14. *de ord. iud. num.* 4. & quid de duobus teſtamentis? *Puteus deciſ.* 321. *par.* 3. *latè Bald. & ibi additio in l. cum in teſtamento. §. hac verba. ff. de hæred. inſt.*

VLtimò, pro coronide huius materiæ eſt ſciendum, quod licèt olim inſtrumenta non habebant executionem paratam pro promiſſis, in eo contentis, vt dicit *Præſ. de Franch. deciſ.* 118. *nu.* 1. ſecùs eſt hodie in Regno, vbi inſtrumentū reaſſumptum in forma probante, vt ſupra, ſi liquidetur in Magna Cur. Vic. habebit executionem paratam, ſi contineat clauſulam guarentigiæ, quam ponit notarius, ſi habet poteſtatem a ſtatuto, vt in Tuſchia, & in alijs locis, latiſſimè refert *Bened. de Barzis in d. trac. de guarent. g. & Su r. in repet. l. poſt rem iudicatam, in prin. ff. de re iud.* & ibi de materia liquidationis inſtrumenti. Imò
31 in Regno Neapolis abſq; dicta clauſula inſtrumenta habent executionē paratam, vt in ritu 166. vbi ſtatuitur, quòd aduerſus liquidationem inſtrumenti nulla poſſit opponi exceptio, niſi in vinculis, vel facto depoſito, cuius ritus ratio credo, quòd ſit, quia hodie inſtrumenta indifferenter ſunt iurata, & iuramentum habet executionem paratam, *Rebuff. ad Gall. conſti. art. 6. glo. 3. num. 9. tit. de liter. oblig.* Hinc ſi elapſum ſit tempus promiſſionis iuratæ, debitor eſt periurus. *cap. ad noſtram, de iureiur. cum concord.* abſque alia interpellatione. *Capyc. deciſ.* 106. *num.* 3. *Borrell. de iur. num.* 59. *tom.* 1. *ſumm, deciſ.* & de iure communi incurrebat periurus in pœnam amputationis manus, quæ de conſuetudine Curiarum Regni fuit mutata in pecuniariam, & ſic ſoluitur vnus carolenus pro qaolibet ducato, & applicatur fiſco Regio, & hoc reſpectu cauſa liquidationis dicitur criminalis, vt aduertunt *DD. in dicto rit.* 166. *poſt Afflict. in conſtit. ſtatuimus, cum alijs adductis per Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 45. & *num.* 18. & quia vltra dictam pœnam periurus non debet audiri aduerſus promiſſa mediante iuramento, vt dixi in cap. 17. hac. 2. par. & faciunt addu cta per *Paſcal. de vir. patr. pot. cap.* 9. *p.* 2. *in princ.* ideò per dictnm ritum cauetur, quod prætēdens dict. debitor ex aliquibus exceptionibus non teneri ad promiſſa non debeat audiri, niſi in vinculis, vel facto depoſito, nec ſatisfacit diſpoſitioni dicti ritus, ſi offerat ſtare ſub fideiuſſoribus, nam tunc propriè non dicitur ſtare in vinculis, ſed ſub cuſtodia. *Reg. Rouit. pragm.* 1. *num.* 15. *de cuſtod.* Nec ſi fiat ſequeſtrū ſuper eius bonis pro concurrenti quantitate, *Præſ. de Franch. deciſ.* 200. item nec ſi fuerit facta executio, vt pluries fuit decīſum in S.C.

32 Fateor tamen hic, quòd de iure communi ſolùm obligationes, quæ fiunt penes acta alicuius Curiæ, habebant (prout hodie habent) executionem paratam. *l. eum pro quo. ff. de in ius vocā. vbi de materia colligit Riec. coll.* 187. & ideo non fuit neceſſe in dicto ritu de eis mentionem facere, cuius diſpoſitio, cum ſit exorbitans, voluit releuare debitores, quòd, antequam procedatur ad liquidationē, citentur, quod non eſt ſic in obligationibus. *Præſ. de Franch. in d. dec.* 118. verum tam circa modum recipiendi dictas obligationes ab Actuarijs Magnæ Cur. Vic. Reg. Cam. Summariæ vel Sac. Reg. Conſilij, quam illas incuſandi; ſunt introductæ in Regno, quædam ſolemnitates, de quibns vide *Regias pragm. collectas à Reg. Tap. in Ius Regn. ſub titu. de oblig. penes acta lib.* 3.

Sed, licèt circa liquidationem in-



Digitized by Google

ſtrumenti infiniti ſcripſerint, & præſertim *Reg.Ronit.in comment. ad prag. 8.Reg.Tap.in tit.particulari. Ricc.collegii coll.*152.*& latiſſimè* Rebuff.*ad Gall. conſt. de lit.oblig. glo.9. art.1 col.* 3. eſt tamen aduertendum, quòd quatuor requiruntur, vt poſſit liquidari.

Primò, quòd ſit liquidum, nam exceptio illiquidatis impedit liquidationem, & executionem. *Franc.Marc. deciſ. Delph.*395. Borrell.*in ſumm.deciſ. de except.nu.*48.*lib.* 1. & quando tale dicatur, explicat *Caran. in d.ritu* 166. *Frecc.in tract.de liquidat.inſtrumen. & Cauenſ.in pragm.edia litium colum.* 7. *verſ.de inſtrumentis, tit. de compromiſſis*, & ſcias, quod inſtrumentum conditionatum non dicitur liquidum, ad tradita per *Bald.in l.2.C.de excep. rei*
33 *iud.* & per conſequens non liquidatur, ſed quid ſi conditio eſſet purificata, vel obſeruatum pactum promiſſum, & conſtet ex teſtium depoſitionibus, vel ex alia ſcriptura publica? *Cauenſ.vbi ſupra*: & pro, & contra, diſputat *Iaſon in l.1.num.* 31. *Cod. de edend. Ang.in l.fin.§.1.ff. de vulg. & pupill. & vide Dec.conſ.*46. *col.* 3. *Capyc. deciſ.*48. & ex vna ſcriptura liquidatur alia. *DD.in l.ſicut.ff. de compenſ.* & vtcumque ſit conditio non dicitur purificata pro liquidando inſtrumento conditionato, niſi intimetur parti, & conſtet Iudici. *Bald. in l. eum teſtamento.C.de teſtam.manumiſ. Dec.conſil.* 48.*num.*3.*Rebuff.ad Gall. conſt.de liter. contig.art.*11.*glo.*1.*ſub num.*74. *Franc. Marc.dec.Delph.*395. *lib.* 1. quid ſi eſſet illiquidum, ſed adeſſet pactum executiuum, videlicet, quod poſſit liquidari via ritus? *Bart.in l.3.verſ. ter-*
34 *tio.C.de pign.* & ſi res, promiſſa in inſtrumento liquido, eſſet perempta, an fiat exceptio in æſtimatione? *Bar. in l.Iulianus.ff.de confeſſ.*

Secundum requiſitum eſt, reſpectu perſonæ creditoris, vt ſit ipſe principalis creditor, cum quo eſt confectum inſtrumentum de facie ad faciem. *Afflict. deciſ.* 64. vel ſi eſſet hæres, qui de ſtylo M. Cur. debet pro-
35 ducere decretũ præambuli, & ſi promiſſio eſt facta in inſtrumento alicui, & eius hæredibus ex legitimo matrimonio deſcendentibus, & producitur præambulum factũ ſimpliciter in perſonam hæredis extranei, non poterit procedi ad liquidationem, vt fuit iudicatũ in S.C. facto verbo per M.Cur.in cauſa inter Io.Andr.Ferrara, & Io.Vincent.Ferrara, tũc Actuar. de Amatruda nunc.

Item ceſſionarius non poterit liquidare inſtrumentum, niſi cum principali, vel eius hærede, latè *Afflict.in conſt.eos ſcienter.col.4.Reg.Ron.in rubr. de liquida.inſtrum.& cæteri citati DD.* & ſi eſſet prodiens cum interuentu eius curatoris, *Galter.de liquidat. inſtr. c.p.2.p.nu.10.*

36 Tertium requiſitum eſt reſpectu perſonæ debitoris, vel creditoris; nã ſi eſt pater, non poterit contra ipſum liquidari inſtrumentum à filio. *Praſ. de Franch. deciſ.* 162. vel ſi eſt mater, *idem deciſ.*166. Item ſocer à nuro, & è conuerſo *Minad.deciſ.*20. quod in fratre contra fratrem *Frecc. quaſt.* 1. *par.*12 *Paſcal. de patr.poteſt.cap.9.nu. 12.par. 2. in cauſa liquidationis inſtrumenti ad inſtantiam Reu. D. Franciſci Gaudioſa contra Thomã Anellum Gaudioſam eius fratrem germanum, cũ fuiſſet prouiſum per M.C. quod procedatur ad interrogationem facto verbo deinde per Sac.Conſ.in aula Ioan.Andr.de Giorgio fuit prouiſum quod cauſa remittatur ad eandem M. Curiam, verum ſuperſedeatur in executione perſonali tantum tam pro debito, quam pro pœna die 13. Martij 1625. Actuar. M.Cur.Io.Andr. Canalis, penes quem sũt acta.* Sed quid dicendum contra minorem 14. annorum obligatum cum authoritate Tutoris, vel Curatoris? *Caran. in d. ritu* 266.*num.*12. dicit, quod poteſt liquidari attento iuramento, quo ligantur minores per diſpoſitionem *auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus vend.* Verum comparẽte perſonaliter, ſeruata

forma

Digitized by Google

forma d. ritus, ſolet prouideri, quod ſuperſedeatur in exceptione perſonali tam pro debito, quam pro pœna donec aliter fuerit prouiſum, ſequitur *Bernard. Pandus de liquidat. Inſtrum.* p. 2. declar. 16. n. 26. ſic dicimus in filiofamil. ex eodẽ Carau. d. ritu 266. n. 77. & in prodico declarato poſt obligationẽ contractã, vt obſeruatum refert bene diſcuſſo art. *Reg. Ronit. in pragm. 4. de liquid. Inſtr. quem ſequitur Ricc. in add. ad deciſ. Praſ. de Franch.* 672. *Nouar. in praxi electionis For. qu.* 25. *ſect.* 1. *Galter. in prax. liquid. in* 2. *par. princ. n.* 20. & licet aduerſus hæc aliqua poſſint in contrarium adduci, vt per *Medic. conſ.* 39. *cum alijs nouiſſime relatis per Reg. Capyc. Latro, dec.* 45. *num.* 25. *verſ. nec aduerſus prædict. & in deciſ.* 115. *non eſt recedendum à d. obſeruantia*, maxime quod reſeruatur melior deliberatio cum illa clauſula, quæ opponi ſolet in huiuſmodi decretis videlicet, donec aliter fuerit prouiſum cæterum contra hæredẽ cũ beneficio legis, & inuentarij (cui non renuntiauit expreſsè ſeruata forma deciſionis S. Conſ. factæ iunctis quatuor aulis) obligatum per debito defuncti, inſtrumentum non poſſit liquidari etiam ad finem expediendi literas executoriales ſuper bonis hæreditarijs defuncti refert deciſum ex multis allegatis *d. Reg. Capyc. Latro dec.* 115. Sic tandem dicimus quod contra debitorem habentem moratoriam a Principe, nam illa pendente partes Iudicis quieſcunt, & de ſtylo totius Italię, quicquid ſit de iure communi, huiuſmodi moratoriæ hodie extendũtur etiam ad debita iurata, vt ex *Graſſ. de except. excep.* 32. *num.* 17. *& alijs deducit idem Reg. Capyc. Latro dec.* 45. *vbi ſic deciſum refert in Sac. Conſ. ad relationem M. C. & fuit dictum, quod agatur ordinariè.*

37 quid contra fideiuſſorem clerici, an poſſit liquidari inſtrumentum pro eo quod fuit iudicatum contra clericum in foro ſeculari, & ſic notorie nulliter ex defectu iuriſdictionis? cùm accidiſſet hic caſus in cauſa Magdalenæ Stinchæ cum Gaſpare Ventura, fuit per Sac. Conſ. facto verbo per M. Cur. iudicatum contra dictum fideiuſſorẽ eſſe agendum via ordinaria, & non executiua via ritus, Actuarius in del Ius. quid contra mortuum, & an ſi debitor mortuus ſit eodem die, quo fuit proceſſum ad liquidationem? benè diſcurrit *Gizzarell. in dec.* 9.

Quartum requiſitum eſt, vt citatio ſuper tenore inſtrumenti, ſit pro vero debito, nam ſi plus illo non valeret liquidatio, & creditor puniretur, vt per *Gizzarell. deciſ.* 20. *& ibi add. & in cauſa Caroli de Greco citati ad inſtantiam D. Andreæ Caraccioli ſuper tenore inſtrumenti, ex quo fuit facta vltra debitũ, fuit declarata nulla, & deciſum in S. C. quod iterum citetur ad relationem Iudicis Rocchi, die* 19. *Decembris* 1625. *Act. Siſtni.*

38 His cognitis, eſt ſciendum, quòd, licèt per dictum ritum excludatur oppoſitio exceptionum aduerſus liquidationem inſtrumenti, nõ per hoc eſt totalis excluſio, nam admittuntur exceptiones, quę proueniunt ex eodẽ fonte, *Carol. de Graſ. de excep.* 13. *num.* 1. *Borrell. in ſumma deciſ. de except. nũ.* 32. *tom.* 1. vel ſi extarent in promptu, *cap. literas, de reſt. ſpol. & illas cumulat Sal. in l. qui nobis comul.* 2. *C. de adult. Vital. de clauſ. fol.* 20. *clauſ.* 1. *& ceteri præcitat. DD.* & ſignanter quid de exceptione non numeratæ pecuniæ? *Carau. in d. rit. Bal. in l. in contractibus. ff. de non num. pecun. & in l. ſi pecuniam. ff. ſi cer. pet. vbi Iaſ. latè Paſcal. de vir. patr. pot. cap.* 8. *num* 82. *& plur. ſeqq.* & quando à fiſco *Affl. in conſt. quæſtiones.* quid in exceptione rei non traditæ, vel non liberæ? *Decius conſ.* 119. *n.* 1. & an tunc non operentur clauſulæ conſtituti; & præcarij, vt poſſit liquidari? *Gamm. deciſ. Luſitan.* 392. Quid in exceptione compenſationis? *Bal. in l. amplius non peti. num.* 8. *ff. rem. ratam hab. Affl. dec.* 181. *&* 163. *Vrſill. ibid. &*



Digitized by Google

*in deciſ.*381.*num.*4.dicit, quod non impedit,latè *Frecc.de liquid.par.*7.*qu.* 8.*Reg.Rou.in prag.*1.*n.*9.*de cenſibus. & ſub num.* 8. vide an petita depoſitio principalis impediat liquidationem, & benè *Rebuff.ad.Gall.conſtit. tit.de liter.obligat.art.*1.*gl.*11.*nu.* 2. & *art.* 5. *gl.*5.*num.*3.quid in exceptione falſitatis,& de modo illam probandi? *Bal.in l.in exercendis Cod.de fide inſtrum.Abb. in cap.*1.*de prob.Specul. in tit. de inſtr. edit.*§.8.*Pugnat.in pragm.*4.*nu.* 40. *de falſ.*Quid in exceptione cedendarum actionum? *Hippol.ſing.*7. Quid in beneficio,quod cum eo? *Praſ. de Frãch. deciſ.*221.*Molfeſ.in conſ.*4 *num.*1.*&* 2. *Thor.in com.pẽd.deciſ.verſ.filius famil. obligatus*, Quid ſi opponatur exceptio pluralitatis perſonarum per *tex. in l. duo ſunt Tityj.ff.de teſtam. cum adductis per Bar.in l.quadam. ff. de reb. dub.* & certè,quod ſi producatur fides, vel alia probatio in promptu, ex qua cõſtat reperiri alium, maximè in eodem loco eiuſdem nominis, & cognominis (ex quo pluralitas nominum in dubio non præſumitur *Bar.in l.ſi quis ſeruus.*§.*ſi inter duos,de leg.*2.*Ann.ſing.* 609.vbi additio)tunc non ſolùm impeditur liquidatio,ſed executio, prout obtinui, facto verbo in Sac. Conſ. pro Saluatore.Vallone, decretum, quod capiatur informatio circa identitatem perſonæ, & interim ſuperſedeatur in exequendo, referente doctiſſimo,& maximæ authoritatis Reg. Conſiliario Ioan. Baptiſta Meliore, vt eſt videre in proceſſu Vincentij de Meſſina fol.399.anno 1620.Act. tunc de izzo.nunc de Martino ſed an ſit in culpa notarius? & certè,quod non, quia in confectione inſtrumenti non tenetur cognoſcere contrahentes, *Bal.in rubr.de fid inſtr.Gratian.de.*116 *vbi latè Theſaur.qq.Forenſ.lib.*2. *q.*78. & ſit non eſt in culpa niſi malitioſè alium pro alio ſpripſerit,vt refert *Thor. in comp.deciſ.verſ.Actuarius. vel Notarius*,ſed de his, & de ſuppoſitione vnius perſonæ,pro altera colligit *Ricc. coll.*713. Quid in exceptione litis pẽdentiæ ſuper ceſſione bonorũ? *Brun. in tract.de ceſſ.bon.quaeſt.*12. *principal.* vel ſuper reſciſſione eiuſdem inſtrumenti,puta coram Epiſcopo de vſura *Angel.in l.* 4. §. *condemnatum. ff. de re iud.* tenet, quod non, ſequitur *Bero. conſ.*75.*num.*2.*vol.*3.*Carthar. in deciſ.*

39 *Gen.*2.*nu.*9. Sed ſi pendet lis coram arbitris vigore compromiſſi facti, ſeruata forma ſtatuti circa contenta in inſtrumento quod liquidari petitur, quod tunc poſſit impediri liquidatio, refert deciſum *Thor. in compen. deciſ. verſ.inſtrumentum liquidari,an poſsit*, quidquid dicat *Borrell.in ſumm. deciſ. tit.*63.*num.*14.*lib.*1.reliqua circa hãc materiam, an pendente reſciſſione contractus poſſit fieri liquidatio inſtrumenti, vide *Giurba in deciſ. Sicil.* 100.Et ne erres,aduerte,quòd,ſi pendet reſciſſio inſtrumenti,& ſit depoſitum ſortis principalis, illud debet liberari creditori cum cautione, vt dicit *Frecc.de liquidat.q.*6.*par.*7.ſecus ſi eſſent tertiæ,quia abſque cautione,vt quotidie ſeruatur in praxi, & hodie hoc eſt diſpoſitam per *Reg.pragm.nouiſsimam editam ſub tit.de liquid.inſtr.* Verum ſi adeſſet pactum in inſtrumento,quòd poſſit procedi ad eius liquidationem, non obſtante quolibet caſu reſciſſionis, tunc oppoſitio dictæ exceptionis litis pendentiæ nil releuat, imò, & ſi lata ſit ſententia ſuper reſciſſione,poterit adhuc vigore dicti pacti liquidari, *vt fuit deciſum in Sac. Conſ. inter Aloyſium Vergara cum illis de Cappa,referente Pinario,anno* 1574. *tunc Actuarius Portius.*

40 Quid in præuentione, & qualiter formetur, adeſt *prag. incip. malitijs de ord.iud. & rit.*100. *&* 389. *vbi adden.* & quo tempore debeat fieri *Affl.deciſ.*387. & qualis citatio fieri debeat? *Paul.& Alex.in l.ſed & ſi quis*, §.*quaeſitum ff.ſi quis caut. Afflict. deciſ.*294. & fideiuſſio,an in foro præuenientis,vel præuenti ſit præſtanda? *Affl.deciſ.*137 & clericus, præueniendo laicum, ante-

teneatur cautionem præſtare, de qua in *d.pragmat.Minad.deciſ.*4. & an iſta fideiuſſio debeat expreſsè peti à creditore? *Bal.in l.vniuerſi.C.de precibus Imperato.offerent.*Hippol.*in pract.crim.* §.*cunc videdũ.col.*3.*Pandus de liquidatione inſtrumen.in eccl.*19.*numer.*118. & quid ſi eſſet renunciatum præuentioni? *Frecc.vbi ſupra q.*1.*par.*8.*& de aliis vide Rebuff.vbi ſupra num.*45. & de alijs ad hanc materiam colligit *Viſcont.in concl.iur.ver.debitor,qui ſuũ creditorem.*

41 Tandem pro coronide huius materiæ aduertatur, quod oppoſitio dictarum exceptionum, debet fieri à principalibus, & quando a procuratoribus, *Muſcatell.gloſ.exceptiones,par.* 2.*verſ.an exceptiones*, ſic etiã dicimus de præſentatione ſcripturarum, *Præſ. de Franeh.deciſ.*240.& ſi, Curia ſeden

42 te pro tribunali,dicatur viſis ſcripturis extra bancam, prouidebitur tunc ſuper illis Iudex hebdomadarius cognoſcet,prout fuit ſolemniter deciſũ in Magna Curia,& confirmatum in Collat.Conſil. & in dies ſeruatur in praxi,& hodie adeſt Reg.pragmatica nouiſſimè edita, qua cauetur die ſequenti præciſè eſſe prouidendum.

## DE PROBATIONE per ſcripturas priuatas.

## CAP. XXIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Scriptura priuata ex ſe regulariter probationem non inducit.*

2 *Teſtes deponentes habere notam manu ſcribentis non probant.*

3 *Literis cambij acceptatis, ſi ante ſolutionem mandantis decoctio ſuperueniat an acceptans ſit obligatus?*

4 *Libri mercatorum,an & quando probent, maximè contra producentes, vbi multa circa materiam librorum.*

Vidimus de ſcriptura publica, ſequitur de priuata, quæ ſic dicitur, quia fiat à perſona priuata. *Reg.Rou.in pragm.* 2. *de con-*

1 *tract.num.*8.& ideo de per ſe regulariter non eſt apta probare, nec inducere obligationem, niſi aliquo adiuuetur adminiculo probationis, puta, teſtium depoſitione circa verificationem manus ſcribentis, & tunc talis ſcriptura probat.imò in Regno,ſi sũt Albarani,vel apocæ banci,poſtquam ſunt probatæ per teſtes, vel recognitæ habent executionem paratam, vt latè per *Reg.Tapiam in Ius Regn.tit.de apocis lib.*3.*& latè per Manſon.de cauſis executiuis lib.*1.*q.*5.*concluſ.* 2.& inoleuit praxis an fiat ordo ſcribenti, vt illa recognoſcat, aliàs habeatur pro recognita,de qua teſtatur idem *Manſon. ibidem num.* 42. *verſ.praxi verò.*

2 Verum quando teſtes deponunt, debent dicere vidiſſe ſcribere, non autem ſufficit,ſi dicant habere notam manum,*Dec.conſ.*605. *Couarru.pract. quæſt.*10.*Gramm.deciſ.*84.*Affl. vbi Vrſill.& Add.deciſ.* 181. vel vidiſſe ſcribere ibi teſtes ſubſcriptos. *Ang.Aret. conſ.*64.*nu.*3.*Ricc.coll.*19.Sed,an deficiente probatione,per teſtes, ſufficiat comparatorio literarum?*Reg.de Pont. in deciſ.Collateral.*38. *num.*31.*& ſequ.* dicit,quòd non,ſed latè, vide *Ludou. in deciſ.Peruſ.*7. *& Menoch. de arbitr. iud.caſu* 114.*lib.*1. *& per Manſon. vbi ſupra lib.*1.*quæſt.*5.*per totum*, & quod in antiquis ſufficiat depoſitio vnius teſtis deſcripti in albaranũ cum comparatione literarum, in praxi ſeruamus in S C. teſte *Ann.in vltima add. alleg.*85.*incip.tamen in caſu noſtro.*

Cæterum, quando literæ miſſiuæ, & epiſtolæ probent,& obligent, vide *tex.in l.fin.ff.de inſtit.actione. latè Bar. in l.meditatio.C.de donat.latè Menoch.*

*de*

Digitized by Google

*de arbit.iud.caſu* 94.*lib.*2.*Foll.ad Maran.ſub tit,de teſt.à num.*56.*& ibi de literis cambiorum,à numer.*46.*verſ.hoc*
3 *in loco*, & ſi literæ cambij ad vſum fuiſſent acceptatæ, & antequam fiat ſolutio,ſuperueniat decoctio mãdantis,an acceptans ſit obligatus? *Surd. deciſ.*23.*Præſ.de Franch.deciſ.*303.*latè Paſchal.de virib.patr.poteſt.cap.*8. *num.* 69.*& ſequ.*& ſi eſſent amiſſæ, quid faciendum, ibi *num.*74.& an inducant probationem,& de materia? *Ricc.coll.* 40.*& per Reg.Tap.in Ius Regn. titu.de lit.cambij.lib.*4.

4 Item de libris mercatorum, an, & quando probent, maximè contra producentes.*Bar.in l.admonendi.ff.de iureiur.Menoch.præſum.*63.*lib.*3. *Ricc. colligit collect.*72. & ſcriptura facta ab vno ex ſocijs, quando probet contra alios.*Menoch.præſump.*62. *eodem lib.*3. & an libri ſcripti à deputato in negotijs monaſterij, probent, & obligent, monaſterium? *Valaſc.deciſ.Luſit.* 10. *lib.*1.& conſuetudo Neap. quòd credatur libris Speciariorum quomodo intelligatur,explicat *Foller. vbi ſupra num.*44. Quid de libris argentariorũ, & Bancheriorum, latè *Menoch.de arbitr.iud.caſu* 91. *lib.*2. *cent.*1. & de libris ſociorum,& rationum,in *caſu ſeq.* 92. & 93. & de libro mercatorum, quãdo probet etiam contra tertium, & de alijs ad hanc materiam, benè *Surd.deciſ.*312.*Mauſon.vt ſupra lib.*1. *q.*6.*per totum*, *& præſertim ſub nu.*20. teſtatur de conſuetudine, & praxi in hoc Regno poſſe atteſtari debitorem forenſem ſuſpectum de fuga, probato credito per pactum librorum mercatoris,& hoc iure vtimur.

Item,quando ſcriptura priuata,verificata à teſtibus,habeat hypothecã, & præferatur ſcripturæ publicæ poſteriori,latiſſimè *Gab. in tit. de probat. concl.*9.*&* 10.*& Ricc.d.coll.*19. reliqua verò ad noſtram materiam latiſſimè tractat *Nicolaus Genua in amplo tract. de priuata ſcript.*ad quem me remitto.

## DE NOMINATIONE, AC audientia teſtium.

## CAP. XXIV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Nominatio teſtium prohibetur conditionaliter fieri.*

2 *Nominatio an fieri debeat poſt dationem termini,vbi appoſita eſt exceptio impediens eius curſum,vel poſt decretum, quod terminus alius datus currat.*

3 *Dietæ tempus pro teſtibus examinandis ſtatutum,quomodo computetur.*

4 *Teſtium audientia ordinarijs locorum officialibus committitur,& quando priuatis perſonis.nu.*5.

6 *Nominatio teſtium pluribus in cauſis prohibetur.*

TErtius modus probationis eſt per teſtes, ſed quia interdum partes non habent teſtes in loco iudicij,ideò poterunt illos nominare,& committitur eorum audientia officialibus locorum,iuxtà diſpoſit. *tex.in L. Iudices.cum authent.C.de fide inſtrum. Gail.obſer.*96.*lib.*1. Verum in Regno circa illum multæ ſunt factæ determinationes,& prouiſiones,

1 PRima, vt fiat nominatio teſtium ſimpliciter,& non conditionaliter,vt puta,*quatenus indigebit*, vt docet *pragm.*63.*de off.S.R.C.* & ipſa facta debet præcisè,& cum effectu principalis;vel procurator vti, aliàs incideret in pœnam,de qua in *pragm.*1.*de procurat.*verùm à dicta pœna euadat, ſi eodem, vel ſequenti die nominationi factæ renuntiauerit, vt in *prag.* 60.*de off.S.R.C.* ſed *Anna* dicit, quòd vidit euitari hanc pœnam,ſi ante elapſum terminum fuerit renunciatum nominationi,in *rep.cap.primo,de vax. decrep.ætat.nu.*249.

SEcunda prouiſio eſt, vt nominatio fiat infra quinque dies, à die, quo eſt datus terminus in cauſa,iuxt. diſpo-

Digitized by Google

diſpoſit. *pragm. Illuſt. Comitis Lemenſ.* *28. Capit. & propriè in cap. 9. ſub titu. de cauſ. d. c. de qua* Reg. *Rouit. in pragm.* 7. *num. 24. de ord. iud.* Sed ſæpiſſimè occurrit in praxi, quòd poſt dationem termini opponitur exceptio, ex qua impeditur eius curſus, puta, declinatoria fori, vt *ſeq. cap.* 13. & deinde poſtquam eſt pronunciatũ ſuper exceptione fit decretũ, quòd terminus datus currat, an tunc poſſit fieri nominatio in iſto vltimo decreto, cuius vigore terminus currit, & ſit ei deferendnm, licet in primo termino non ſit facta? & certè: quòd ſic, dummodo quando opponitur exceptio prædicta, fiat inſimul proteſtatio, quòd interim terminus non incurrat, alias ſecus, iuxtà praxim relatam per *Thor. in compend. deciſ. verſ. nominatio teſtiũ per nimina. tom.* 1.

3 Tertia prouiſio eſt circa tempus, quod ſtatuitur ad recipiendũ teſtes examinandos, de quo per *Reg. pragm. ſeptimam, de ord. iud. vbi addentes*, & quid ſi locus non manifeſtetur, vide in *d. pragm.* ex qua etiam aduerte in illis verbis (*attribuendo cuilibet dictorum paſſuum viginti millium*) quòd dieta ſic etiam computatur de iure communi, vt in *l. 1. ff. ſi quis caut. & in l. 3. ff. de verb. ſign.* vnde dicitur dieta vulgaris ſecundum *Carauit. ritu* 243. *num.* 2. ideò non amplius in eius computatione (vt olim) verſatur arbitrium Iudicis, de quo *Menoch. de arbitr. iud. lib.* 2. *caſu* 206. Sed qualiter conſideretur dieta per mare, vide *Felyn. in cap. cum olim num.* 7. *de except.* & quod dicta milliaria computentur à fine diœceſis, & non a loco habitationis ex communi opinione DD. deduxit *Menoch. vbi ſupra nu.* 5. & quid ſi fiat nomiuatio extra Regnum an ei ſit deferendum, & quod tempus attendatur? vide in *d. pragm.* 7. *& ibi addentes, Carau. rit.* 140. *Præſ. de Franch. deciſ.* 57. *Minad. dec.* 7. *Reg. Rouit. in pragm.* 3. *de dilat.* & quod tũc debeat fieri infra quinque dies, etiã depoſitum, & dare nomen, & cognomen teſtium, alias non admitti, refert obſeruatum pluries in S. C. *Reg. Sanfel. deciſ.* 5. *nu.* 8. *lib.* 1.

4 Qvarta prouiſio ex proximè dictis eſt, quòd audientia teſtium committitur officialibus ordinarijs locorum, *d. l. Iudices, & in conſt. Regni in pecuniarijs*, & quandoque alicui probo Actuario, prout plurimũ practicari teſtatur *Carau. rit.* 155. *ſub nu.* 1. ſed hodie indifferenter, dummodo non ſint tales officiales, & Actuarij in partibus ſuſpecti, & propterea praxis ſeruat, quod intra tẽpus termini detur nota ſuſpectorum, vt in *reg. pragm. nona, in princ. de ord. iud.* quibus viſis à iudice alijs locorũ conuicinorũ committitur, ſed non priuatis perſonis, vt

5 ſeruatur in praxi per *tex. in d. Authen. apud eloquentiſsimum*, vbi *glo. C. de fide inſtrum.* niſi de iure canonico. *Voſtr. in pract. Curiæ Rom. cap. vlt. lib.* 6. vel in caſibus, in quibus non committitur audientia; nam tunc ad recipiendam depoſitionem teſtium deſtinatur Cõmiſſarius. *Gizz. dec.* 27. *nu.* 9. & benè reſultat.

Qvinta, & vltima prouiſio, nam cum multæ ſint cauſæ, in quibus nominatio non admittitur, tunc deputatur examinator, & ſignanter in cauſis criminalibus, vel feudalibus, vt in *d. conſtit. in pecuniarijs. Carau. ritu* 141. niſi teſtes ſe præſentauerint in Magna Cur. in *d. conſt.* imò tunc etiam committitur eorum receptio examinatori ordinario loci, quia in hoc nil innouauit dicta conſtitutio, vt dicit *Iſern. in cap. 1. ſi de inueſt. inter dom. & vaſſall. ſub nu.* 5. *verſ. conſtitutio*, ſed cauſæ criminales, quæ dicantur, explicat *pragm.* 11. *de iuriſd. non turb.* & feudales, explicat *Milanenſ. deciſ. Sic.* 6. Sic etiam ſi teſtes examinandi eſſent ſenes, vel valetudinarii, quia tunc etiam committitur, *Niger. in cap. quia de vicariis, numer.* 10. Item ex alijs impedimentis, vel in perſonis egregiis, vt benè per *Carau.*



Digitized by Google

*in d. ritu* 155. & inter egregias connumeratur Doctor legum, *Veſtr. vbi ſupra cap. vlt. lib. 6. num.* 12. Verùm ſi Iudex habeat ſuſpectos huiuſmodi teſtes, tunc ipſemet tenetur ſe conferre ad locum, vbi adſunt, vel mittere idoneum, vt dicit *Anna. in cap.* 1. *num. 9. col. 3. ſi de inueſt. inter domin. & vaſſ.* quem etiam citat *Carau. vbi ſupra*, & hoc idem tenet *Bonon.* 74. *num.* 1. *& ſequ.* Sed quid in cauſa repulſæ, an
3 deferatur dictæ nominationi, & ſic committitur audientia? *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 351. *num.* 3. *Cauenſ. in ritu* 146. *& addentes in pragmat.* 11. *de ord. iud. Gizz. in d. deciſ.* 27. dicit, quod in cauſa repulſæ committitur etiam receptio teſtium examinatoribus S.C. & ita ſemper fuiſſe practicatum dictū ritum M. Cur. 146.

Quid in cauſa ſuſpictionum officialium? *Reg. Rouit. in pragm.* 9. *num.* 4. *de ſuſp. off. & in d. pragm.* 7. *de ord. iud.* quid in cauſis minimis, vel pauperum. *Reg. Tap. in Ius* Regni *in prag.* 75. *num.* 1. *& ſeq. ſub tit. de off. examinat. teſtium lib.* 2. *vbi de alijs colligit Ricc. in coll.* 228. *par.* 6. *reliqua ad materiam vide Farinac. de teſt. q.* 77. *& Veſtri. in d. praxi cap. vlt. lib.* 6. *& ibi Grauatium, Curt. iun. & eundem Reg. Tap. in d. Ius* Regni, *ſub tit. de teſtibus.*

## DE PROBATIONE PER TESTES, & de ſolemnitate illos examinandi in praxi.

### CAP. XXV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Probatio per teſtes eſt omninò iudicis arbitrio ſuppoſita.*
2 *Teſtes, in termino citatos, poſſe eo diſcurſo examinari, quo pacto intelligatur?*
3 *Teſtibus ab vna parte citatis, an valeat altera ſine noua citatione vti.*
4 *Citatio principalis ad videndum iuramenta teſtium eſt de ſubſtantia, & num ſufficiat fieri procuratori? nu.* 5.
6 *Articuli impertinentes, qui ſint, & quando reijciendi?*
7 *Teſtes non iuratos, minimè probare, quomodo intelligatur? nu.* 8. *&* 9.
10 *Teſtes recepti vltra numerum ſtatutū in* Reg. *pragm. quomodo, & quando ſint reijciendi?*
11 *Teſtium ſingularitas quotuplex ſit, vbi multa ad materiam ſingularitatis.*
12 *Examinator quis ſit, quando ſit nominatio?*
13 *Iudex cauſa quando debeat teſtium depoſitiones ſcribere.*
14 *Examinator oſtendens parti articulos. vel atteſtationes, falſi pœna tenetur.*
15 *Teſtis debet ex ſe, non autem inſtructus deponere, & quando ſui dicti teneatur rationem aſſignare. num.* 16.
17 *Teſtis debet de loco, & tempore deponere.*
18 *Teſtis, eodem præmeditato ſermone loquens, indicat ſubornationem.*
19 *Teſtis an valeat poſt depoſitionem ſe incontinenti, vel ex interuallo corrigere?*
20 *Notarij error, ſcilicet, aliter fuiſſe ſcriptum, quàm dictum, qualiter probetur?*
21 *Teſtis ſubſcriptus, contra ſcripturæ tenorem deponens, quid allegare debeat, ne puniatur?*
22 *Teſtificari qui prohibeantur?*
23 *Teſtium receptio impeditur, ſi in promptu inimicitia, vel alius defectus obijcitur, & quid in praxi ſeruetur? ibid.*

SEquitur ſecundus modus probationis per teſtes, de cuius materia ſunt infiniti tractatus vltra titu. particul. in ciuil. & canon. & præſertim cumulauit latiſſimè *Manticell. in eius repertor. de teſtib.* latè *Farinac. in deciſ. Rot. Rom. crimin. & teſtium*, & licèt huiuſmodi probationis ſpecies ſatis plus quàm aliæ eſt
1 Iudicis arbitrio ſuppoſita, vt benè diſcurrit *Menoch. de arbitr. iudic. caſ.* 90. *lib.* 2. eius tamen in ea partes erunt omni diligentia ſuper illis proſpicere, vt omninò veritati locus ſit. *l.* 2. *C. ſi con-*

*ſi contra ius, vel util. cap. iudicantem.* 30.q.5. *Bologn. conſ. 2. in princip.* eius tamen materiam pro ijs, quæ vſus exigit in illorum depoſitionibus, quatuor notabilibus explicabo.

*Primò, quæ requirantur ſolemnitates in eorum examine.*

*Secundò, quonam modo deponere debeāt.*

*Tertiò quæ perſonæ ſint habiles ad deponendum.*

*Quartò, an teſtium depoſitio impediatur propter aliquod obiectum.*

QVoad primum, vt valeat teſtiū receptio, & depoſitio, multæ requiruntur de iure communi, & Regni ſolemnitates.

Prima eſt, quòd teſtes examinandi, debeant citari in termino conceſſo ad probādum, *Bal. in cap. nomine Domini, extra de teſt. cum concor.* nàm tūc licèt, elapſo termino, examinentur, adhuc
2 probant, *Viu deciſ.* 170. quod intelligitur de termino arbitrario, dato à Iudice, ſecùs verò de termino, dato à lege, vel ſtatuto ad aliquid probandum, *Felyn. in cap. licèt cauſam, de prob. num.* 54. *Petrus Benint. in deciſ. Bonon.*
3 11. *num.* 5. Sed ſi teſtes ſint citati ad inſtantiam vnius ex partibus, an poſſit altera pars abſque alia citatione illis vti? *Boer. deciſ.* 245. *col.* 2. *Ann ſing.* 510. ſed an iſta citatio requiratur, quando fit repetitio teſtium? *Theſaur. deciſ.* 28. Item iſta citatio etiam requiritur in criminalib. adeò quod abſq; illa, etſi mille eſſent non probarent, nec facerent aliquam fidem. *Reg. Rouit. in pragm.* 1. *num.* 14. *de bonis prodit. latè adden. ad deciſ. Præſens de Franch.* 716. de alijs verò ad materiam huius citationis, diſcurrit *Ricc. collect.* 321. *par.* 2.

4 Secunda ſolemnitas eſt, quòd citetur principalis, contra quēm ſunt recipiendi teſtes ad videndum illorum iuramentum, alias non valeret depoſitio, *l. ſi quādo. C. de teſtibus. Affl. dec.* 39. *nu.* 3. & de hoc eſt ritus M.C. quam allegat *Borrell. in ſumm. dec. tit. de cit. num.* 162. *& in tit. de iur. nu.* 379. *tom.* 1. & ſecundum praxim in d. citatione ſpecificatur tempus, & locus, vbi recipiendi ſunt teſtes, *Puteus dec.* 262. *lib.* 2. immò etiam dicti teſtes per nomina, & cognomina, niſi pars haberet ſuſpitionem ſobornationis; nam tunc poterit citari facere dictos teſtes & expediri aliam citationem reſpectu principalis ad videndum ipſorum iuramentum abſque nominibus, ex doctrina *Bal. in l. ſi. C. de edend.* quem ſequitur, & ad hoc allegat additio ad *Iſer in cap.* 1. *ſi de inueſt. inter dom. & vaſſall. num.* 8. *incip. Hoc vlti-*
5 *mum.* Sed iſta citatio ſufficit, quod fiat procuratori; qui tunc poterit ſe proteſtare de multis vt docet *Pugnat. in prag.* 4. *num.* 110. *verſ. remanet, de falſ. teſt.* & ſignanter de articulis impertinentibus, vt aduertit etiam *Reg.* R*ou. in prag.* 12. *de ord. iud.* quæ proteſtatio confert pro repulſa, *Bal. in l. ſi quis teſtib. C. de teſtib. à Peguer. in eius praxi rub.* 18. *num.* 4. & quod tunc poſſit procurator ſubſtituere principalē, vel alium ad videndum iuramenta dictorum teſtium; in dies ſeruatur in praxi, & benè in *deciſ. Auen.* 69. & ideo commiſſiones, quæ expediuntur in partibus, debent intimari procuratoribus, in actis conſtitutis, ad hoc, vt conſtituant principales in mora eundi, vel mittendi aliquem in loco receptionis ad videndum iurare, vt per *tex. in l. iudicem, Cod. de fide inſtrum.* *docet* Carau. *in ritu* 158. cæterum de iſta citatione, & quod requiratur in teſtibus examinandis ad futuram rei memoriā, *Ricc. coll.* 692. *Gail. obſer.* 94. *lib.* 1. quid de teſtibus valetudinarijs, vel ſenibus, de quorum morte timetur, vel de abfuturis longa abſentia, an & qualiter huiuſmodi citatio fieri debeat? *Afflict. in conſt.* Regni *incip. probationum incurſibus.* & de materia huius citationis, vide addentes in *pragm.* Regni *diſpendia de ord. iud. Reg. Tapiam in Ius Reg. tit. de teſtib. Fari-*



Digitized by Google

*nac.in deciſ.Rotæ Rom. crim. & teſt.*18. 47.52.57.*&* 205. & quid ſi recipiantur ad perpetuam rei memoriam in *deciſ.*63.*crim. & teſtium.Capell.Tholoſ. & ibi Aufr.dec.*347.*latè Grauatium in add.ad Veſtr.in praxi Cur.Rom.c.*2.*nu.*30.*lib.*6.*Ricc.coll.*595. *&* 1408. *par.*4. & quod debeat concedi iſta facultas poſſeſſori alicuius viris probat *c.ſignificauit de teſtib.Mynſig.tit.*4.*obſ.*71.

Tertia ſolemnitas eſt, quòd præſententur articulari, cùm clauſula in fine, ſaluo iure producendi nouos, alias eſſet præcluſa via, ſecundum *Bartol.de capua,in ſingul.*62. & aduerte,quod articuli debent eſſe pertinẽtes ad cauſam,aliàs reijciuntur. *l. ad probationem.C.de probat.Rol. à Valle in conſ.*34.*n.*13.*& ſeq.vol.*3.& ita dicuntur, quando aliquid cauſæ non conferunt,ex not.per *Ripam in l.*1.*nu.*41. *ff.ſi certum petatur,& addent.ad ſingul. Annæ* 622.*& latè explicat Seſſ.in deciſ. Arag.*84. *& Reg. Rou.in pragm.* 12. *de*
6 *ord. iud. & ibi ſub num.* 6. vide quod quando quis producis articulos impertinentes,tunc,licèt Iudex illos nõ reijciat cum depoſitione teſtium, tamen concedit parti aduerſæ nouum terminum ad ſe defendendum aduerſus ibi adducta, & probata,& ita ſeruatur in praxi,vt ibi deciſum refert,& in hac controuerſia, vt plurimum Iudex mandet recipi ſaluo iure impertinentiarum, & ſic pars proteſtari debet, *Mynſing. obſer.*56. *cent.*2. *& dixi ſupra in tit.de depoſ.princ.* verum quouſque nõ determinatur à Iudice hoc incidens de impertinentibus terminus conceſſus ad probandum non currit. *Bal. in l.ſi finita,§.eleganter, ff. damno infecto.* reliqua ad materiam articulorum,vide tract.partic.*Calà.* & quæ congerit *Gaill.obſer.*79.80.81.*&* 82.*lib.*1.

Quarta ſolemnitas eſt, quod teſtis debet deponere veritatem, nam ſi mendacium dixerit, vel tacuerit verũ deberet puniri de falſo,*c.quiſquis*,11. *q.*1.*DD.in l.*1. *Cod.ſi contra ius,&c.* & ideò debet iurare, aliàs ei non creditur,nec facit fidem. *l.ius iurandi, C.de teſt.c.tuis,extra eodem, Gail.obſer.*101. *lib.*1.etiam ſi Epiſcopus, vel Cardinalis ſit.*glo.in cap.cùm olim de priuileg. Franc. Marc.deciſ.*674.*n.*3.*vol.*1. *Magon.deciſ.Lucenſ.*45. *num.*10. ſed tale iuramentum non tenentur præſtare tactis ſcripturis,ſed ſupra pectus, *Veſtr.in d.prax.Cur.Rom.cap.*2. *ſub nu.*7.
7 *lib.*6. quod ſeruatur in omnibus clericis. Sed aduerte, quòd licèt teſtes non iurantes non probent, hoc intelligitur, quòad plenam, ſecùs quoad qualem,qualem probationẽ, *Aymon. conſ.* 198. *circa fin. Menoch. de arbitr.*
8 *iud.lib.*1.*q.*25.*n.*5. Item intelligitur in ijs, quæ plenam cauſæ cognitionem requirunt; ſecus verò,quando fit examinatio ad inſtructionem Iudicis, puta, quando Iudex vult ſe informare de poſſeſſione litigantium, vt dixi ſupra in *tit.de lit.penden.hac par.* 2. nã tunc teſtium iuramentum non requiritur, *Bolognet. in l.naturaliter.* §. *nil commune.par.*2.*nu.*443. *de acquir. poſſ. Alciat.reſp.*386.*n.*1.*nouiſſime Menoch. in remed.vlt.retinen.poſſ.num.*39.Item,
9 quando Iudex vellet declarari facere dictum obſcurum teſtis, nam tunc nõ requiritur aliud iuramentum, benè allegat *Felyn.in cap.qualiter, & quando,col.*5.*ſub num.*23. *verſ.fallit primò, in antiq. extra de accuſ.* Cæterùm, quando hoc iuramentum non exigatur, ponit quatuor caſus *Garau. in prag.*2.*de falſ.teſt.num.*39.*& ſeq.* & de materia *Maran.in tit.de cit.num.*26.*& ſeq.Veſtr.vbi ſupra num.*7.*&* 8.*vbi addit.Menoch.d.q.*25. *lib.* 1. *de arbitrar. iud.Adden.in Conſt.Regn.lite, legitimè conteſtata,verſ.adde, quod non creditur teſti. & congerit Ricc. coll.* 263. Sed ſi teſtis iurauerit in termino, conceſſo ad probandum etiam ipſo elapſo poterit examinari, *de Bottis in add. ad rit.*140. *Borrell.in ſumma deciſ. tit.* 60. *num.*384.*tom.*1. & ſic ſeruatur in praxi,& indifferenter fit decretum, quod de eorum depoſitione habeatur ratio,

ratio, quæ de iure habenda erit, cum ſit dubium, an valeat depoſitio ex traditis per *Signor. de homod. in conſ. 19. num. 9.*

Quinta ſolemnitas eſt, vt in vno articulo non poſſint recipi pluſquàm ſeptem teſtes, vt ſtatuitur in *pragm. 1. de refren. teſtium*, & in prouiſionibus, quæ expediuntur à M.C. vel S.Conſ. pro examinandis teſtibus, debet expreſsè fieri mentio de diſpoſitione *d. pragm.* vt mandat alia *prag. 49. de off. S. R.C.* & ſi vltra hunc numerum alij recipiantur, ſunt reijciendi, & non pro-
10 bant. Verùm, ſi illos producens eſſet minor, aliaq; perſona priuilegiata, haberet electionem in reijciendo eos, qui minus probant. *Reg. Rou. in prag. 11. de ord. iud. & ſic deciſum refert in d. prag. 1. num. 3. quem etiam allegat Thor. in compend. deciſ. verſ. refrenatio teſtiũ, vbi de alijs*, & in Reg. Cathalon. eſt ſimile ſtatutum, & non poſſunt recipi vltra decem, *Ludou. a Peguer. in prax. ord. iud. de teſtibus rub. 18. n. 5.*

Sic è conuerſo extrema paucitas, videlicet, vnius teſtis non probat, *cap. licet cauſam, de prob. & cap. dilecti, de elect. eum conc.* nam vox vnius, vox nul-
11 lius, *l. iuſiurandi, C. de teſtib.* & quod ſingularitas teſtium ſit in triplici ſpecie, videlicet, obſtatiua, diuerſificatiua, & cumulatiua, *Aymo. conſ. 267. explicat benè Lud. in deciſ. Peruſ. nona.* & de materia latè *Gabr. in tit. de teſtib. concl. 1. & 2. Farinac. in deciſ. Rotæ Rom. crimin. & teſt. 261.* & quot modis teſtis deponendo dicatur ſingularis, benè *Reg. de Ponte conſ. 11. a num. 93. vſque ad 401. vol. 1.* & de ſpeciebus ſingularitatis congerit *Ricc. coll. 127. par. 1.* vbi de materia. Verùm vnus teſtis cum alijs adminiculis, puta, fama, benè probat. *Ceph. in conſ. 141. num. 12. lib. 1. & Loffred. conſ. 8. in princ.* & inhabilitas vnius, an ſuppletur ex habilitate alterius, vel ex numero, latè *Gabr. vbi ſupra concl. 5. 6. & 7.* vbi de materia, & quando vnus probet in cauſa poſſeſſorij ſummariſſimi, *Gratia. dec. 192.* & quid in teſte ſingulari deponente de facto geſto per ipſum, an tunc probet, benè *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 99. vbi de alijs.* & quod plenam fidem faciat vnicus teſtis, ſi vtraq; pars litigãtium in eius dictum conſentiant, & opinio magis recepta & æqua, & ſic in praxi obſeruata, *Mynſig. conc. 5. obſer. 26.*

12 Sexta, & vltima ſolemnitas eſt circa examinatorem: qui quando ſit nominatio, eſt Iudex ordinarius loci, vt dixi ſupra *tit. proximo præcedenti nu. 4.* ſi verò ſumus in M.Cur. eligitur Scriba cauſæ, & in Sacr.Conſ. vnus ex electis per buſſulam, dummodò non ſit partibus ſuſpectus, ideò in calce termini datur nota ſuſpectorum, aliàs eligitur indifferenter, vt in *d. pragm. 9. in princ. de ord. iud. & late ibi Reg. Rou. & cæteri Adden. de materia ſuſpictionis*, & ſic hodie non datur terminus ad dandam liſtam ſuſpectorum, vt ſeruabatur olim, de quo *Anna in ſingul. 274.* ſed de ſalario ſoluendo examinatori pro quolibet teſte, & qualiter extendere debeat examen, *Adden. in prag. 11. verſ. nunc, quod actuar. de ord. iud.* & quod dictus examinator debeat recipere teſtes vnum poſt alium ſingulatim, & ſecretè, vide ibi, maximè in arduis negotijs, *Menoch. de arbitr. iud. quæſt. 29. lib. 1.* & examinator electus quando poſſit ſubdelegare alium pro receptione teſtium, *Ioan. de Amicis conſ. 94.* & quòd in Regno debeat ſcribere depoſitiones teſtium proprijs manibus, extat *pragm. 56. de*
13 *off. S.R. Conſ.* & ſeruatur. Sed an idem Iudex cauſæ poſſit deſcribere, & recipere teſtium depoſitiones? *Guid. Pap. dec. 564.* verùm ſæpiſſimè ſeruatur in praxi, quod partes inſtant, quòd teſtes recipiantur coram cauſæ Commiſſario, qui tunc iuxta eius arbitrium cognoſcens importantiam cauſæ, vel periculum falſitatis, mandat, quòd teſtes coram ipſo recipiantur. *Bal. in cap. 1. de contr. inueſt. nu. 6. verſ. extra, Theſaur. deciſ. Pedem. 30. in fine*, verum de-

Digitized by Google

debet fieri depoſitum certæ quantitatis à parte petente, pro iudicis, & examinatoris iure: de cuius praxi teſtatur *Ann.ſing.*519. & receptio teſtiũ inteligitur coram ipſo facta, ſolùm recipiendo iuramentum, & ſic ſeruatur ex doctrina *Iſer.in cap.*1. *ſi de inueſt.inter dom.& vaſſ.ſub num.*5. *verſ.*
14 *conſtitutio Regni.* Item ſeruat praxis, quòd examinator tenetur ſecretè ſpenes ſe retinere non ſolùm articulos, ſed etiã examen, & atteſtationes, ſuper illis factas, adeò quòd, ſi illas oſtenderit, vel dederit copiam, tenetur pæna falſi, & ſic iudicatum fuiſſe Paduæ teſtatur *Alex.in l.is apud quem, C.de eden.& in eadem l.addit. ad Bart. incip.autoritate, &c.*

15 SEcundò principaliter noto circa modum, quo deponere debent teſtes, & ſignanter, quod deponant clarè, aliàs tenetur declarare eorum dictum, *cap.in præſentia, de teſtib.Theſ. deciſ.*30. Item de per ſe, abſque iuſtructione, & ideò tenentur reddere cauſam ſcientiæ, quæ regulatur ſecundũ quinque ſenſus, *Bal.& ibi adden.in l. teſtium, C. de teſtib. Marant.in ſpecul. tit.de teſtib.col.*4.& 5. Hinc eſt, quòd nõ valet redditio cauſæ, ſi dicat ſcio, quia ſcio, *Alex.in l.*1.*col.*9.*ſi cert.pet.*& ſi factum eſt de nocte, quod quidem nõ poteſt cadere in ſenſu viſionis, nõ probat, ſi teſtis nil dicat de lumine artificioſo, vel lunari, vt refert *Thor.in compen.deciſ.Archiepiſc. verſ. teſtes de-*
16 *ponentes vidiſſe.* Vtrum ſi res, ſuper quibus deponeretur non caderent in ſenſibus, ſed ſolùm in animo, vel intellectu, puta, in probando dementiã, timorem, ebrietatem, &c. tunc debẽt aſſignari rationes, & cauſæ concludẽtes ex aliquo actu exteriori, & ſenſibili, illatiuæ, & motiuæ animi ſapientum ad credendum depoſitionibus, vt benè explicauit *Capyc.in deciſ.*159. *num.*36. Sed de materia, & quid ſi teſtis non fuerit interrogatus de cauſa ſcientiæ, & quando non allegans illã, probet: *Troyſ.in pragm.*11.*num.*14. & *ſequ.de ord. iud.* quam ipſe collocauit ſub *tit.de reſcr.teſtium.* hinc ſi referãt ſe ad articulos ſimpliciter, dicentes omnia in eis contenta eſſe vera, probarent, ſi cauſæ ſcientiam allegant ad *Farinac. de teſtib. quæſt.*80.*num.*160. & *Ludouiſ.deciſ.Rota Roma.*578. & *ibi addent.*

17 Item tenetur deponere de loco, & tempore. *l.ſolum.C.de teſtib. cum concord.*& quod in his concordent, alias non dicuntur conteſtes, & conſequẽter non probant, *de Butrio in d.cap.licet quam, extra de teſtib.* maximè quando locus, vel tempus eſt fundamentũ intentionis producentis teſtes, *Regens Tapia in Ius Regni in prag.*11. *de teſtib. nu.*43.*lib.*4.

Item debent eſſe etiam conteſtes in eo, quod deponunt cùm alijs; nam contrarium deponentibus non creditur, modo ſit in ſenſu. *l.ſicut.§. vendition.ff.quib.mod.pign.vel his notab. ſit. Bal.in cap.*1.*de controuerſ.inueſt.nu.*3. *in fin.explicat Reg.Rou.in pragm.*1.*nu.*7.*de refren.teſt.* & ſi vnus contradicat alteri, cui potius credẽdum? *Pugnat. in pragm.*4.*num.*139.*de falſ.*& ſi interrogentur de formalibus verbis, in quibus, licèt ſint varij, tamen concordent in ſubſtantia, an probent? *Alex. conſ.*150.*vol.*5.*Pugn.vbi ſupra n.*124.
18 Sed iſta contextio, vt deponant circa eundem factum, non debet eſſe adeo affectata, vt ſit per eundem præmeditatum ſermonẽ, quia tunc adeſt magna ſuſpictio ſubornationis, adeo quòd, vt probet, debet eſſe homo bonæ cõditionis, & famæ, vt dicit *Viuius in deciſ.*164.

Cæterùm, quando teſtes non probant, quia deponunt de credulitate, vide *Io.de Amicis conſ.*102.*nu.*18. vel per verbum circa, *Menoch.de arb.iud. caſ.*46.*lib.*2.*Viu.deciſ.*354. *Gabr.in tit. de teſtib.Ricc.in coll.*279.*par.* 2. & an teſtis poſſit ſe corrigere incontinenti, vel ex interuallo poſt depoſitionẽ,
19 *Capyc.deciſ.*61. Et quid ſi in articulo mortis dicat, ſe depoſuiſſe mendacium,

Digitized by Google

ciuum, an præiudicet producenti iſta declaratio in ciuilibus, & quid in criminalibus, *Reg. Rou. in pragm.* 4. *n.* 27. *de teſtibus.*

Inſuper eſt hic aduertendum circa res, quæ aſſeruntur probandæ, vt in illis adhibeatur quædam ſpecialis prouiſio legis, vel praxis, puta, in probando contractum, in quo non ſufficit probare tractatum, *Reg. de Pōt. conſ.* 11. *num.* 10. *vol.* 1. Item in probanda continentia, & tenore ſcripturæ deperditæ, de quo *Afflic. in deciſio.* 302. Item centenaria qualiter probetur, docet *Anna ſingu.* 516. *& poſt eum DD. allegati per Thor. in compen. deciſ. verſ. præſcriptio centenaria, poſt Camil. de Curte in diuer. feud. par.* 1. *pag.* 78. *Auend. de exeq. mand. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 6.

20 Item qualiter probetur error notarij, videlicet; aliter fuiſſe ſcriptum, quàm dictum fuit à contrahentibus, vel teſtatore, & cui magis credēdum notario, vel teſtibus ſcriptis in cōtractu? vide latiſſimè *DD. in l. in exercendis. C. de fide inſtrumen. Der. & cæteros modernos in l. liberalius. ff. de regu. iur. Canoniſ. in cap. cùm Ioannes. de fide inſtrum. Capyc. deciſ.* 61. *Theſaur. filius deciſ.* 31. Et quòd error, factus in teſtamēto à notario, probetur ex duobus, dummodo ſint teſtamentarij, dixit notabiliter *addit. ad Alex. in l. errore. C. de teſtam. ſed late Conſil. de Georg. in*

21 *alleg.* 50. *num.* 36. *& ſequ.* Sed teſtis, in ſcriptura ſubſcriptus, ſi deponat aliter cōtra tenorem ſcripturæ, vt faciat fidem, debet allegare, & probare ſe fuiſſe deceptum ad ſe ſubſcribendū, vt dicit *Alex. conſ.* 147. *volu.* 2. *Capyc. deciſ.* 192. *num.* 5. Ratio eſt, quia præſumitur depoſuiſſe circa illius tenorem vigore dictæ ſubſcriptionis, vt dicit *Io. Fab. in* §. *item. verſ. ſexto, ſub n.* 16. *inſtit. de inutil. ſtipul.*

TErtiò principaliter noto circa habilitatem perſonæ deponentis; nam, licèt regulariter nemo prohi-

22 beatur. *l.* 1. *ff. de teſtib.* ſunt tamen de iure aliquæ prohibitæ, quas congerit *Ricc. collect.* 281. *in d. l.* 1. & ſignanter vaſſallus pro domino *Affl. deciſ.* 305. Item domeſticus, & quando repellatur à teſtificando, *Valaſc. deciſ. Luſit.* 45. *latè Ricc. collect.* 297. Item mediator, ſeu proxeneta, & quādo, *Ricc. coll.* 715. Item deponens in cauſa propria, non eſt idoneus teſtis, & quādo. *Ricc. coll.* 527. Item aduocatus non eſt idoneus pro eius cliente, & quādo, *Ricc. collect.* 232. *Borrell. in ſumm. deciſ. t. tu. de aduer. num.* 74. *& de procur. nu.* 309. *tom.* 1. Item ciuius pro Vniuerſitate non eſt idoneus, & quando. *Ricc. coll.* 701. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 400. *Farin. in deciſ. Rot. Roman.* 210. *&* 312. *& latè Menoch. de arbitrar. iud. caſu* 106. *lib.* 2. *Bart. de Capue ſing.* 4. Item collegiatus, an ſit idoneus pro collegio? *Loffred. conſ.* 51. *n.* 4. Item clericus, an, & quando ſit idoneus teſtis contra laicum, & quando ſit ei concedenda licentia? *Ricc. coll.* 595. & quid ſi abſque ea deponat, *Thor. in compen. deciſ verſ. teſtificari clericus.* Item Monachus pro Monaſterio, an ſit idoneus? *Vrſill. ad Afflict. d. deciſ.* 400. *num.* 2. & quid in Moniali? *Thor. in compen. deciſ. Archiepiſc. verſ. teſtes moniales.* Item Iudæus contra Chriſtianum, & quando? *Vrſil. ad Affl. deciſ.* 414. Item inimicus non eſt idoneus, & quid ſi eſſet reconciliatus? *Affl. in conſt. ad legitima, num.* 2. & quid ſi reconciliatio ſuam ſequatur depoſitionem. *Reg. Rou. in pragm.* 1. *de repet. teſtium*, & latè de inimico præſumpto, & reconciliato, *Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 1. *q.* 28. Item pater pro filio, frater pro fratre, vxor pro marito, & è conuerſo, an, & quando ſit idoneus teſtis? explicat benè *Menoch. in præſum.* 46. *lib.* 2. Item minor 14. annorum, & quid ſi eſſet maior, ſed deponat de viſis per eum, cum eſſet minor. *Lanfranc. in eius prax. titu. de teſtib. product.* quid in decocto, vel ſeditioſo? *Catalan. in tract. de indult. cap.* 55. *& cap.* 38. ſed de prædictis, & alijs ad materiam latè *Gabr. in titu. de teſtib. concl.* 6. *cum plur. ſeqq.* Item periurus

Digitized by Google

iurus non poteſt eſſe teſtis, & quando? declarat *Borrell.de periur. nu.39. cum ſeq.lib.1.ſumm.deciſ.*

SOlùm pro coronide hic nota, quòd, quando ſi in receptione teſtium obijciatur de inimicitia, vel alio defectu, & de eo conſtaret in promptu, tunc impeditur eius receptio, vt dicit *Beniat.deciſ.Bonon.7.* indifferenter tamen hodie ſeruatur in praxi, quòd tunc iudex mandat recipiendos eſſe teſtes, & de eorum depoſitionibus haberi eam rationem, quæ de iure habenda erit in expeditione cauſæ, in quo tempore ſi inueniet teſtes deponentes, prohibitos eſſe de iure ad deponendum, eorum dicta non legit, cùm non probent, benè *Reg.Rou.in prag.11.de ord.iud. nu.16. Farinac.deciſ.Roman.* 203. *crim. teſtium.*

## DE PVBLICATIONE in cauſa.

## CAP. XXVI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Publicatio eſt idem, ac facultas ad dicendum, & quando ſic dicitur.*

2 *Publicationis omiſsio iudicium non vitiat.*

3 *Publicationis varij effectus recenſentur.*

4 *Publicatione adhuc facta, in aliquibus caſibus, admittitur probatio, & quando, nu.6.7.8.& 9.*

10 *Terminus ad impugnandum ſcripturas; an ſit concedendus in illis poſt publicationem præſentatis.*

SEquitur immediatè, factis hinc inde probationibus actus iſte publicationis, ex quo patefiunt teſtificata, *ad cap fraternitatis, de teſtib.* & in cauſis, in quibus nõ datur terminus, ſed loco ipſius dicitur, quòd capiatur informatio, vocatur facultas ad dicẽdum, *Carau.rit.72.num.13.Guid.Pap. deciſ.369.in fin. & de iſta materia latiſsimè Adden. in d. ritu 72. & præſertim Reg.Tapia in Ius Regni ſub hoc eo. tit.Reg.Rou.& cæteri in pragm.11.de ord.iud.Menoch.de arbitr. iud.q.33. & 34.lib.1.Gabr.concl.21.tit.de teſtib. & Gail.obſeruat.105. lib.2.* ego tamen ſolum.

PRimò noto, quòd ex quo in Regno omnes cauſæ ſunt ſummariæ, vt dixi ſupra in *titu. de libell. obl.*
2 omiſſio huius actus publicationis nõ nocet, *Marant.ſub tit.an iud.ſit ſuper petit.vel poſſ.num.22.* nec vitiatur ſententia ſi pronuntietur ſine illo, *Afflic. in conſtit.pacis cultum, num.45. & in conſtit.vniuerſos num.5. & in §. item ſi vaſſallus num.4.de con. inueſt. Anchar. conſ.53.* & de ratione vide *Bald. in l. prolatam, col.fin.verſ.item iſta glo.C. de ſent.* immò valet ſententia, licèt petita ſit teſtium publicatio, & denegata, *Tho.Triniſ.deciſ.Ven.63.num.6. lib.1.* quòd multò magis procedit in cauſis ſummariis, vt explicat *Menoch.in d.quæſt.33.*

3 SEcundò noto, quòd multos parit effectus, & ſignanter, ex iſto tempore currit ſpatium 15.dierum ad petendam declarationem circa vſum, vt *in cap.8.prag.Illuſt.Comit. Lemenſ.* 28.
4 *capit.* Item ab iſto tempore poſſeſſor conuentus conſtituitur in mala fide, adeò quòd ex tunc tenebitur ad fructus perceptos, lite pendente, à re deducta in iudicio, *Afflict.deciſ.59.Peregrin.de fid.art.49.num.146.* ſed prin-
5 cipalis effectus huius actus publicationis eſt, quod atteſtationes factæ, poſſint viciſſim a partibus videri, & tunc conſequenter propter præſumptum timorem ſubornationis præcluditur via producendi alios teſtes, & hæc eſt *reg.tex.in d. cap.fraternitatis, Farinac.de teſtib.q.75. Gab. concl. 21. num.27.de teſtib.* quam multis modis limitat, & declarat idem *Gabr.vbi ſupra, Menoch.d.quæſt.34.Franc.Marc. in dec.Delph.1251.cũ alijs ſequ.par. 2. Ludou.dec.Rom.583. & Ricc.coll.132. par.1.*

Digitized by Google

9 *par.*1. & ſignanter declaratur, quòd didicita teſtificata dicuntur intellectualiter,& maturè: ſecus per tranſitum, & tranſcurſum, *Felyn. in proœm. iur.can.col.6.verſ.adde primò,num.*20. *& ſeq. & ibi Add. Rip.in cap.ſi quando col.2.ver.ex quo refert,de reſcrip.Vrſil. ad Affl.deciſ.216.num.4.Reg.Rou.in d. prag.11.nu.6.*

6 Secundò declaratur, vt etiam modo,quo ſupra dictis teſtificatis,adhuc aliorum teſtium productioni locus ſit poſt hunc actum, quando offertur probatio, facienda per inſpectionem oculorum: cuius ſpecies in octo caſibus requiri,teſtatur *Caſſan.ad conſuet. Burgund.tit.de iuſtices,rub.*1.§.6.*nu.*8. *fol.*276.nam tunc ceſſat præſumptio, & timor ſubornationis,& ideò huiuſmodi probatio admittitur, & præcedit cæteris,vt practicatum fuiſſe dicit *Affl.dec.216.num.3. Ioan. de Amicis in conſ.102. num. 13. & Caſſ.vbi ſupra. num.7.* & ſæpiſſimè contigit in praxi, quòd poſt hunc actum petatur acceſſus eiuſdem cauſæ Commiſſarij ſuper faciem loci,qui denegari non poteſt, ſed à petente ſit depoſitum pro ſalario,vt infr.*par.3.cap.*1.& ibi vide quo tempore ſit petendus.

7 Tertiò declaratur,vt etiam poſt didicita teſtificata alij teſtes recipiantur,quando antea culpa, vel negligẽtia examinatoris,vel commiſſarij non fuerit examinati ſuper articulis ſignatis, & deſcriptis ſecundùm tabulam, vt *Præſes de Franch.deciſ.*371. de quo,& quid ſi agitur de repetitione? vide *Ann.ſingul.*423.

8 Quartò declaratur, vt valeant atteſtationes receptæ poſt hunc actum, quando pars nil oppoſuit ante receptionem, *Menoc.in præſum.47.num.2 li. lib.2.*

9 Quintò,& tãdem declaratur,quòd quando poſt hunc actum producitur inſtrumentum,vel aliqua ſcriptura, quæ indigeat aliquo ſupplemento,& probatione; tunc etiam, didicitis teſtificatis,poſſe produci teſtes ad comprobandum,tenet *Afflic.deciſ.33.n.4. Menoch.d.q.34.num.16. Carauit.in ritu 239.ſub num.3.Præſ.de Franch.dict.*

10 *deciſ.631.verſ.ſæpe ſæpius*. Sed tunc è conuerſo,an ſit dãdus terminus parti aduerſæ ad impugnandas ſcripturas poſt hunc actum præſentatas? benè *Capyc.deciſ.69.Vrſill. ad Affl.deciſ. 115.vide de praxi Scagl. in pragm.73. num.8.de ord.iud.& prax.circa hoc refert,& bene Præſes de Franch. in d.deciſ.633.verſ.an verò,* vbi de materia, & vide *Annam ſing.*502. *Farinac. de teſt.q.75.Ludouiſ.d.dec.*583.

## DE DECLARATIONE CIRCA vſum,& de falſitate teſtium,& ſcripturarum.

## CAP. XXVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Declaratio circa vſum, an debeat fieri, inſtante aduerſario,a producente teſtes, & ſcripturas,& quid ſi eſſet Eccleſia,vel mulier? n.3.*

2 *Pragmat.1. de falſ. duas indicit pœnas.*

*Declaratio circa vſum qualiter fieri debeat,& quando conditionaliter. nu.5. & 6.*

7 *Renuntiatio vſus an ceſſare faciat pœnam d.Reg.pragm.1. & quando examinatur.n.8-9.& 10.11.& 13.*

13 *Dolus non præſumitur abſque commodo.*

14 *Pœna qua punitur fabricans, vel inſtruens falſitatem, & quid de iure canonico,& in Regno Hiſpaniæ?*

15 *Falſum quid ſit, & qualiter committatur, remiſſiuè & nu.20.de qua renumerantur caſus,nu.16.17.18.& 19.*

21 *Teſtes varij, & contrarij debent impropriè interpretari,num.23.& an probent.n.22.*

24 *Teſtis varius,an dicatur,ſi incontinenti ſe correxerit.*

25 *Falſitas teſtium in acceſſorijs, an vitiet factum principale? & in vna clauſula inſtrumenti,an vitiet aliam? n.26.*



Digitized by Google

27 *Falſitas teſtis, non ſecuto effectu, an ſit punibilis, & bea requirantur? nu.* 28. *& exemplificatur, nu.* 29. *&* 30.

31 *Falſitas non praiudicialis non eſt punibilis, & explicatur exemplis. nu.* 32. *& & 33. & de materia remiſsiuè nu.* 34.

45 *Affectus quando ſit punibilis, & recenſentur caſus. num.* 36. 37. 39. 40. *& de materia remiſsiuè. nu.* 41.

42 *Affectus de conſuetudine Italiæ non punitur, & quando remiſsiuè. Et quid in crimine aſſaſsinij? nu.* 43.

44 *Affectus, vt puniatur abſque effectu, debet exprimi in ſanctione, vt in vſurario. num.* 47. *& alijs exemplis. num.* 45. *&* 46.

48 *Teſtis falſus debet puniri à Iudice, coram quo depoſuit, licèt alterius ſit iuriſdictionis, & quando remiſsiuè. Quid ſi eſſet circa audientiam commiſſam. nu.* 49. *& in alijs caſibus, nu.* 50. 51. *&* 52.

53 *Falſitas commiſſa in M. C. V. vel S. Reg. Conſ. coram quo Iudice cognoſcatur?*

54 *Cauſa ciuilis, an ſuperſedeatur per querelam criminalem falſitatis, & qualiter ſeruetur in* Regno. *nu.* 55. *Et quid ſi conſtet falſitas ex eiſdem actis? n.* 56. *& de materia remiſſ. n.* 57.

SOlent, vt plurimum, partes dubi-
tare de falſitate teſtium, ideò
poſt hunc actum publicationis, viſis
atteſtationibus, & ſcripturis, petunt
1 viciſſim declarationem circa vſum,
quã præcisè tenetur facere is, à quo
petitur, *Bar. in l. Diuus la ſecon[...] ff. ad
leg. Cornel. de falſ. cum concordant. alleg.
per Gabr. in concl.* 7. *num.* 1. *tit. de cri-
2 minal. lib.* 7. qua facta, ſi teſtes, vel ſcri-
pturæ, quibus declarauerit velle vti,
reperiantur falſæ, incidit in pœnam
falſi, & ipſo iure amittit cauſam, iux-
ta diſpoſitionem *prag.* 1. *de falſit.* Hinc
3 dicunt practici, quod ex quo à dicta
declaratione prouenit pœma, & in ea
non incurrit Eccleſia litigante cum
laico, conſequens eſt, quod non te-
neatur facere in iudicio hanc decla-
rationem, ad finem incurrendi in fal-
ſitatem, ſed ſolùm ad finem amittendi
di cauſam: cuius amiſſio, eſt altera
pœna contenta in *dict. Reg. pragm.* &
ſic etiam ſeruatur in mulieribus. Re-
liqua ad hanc materiam vide plenè
per *Adden. in d. pragm.* 1. *& Maran. in
par.* 6. *tit. de incident. criminal. fol.* 442.
ideò breuiter duo ſolùm notanda
ſunt.

4 Primò, quod declaratio circa vſũ,
vt operetur, debet fieri, adhibitis qui-
buſdam verbis iux. formam traditam
per *Muſcatell. in eius praxi glo. termi-
no, par.* 6. vbi latè, & *Præſ. de Franch.
deciſ.* 173. *in fine* dicit, quod debet fie-
ri generaliter, & ita ſeruari in praxi
S.C. verum *Bald.* quem ipſe reprobat
in *cap. cum dilectus de conſuet.* intelli-
gitur, quouis depoſitio teſtis eſſet ex-
tra articulos, nam tunc reſpectu ipſius
poteſt etiam eſſe ſpecialis declaratio,
velle vti tantum depoſitionibus ſu-
per articulis præſentatis, ex adductis
per *Surd. deciſ. Mant.* 16. Item debet
fieri coactè, ideſt, præcedente petitio-
ne partis aduerſæ. *Regens Rou. in dict.
5 pragm.* 1. *n.* 5. Item quòd fiat pure, &
ſimpliciter, & non conditionaliter, vt
ex *d. pragm. docuit Affl. in deciſ.* 189.
6 quem ſequũtur DD. relati per *Thor.
in compend. deciſ. verſ. declaratio circa
vſum*; nam ſolùm, quando fit ſpontè,
poterit fieri cõditionaliter, vt aduer-
tit *Gabr. in d. concl.* 7. *n.* 8.

7 Secundò an per renunciationem,
quæ fit vſui falſorum teſtiũ, & ſcrip-
turarum productarum, euitetur pœ-
na contenta in *d. Reg. pragm.* & certè
quòd ſic, ſi fiat infra octo dies poſt
publicatum in cauſa, vt in *d. prag.* &
8 meminit *Ann. alleg.* 2. *num.* 11. dum-
modo productus ſit teſtis, vel ſcrip-
tura falſa facta ab alio, iuxtà diſpoſit.
*tex. in l. fin. falſes, C. ad leg. Cornel. de
falſ.* & ſic loquitur dicta pragmatica;
9 ſecùs verò, quando fuit productus
teſtis falſus, vel ſcriptura fabricata,
inſtructa, vel conſulta ab eodemmet
producente, nam tunc ex quo vſus,
vel non vſus non operatur excluſio-

nem

nē dictæ pœnæ, conſequens eſt, quod
nec renunciatio inſeruit, *d.l.ſi falſos*,
*& habetur in cap.cùm inter dilectos, de*
*exceſ.prælat. vbi DD. Aym. conſ.* 315.
10 Quod tamen limitat *Capyc.* quando
quis facit falſum ignoranter, vel quã-
do erat in facto alieno, vel proprio,
eo caſu, quo præſumitur ignorantia;
nam tunc non debet puniri pœna
fabricantis falſum, vt in *d. deciſ.* 67.
*num.*9. Ratio eſt, quia vbi adeſt igno-
11 rantia, non eſt dolus, abſque quo nõ
committitur falſum, vt ibi. & inter
alias præſumptiones, quando non
adeſt dolus, eſt in fabricante falſitatẽ
abſque commodo. *Aym. in conſ.* 319.
13 *col.7.verſ.decimo octauo*. Verum, vt
huic præſumptioni ignorantiæ locus
ſit, neceſſe eſt, quod dicta renuntiatio
vſus fiat præcedente proteſtatione,
Aduerſarij, prout in praxi aduertit
*Capyc.in d.deciſ.colum.fin. circa finem*.
14 Sed fabricans, vel inſtruens falſitatẽ,
qua pœna puniatur, docet *prag.*4. *de*
*falſ.*& quid de iure canonico, & quod
in Regno Hiſpan. ſit extractio quintæ
partis dentium, vide *Couar.in cap.quã-*
*uis.§ ſeptimo paulo ante num.7.verſ.vō*
*ei, primæ par.relect.de pact.in ſexto.* ſed
quod regulariter credatur teſti quod
deponat fuiſſe ſubornatum ad depo-
nendum, & ipſe recuſauit *Bal. in c. cū*
*dilecti, de elect. ſed Abb. ibi dicit* regu-
lariter non eſſe credendum teſti in
ijs quæ conſerueretur eius laudem
vel vituperium de quo & qua pæna
ſit plectendum tentans ſubornare te-
ſtes ad iuſtum deponendum latè tra-
ctat *Giurba conſil. criminal.*54.

15 His cognitis in hac materia, eſt
de quatuor videndum.

*Primò, quid ſit falſum.*
*Secundò, quando ſit punibile in teſte:*
*Tertiò, coram quo Iudice.*
*Quartò, quid operetur inquiſitio falſi in*
*teſte reſpectu expeditionis cauſæ.*

Quoad primum, quid ſit falſum, &
qualiter committatur, benè tra-
ctat *Bart. & DD. in l.quid ſit falſum.*
*ff.ad leg.Cornel.de falſ.& in l. ex falſis.*
*C.de trãſact.*& appellatione falſi, quæ
veniant? *Pugnat.in d.prag.4.de falſ. n.*
16.*Hoſtienſ.in ſumma tit.de crim. falſ.*
*Angel.de maleſ.in verſ.falſario*, & po-
16 nens in aliqua ſcriptura teſtes ab-
ſentes, an puniatur de falſo? *Abb.in*
*cap. quando. num.7.de his, quæ fiunt à*
17 *prælat.ſine, &c.* Quid ſi primo examini
teſtis addat aliquid? *Innoc.in cap.præ-*
*terea ſi teſtis, num.3.de teſtib.cog.* Quid
18 ſi dicat veritatem, quam ipſe igno-
rabat? *Socin.conſ.103.col.fin.vol.1.An-*
*char.conſ.24.Bald.in l.fin. C. de falſ.in-*
*ſtrum. Vrſill.ad Affl.dec.104. num.15.*
*Cotta in men.ver.teſtis, & cæteri.* Quid
19 ſi dicat vnum extra iudicium diuer-
ſum ab eo, quod dixit in iudicio? *Bar.*
*in l.eos.ff.ad leg.Corn. de falſ.Alex. in*
20 *conſ.5. vol.* 8. & reliqua ad hanc ma-
teriam falſitatis, vide per *add.in dict*
*pragm.4. Couar.in d.cap. quamuis.§.7.*
*1.par.num.5.verſ.ſecundùm, & conge-*
*ſta a Ricc.coll.248.*
21 Sunt tamen hic duo aduertenda.
Primò, licèt teſtes interdum ſint va-
rij, & contrarij, debent tamen eorum
verba ciuili modo impropriè inter-
pretari reducendi cauſa ad concor-
diam, ad euitãdum falſi pœnam, *Bar.*
*in d.l.eos.C.ad leg. Cornel. Alex.in l.in-*
*ter ſtipulantem.§. ſi Stichum.ff.de verb.*
*oblig.Guid.Pap.deciſ.* 250. *bene Loffre-*
*dus conſil.49.Reg.Rouit. in d.pragm.1.*
*nu.22.And.in cap.primo, qui teſtes, &c.*
22 *col.pen.* licèt tunc non probent, *Cro-*
23 *tus in tract.de teſt.par.6. nu.*328. Sed
de modo illos concordandi, videndi
ſunt DD. & præſertim *Cyn. in d. l. in*
24 *exercendis, de tranſact.* Et varius an
dicatur teſtis, ſi incontinenti ſe cor-
rexerit? *Viu.in comm. opin.* 901. *Ricc.*
*dec.Archiep.197.par.2. Capyc. in deciſ.*
91.*vbi add.*& ly (incontinenti) quo-
modo intelligatur, explicat *Capyc. in*
*deciſ.*142.
25 Secundò eſt aduertendum, quod, ſi
falſitas eſt commiſſa inter acceſſoria
depoſitionis, non per hoc vitiabitur
de-



Digitized by Google

depoſitio circa factum principale , prout latè defendit *Gramm. deciſ.* 43. *& 60.& poſt Carau. & alios in d.prag.*
26 4.*Reg.Rou.in d.pragm.*1.*num.* 36. Et quid ſi falſitas eſſet commiſſa in vna parte,ſeu clauſula inſtrumenti,an vitiet totum tenorem? adeas *Iaſ.in l.ex falſis.nu.9.Cod.de tranſact.*

27 SEcundò eſt principaliter videndum,an falſitas, ſignanter in teſte, vel per ipſum inſtruente, ſi punibilis, licèt non ſequatur effectus, regula eſt,quod non in *l.1.ff. quod quiſque iur. cum concor. vbi congerit* Ricc.
28 *coll.*326.Niſi duo interueniant,videlicet.Primò,quod effectus ſit nociuus actu,vel potentia, *Angel. de maleſ. in verſ.falſario, verſ. quaero quòd,num.*3. & ſecundò, quòd ſit deductus ad actum proximum , & illo tunc determinatum ad effectum, adeò quòd locus non ſit pœnitentiæ,*Catal.in tract. de indult.cap.*38.*num.*68. *verſ.ſextum ſpeciale*, benè faciunt adducta per *Anton. Fab. in deciſ.fin.Cod. de pęnis*.
29 Hinc quando hæc duo concurrunt in depoſitione falſa teſtium , eſt punibilis,licèt non ſequatur effectus, & procedunt adducta à *Reg.Rou.in dict. pragm.*1.*num.*1.*iuncto num.*34. *&* 35.
30 ſic dicimus in eo,qui præſẽtauit apocam in banco; nam licet non conſequatur effectum receptionis pecuniæ,adhuc debet puniri pæna mortis vt in *prag.* 8. *de falſ.* ſic in falſicante apocam falſam, directam carcererio pro eius excarceratione, quòd, licèt non ſequutus fuerit effectus, tamen , quia prædicta duo requiſita concurrunt,dicitur delequiſſe,& eſt puniendus,vt *Reg.Rou.in d.prag.*8.*a num.*20. *& ſeq.*
31 At ſi prædicta duo non concurrerent,& circa primum , quando non adeſt præiudicium tertij , tunc non procedit pæna ordinaria falſitatis, vt
32 in teſte, deponente nulliter intuitu perſonæ,vel ſolemnitatis , vt dixi in *tit.de teſt.* qui quidem non debet puniri pœna contenta in *d. reg. prag.*4. *de falſ.vt ibi per Carau. ſub num.* 214. *colum.fin. Thor. in compen. deciſ. verſ.*
33 *Actuarius ſcienter.* Sic etiam dicimus in teſte,cum omni ſolemnitate deponente,& dicat veritatem, quam ipſe ignorabat, quia tunc eius dictum nõ nocet, & conſequenter non eſt dicta pæna puniendus, *Vrſill.ad Affl.in dec.*
34 404.*num.*15. Reliqua,quãdo falſitas non ſit præiudicialis, & non puniatur? vide per *Aym. conſ.* 366. *vol.* 3. *Cott.in mem.fol.*461. *Gabr. concl.*5. *tit. de crimin. lib.*7.

34 Similiter quando deficit ſecundũ requiſitum,videlicet,quando affectus
35 eſt deductus in actu exercito, ſed aliquo modo, quo adhuc pænitentiæ ſit locus, re integra, tunc non punitur,
36 exemplum eſt in teſte, vel notario, qui incæpit dicere,& ſcribere falſitatem, & non compleuit, & ideò non erit dicta pęna falſi plectendus, *Reg. Rou.in pragm.* 3. *num.* 2. *&* 3. *de falſ.*
37 Item in eo, qui voluit corrumpere teſtes,ſed non habuit effectum, idem Rou.*in dict.prag.*4.*num.*31. & ideò *ex Carau.ibi ſub nu.*124.*&* 138. deduci-
38 tur, quòd is,qui inſtruxit, & conſuluit teſtes ad dicendum falſum , non punitur pæna *d.reg.pragm.*quia poterit ſe pænitere,aliter conſulendo, vel
39 reuocando mandatum, immò ſic dicimus in eo, qui tractauit falſificare ſigillum Regis, quod non debet puniri pæna falſi, ſi non ſecurus fuit effectus,*Catal.vbi ſupra cap.*36.*nu.*176.
40 *& ſeq.* ſic etiam dicimus de petente plus debito , qui non debet puniri pæna, contenta in *reg. prag.*7. *de falſ.* niſi effectualiter exigat, nam locus eſt pænitentiæ, etiam appellatione pendente, Reg.*Rou.ibi num.*4.*verſ.limita.*

41 Cæterùm, quando effectus puniatur non ſecuto effectu, vide benè per *Luc.de Penna in l. euictiones. C. de iur. publ.lib.*12.*Bellug.in ſpecul.princ.tit.de prin.probib.rub.*27.§.*milites*, *verſ.ſed ſolet dubitari,Io.Fab. de Luca in alleg. relata per d. Catal.in dict. tract. de indul.*

Digitized by Google

*dul. ſub cap.*26. *Felyn. in cap. ſicut de*
*præſcript.congerit* Ricc. *coll.*326. 766.
42 Vnum notes hic, quòd de generali
conſuetudine Italiæ introductum eſt,
quòd non puniatur affectus, vt teſta-
tur *Alex.in conſ.*14. *ſub num.* 8. *vol.*3,
*Bal. in conſ.*443. *vol.*3. *Riccius in coll.*
1377.*par.* 4. vbi adducit nonnullas
fallentia, inter quas eſt in crimine
lęſæ maieſtatis,alleg. *Gaſp.Theſ.deciſ.*
25. *cui addo Reg. de Ponte in conſ.* 90.
*num.*26.*& ſeq.vol.* 1. *& Cathal.vbi ſu-*
43 *pra cap.*32. *n.*51. & in crimine aſſaſ-
ſinij,an ſufficiat ſolum conatus? ma-
gna fuit DD.altercatio, *Reg. Rou.in*
*pragm.*1.*num.*31.*vſque ad* 36. *de aſſ.&*
*vide Thor.in compend.deciſ.verſ. aſſaſ-*
*ſinium ſi non fuerit. Gramm. deciſ.*74.
*num.*15.

Verùm fateor,quòd hodie moder-
ni compilatores pragmaticarum, &
ſanctionum ſolent ſpecificare, puniē-
44 dum eſſe etiam affectum, ad remo-
uendas omnes circa hoc ambages,vt
in dicto crimine aſſaſſinij, in quo pu-
nitur mandans, & mandatarius,ſi ad
actum proximum delicti ſit deuentū?
*Reg.Rou.in d.prag.*1. *nu.*35. 37. *&* 52.
*de aſſaſſ.*& quando dicatur deuentum
ad actum proximum? ibi *num.*11. *&*
46 36.Item in aſportantibus enſas eua-
ginatas poſt duas noctis horas, licèt
non ſequatur effectus offenſionis, vt
46 in *prag.*1.*de armis.* Item in contuma-
ce,reperto in campanea ad modum
exulum, de quo *Reg. Rouit. in rub. de*
47 *exul. num.* 21. Item de vſurario, qui
punitur pæna ſtatuta, per ſolum con-
tractum fæneratitium, non ſecuta
exactione, vt eſt expreſſum in *c. Reg.*
17. *mihi fol.* 23. cùm aliter ſit de iure
communi. *l. eos C. de vſur. Bero. conſ.*
207.*nu.*20.*vol.*3.*Roman.conſ.*49.*nu.*3.
& ſic de ſingulis.

48 Tertiò principaliter eſt videndū
coram quo ſit puniendus teſtis
falſus, & ipſum producens? & certè
quòd idem Iudex cauſæ ciuilis, cuius
aures ex iſta falſitate ſunt offenſæ,
poterit de illa incidenter, & extraor-
dinariè cognoſcere, ad *tex.in l.nullū.*
*C.de teſt.Vant.de nullit.in tit.ex defectu*
*iuriſd.ſub num.*38. *verſ. quæ ſimili mo-*
*do,Afflict.& ibi add.in deciſ.*219.*Aym.*
*conſ.*253.*col.*3. *verſ. aut laicus*, *Couar.*
*pract.quæſt.c.*18. *cum alijs allegatis per*
*Thor.in comp.deciſ.verſ.Iudex laicus*,
*Velaſc.in deciſ.*33.vbi vide de clerico,
deponente falſum coram laico, & è
49 conuerſo. Sed quid ſi eſſet commiſſa
audientia teſtium ordinario alicuius
loci,coram quo Iudice ſit puniendus?
*Reg.Rou.in d.pragm.*4. *de falſ. num.*8.
*& in prag.*1.*num.*86. *vbi de delict.&c.*
50 & ibi ſi in vno loco quis falſificauit
ſcripturam, & coram alio illam præ-
ſentauit,à quo nam puniatur? *nu.*87.
Quid in falſum deponente coram ar-
bitris,à quo dignoſcitur? *Reg.Rou.in*
52 *prag.*1.*de arb.num.*6. Quid ſi falſitas
ſit coram Vicario in cauſa, ſibi dele-
gata, an poſſit cognoſci, & puniri à
ſucceſſore? *Thor.in compend.deciſ.ver.*
53 *teſtis falſum deponens.* Verùm in pra-
xi ſeruatur, quòd falſitas, commiſſa
coram Iudice in ciuilibus M. C. Vic.
tunc cognoſcitur, & punitur à crimi-
nalibus, *Præſ.de Franch.deciſ.*147. &
ibi dat practicam, quando eſſet com-
miſſa coram Conſiliarijs S. Conſ.re-
liqua ad hoc propoſitum *congerit Ric.*
*collect.*243.

54 Vltimò pro coronide huius ma-
teriæ eſt ſciendum,quòd,ſi fue
rint inquiſiti teſtes de falſitate, vel
principalis, tunc regulariter ſuperſe-
detur in cauſa ciuili, quando totum
ius litigantis in illa falſitate conſiſtit,
benè *Anton.Fab.in dec.*1.*tit.quan.ciu.*
*act.crim.præiud.* Secus quando vtra-
que cauſa poſſet de per ſe ſtare, ita
55 *deciſ. Auen.* 10. Verùm in Regno per
*pragmat.*2.*de falſ.*eſt prouiſum, quòd
indifferenter in vtraque cauſa proce-
datur,& expeditio cauſæ ciuilis, etiā
vſque ad ſententiam non retardetur,
56 vt ibi.Cuius diſpoſitionem commu-
niter limitant practici,quando falſitas
conſtat ex eiſdem actis, nulla alia
adhibita extrinſeca probatione circa
cam

eam, *Gramm.dec.*60.*Reg.Rou.in prag.* 3. *de falſ.* & ſic ceſſat in noſtra praxi dubitatio *Petri Iac.in pract.titu.de act. ad l.Aquiliam col.* 3. *verſ. nunquid ex*
57 *eiſdem.actis.* Reliqua ad hanc materiã vide per *Afflict.& ibi addit.in deciſio.* 229.*Capyc.deciſ.*5.*col.fin.& dec.*25. *Pugnat.in d.pragm.*4.*de falſ.Muſcatell.in pract.*1.*inſt.par.*6.*glo. termino repulſæ, & nouiſsime cumulat* Ricc.*collect.* 409. *par.*2.

## DE REPVLSA TESTIVM.

## CAP. XXVIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Repulſæ terminus quando ſit petendus, & quanti temporis ſit, & eius denegatio, an inducat nullitatem, nu.*2.*& de materia, remiſsiue, nu.*3.

4 *Repulſæ terminus quando ſit concedendus.*

5 *Repulſa quibus in caſibus non concedi- tur, & nu.*6.7.8.9.*&* 10.

11 *Repulſari teſtes, ex quibus cauſis poſſunt, vel defendi, nu.*12.

13 *Teſtes, ſeu articuli producti in cauſa principali, an poſsint ijdem produci in repulſa, & quid de directo coatrarij. num.*14.

15 *Repulſæ ſpecies eſt declaranda, & refertur deciſio.*

SI teſtes producti non reperiantur falſi, ſed poſſit cõtra eorum perſonas, vel dicta aliquid opponi, quò
1 minus probent: tũc petitur terminus ad repulſam poſt 8. dies ab actu publicationis, vt in *ritu* 75. qui quidem erit medietas temporis conceſſi in primo termino dato in cauſa principali, currens de momento ad momentum, *Anda.& Afflict.in conſt.in pecuniariis.*
2 Verum ſi fuerit denegatus iſte terminus, debet illum petens appellare, aliàs ſententia per hanc denegationẽ non erit nulla, vt deciſum refert *Thomas Triuiſ.in deciſ.Venet.*54.*tom.*1.Re
3 liqua ad hanc materiam latiſſimè tractãt practici, & vide *Iul.Caſ. Imbrian. in tract.de repulſa, vbi latè.*

4 SOlum noto in praxi, quod dictus terminus ad repulſam regulariter debet concedi, ſi procedat proteſtatio in citatione, quæ fit ad videndum iuramenta teſtium, illis verbis, *Proteſtor contra teſtes; ac dicenda per eos, &c. Afflict.in deciſ.*351.*quem ſequitur Scaglio.in pragm.*11.*incip.curſu di-*
5 *lationum, de ord.iudic.* Verùm iſta regula multis modis fallit, & non contradicit repulſa: præcipuè quãdo petitur calumnioſè, *cap.vt litigantes, de off.ord.in* 6.*cum concor.* Sic in cauſis poſſeſſorijs ſummarijſſimis, *Capyc.dec.* 15.*Vrſill.ad Afflict.dec.*341. Sic quan-
7 do agitur ex remediis poſſeſſoriis capitulorum Regni, *Anna in allega.* 84.
8 *num.*10. Item quando ſumus in ſecunda inſtantia, & ageretur de repulſandis teſtibus examinatis in prima, vt ſeruat praxis, attenta opinione *Andreæ in conſt.Regni iuriſperitorum, & teſtatur Anna in ſing.*442. Sic quan
9 do eſt lis inter filium, & patrem ex cauſa alimentorum, vel quando ſumus in tertio comparentẽ pro ſuo intereſſe, vt per *Vrſill.ad Afflict. in de-*
10 *ciſ.*311. Reliquos caſus vide per *Affl. in d.deciſ.Et ibi Addent.& deciſ. Antonion.*8.*Capyc.& ibi Addent. deciſ.* 157. *Menoch.de arb.iud.q.*32.*lib.* 1. *nouiſsimè Ricc.coll.*10.*&* 884.

11 SEcundò noto, quòd multæ ſunt cauſæ, quibus teſtes poſſunt repulſari, de quibus vide *Affl. in conſt. mores diſſoluta,* & quando opponũtur, bona eſt proteſtatio, *quòd non ſit animo iniuriandi, Boer.deciſ.*295.*nu.*8.
12 Et è cõuerſo, multi ſunt modi, quibus in hac ſpecie poſſunt defendi perſonæ, & dicta teſtium, de quibus vide per *Farinac.in dec.Rom.*249.

13 TErtiò noto, an in cauſa repulſæ poſſint produci ijdem teſtes, qui producti ſunt in cauſa principali, pro repulſandis teſtibus partis aduerſæ, *Reg.Rou.d.pragm.*12. *num.*8. *de ord.*

14 *ord. iud.* Et an poſſint produci articuli de directo contrarij illis partis aduerſæ, vel ijdem cum primis, *Afflict. dec.* 218. *cum addent.* latè Rolan. à *Vall. in conſ.* 45. *vol.* 2. *& idem Affl. in conſt. iuris peritorum*, & ſi probatur aliquid in re, qua contra cauſam principalem in termino repulſæ, an poſſit probari cõtrarium? *Capyc. deciſ.* 82.

15 QVartò pro coronide huius materiæ noto, quòd petens repulſam, tenetur declarare, inſtante parte, ſpeciem repulſæ, ex doctrina *Bald. in l. ab Anaſtaſio, in fin. C. mandati, & fuit deciſum in cauſa Gabrielis Barelli, cum illis de Turbulo, & Caputis, anno* 1576. *Actuar. tunc de Caro, nunc de Felice.*

## DE CONCLVSIONE in cauſa.

## CAP. XXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Concluſio in cauſa, vnde dicatur.*
2 *Concluſionis actus in iudicio, an ſit neceſſarius; & quando.*
3 *Concluſionis effectus enumeratur, & num.* 4. 5. 6. *& remiſsiuè num.* 10.
7 *Concluſio facta cum reſeruatione, quid operetur, & in dubio, an intelligatur facta reſeruatio? nu.* 8.
9 *Scriptura priuata, an poſsint produci poſt actum concluſionis, & quandò.*
11 *Terminus conceſſus ad contomitandũ ſcripturas eſt communis aduerſario, vt poſsit in eo contra illos opponere.*

1 POſt determinationem ſuper petita repulſa, fit concluſio in cauſa principali, quæ ſic dicitur, quaſi ex ea, probationibus finis imponitur, ad *cap. cum dilectus. de fide inſtru. Natt. in conſ.* 251. *in fin. lib.* 2. *latè Gail. obſer.* 107. *lib.* 1. Sed licèt hic actus conclu-
2 ſionis non ſit neceſſarius, adeò, quod eius omiſſio non vitiet ſententiam, vt per *gloſ. communiter receptam in clem. ſæpè, verſ. de concluſione, de verb. ſignif. Marant. tit. de concl. num.* 9. *par.* 6. quod procedit etiam in Curia Eccleſiaſtica, in cauſis tamen beneficialibus, & ſũmarijs, ſecùs in ordinarijs. *Menoch. de arbitr. iud. quæſt.* 35. *num.* 8. *& benè Grat. in addit. ad Veſtr. in prax. Curiæ Romanæ cap.* 1. *lib.* 7. *num.* 30. nihilominus hodie indifferenter fit actus iſte concluſionis propter multa, & ſignanter.

3 Quia ex hoc actu datur finis probationibus, vt dixi, & præſertim teſtium, *Felyn. & cæteri in d. cap. cùm dilectus.* Paria enim ſunt, latam eſſe ſententiam, & concluſum in cauſa, *Afflic. deciſ.* 396. *num.* 12. *& in conſtit. earum fraudibus, num.* 15. quia hic poteſt dici, quod liqueat iudici de meritis cauſæ, *Natta conſ.* 51. *num.* 18. *col.* 1. Hinc ſeruamus in S. Conſ. quod ſi aliquis vt filiusfamilias opponat exceptionẽ mandatarij aduerſus obligationem ab ipſo factam, & ſuper ea eſſet compilatus proceſſus, & cauſa non poterit expediri ob nouas dilationes partis aduerſæ, ex quo ſunt patefacti iura actoris conceditur ſuperſeſſoria ad tempus aduerſus creditores, & ita paſſim reperitur deciſum, & ſignanter in cauſa Caroli Lombardi Ciuitatis Noiæ cum Oratio Montano, & alios creditores anno 1612. in banca de Izzo, coram Reg. Conſil. de Giorgio cauſæ commiſſ. ſic etiam reſpectu petentis quinquennalem contra credi-
4 tores non concurrentes. Et ideo ampliatur, quod nec etiam repetitio teſtium concedi poteſt, & ita indifferenter ſeruat noua praxis, vt dicit *Praſ. de Franch. deciſ.* 716. *num.* 9. licet tempore ſuo dubitaſſet *Capyc. in deciſ.* 35. *in fin.* quod ego quidem dubito, quando iudex dubitaret circa depoſitiones factas nam tunc ad indagandam veritatem ex officio, credo, quòd poterit repeti facere teſtes, ex *adduct. per Ang. in conſ.* 296. *poſt num.* 3. *&* 4. Am-
5 pliatur ſecundo, vt nec etiã poſt hunc actum peti poſſit declaratio principalis, *Scaglia in pragm. curſ. dilationum,*

ubi

*vbi allegat Gemin. in c. 1. col. 1. de conſeſ. in 6.* & ſic eſt exceptum hodie in praxi, vt in *pragm. Illuſtr. Comitis Lemenſ. 28. cap. & proprie. cap. 6.* præter
4 caſum ibi expreſſum. Ampliatur tertio, quod poſt hunc actum cõcluſionis præcluditur via reuocandi attentata ante ipſum, ſecus verò attentata poſtea, benè *Affl. in dec. 232. col. 2,*

7 Sed aduerte, quod indifferenter practicatur in Sac. Conſ. quod poſt concluſum in cauſa recipiuntur ſcripturæ, tam publicæ, quam priuatæ, ſiue per reum, ſiue per actorem præſententur, immò vſque ad tempus prolationis ſententiæ excluſiuè, & hoc per clauſulam, ſola facta veritate ſuſpecta, vt benè dicit *Gizz. dec. 42. nu. 1. & 2.* & quando concluſio fit cum reſeruatione producendi ſcripturas tunc indifferenter poſſunt produci poſt hunc actũ, immò datur terminus producenti ad illas concomitandas
8 per teſtes. *Afflict. deciſ. 271.* quæ reſeruatio ex antiqua practica & ſi non ſit ſpecificata, intelligitur in cõcluſione, ſimpliciter facta, vt dicit *Præſ. in dec.*
9 *631. ſub verſ. an verò.* Sed dubium eſt de quibus ſcripturis intelligatur? & certè de publicis, vt concludit *Afflic. deciſ. 272.* vel priuatis, dummodò faciunt de per ſe aliquam fidem, vt dicit idem *Affl. ſub nu. 2. & benè Ang. in l. ſcripturas, C. qui potior. in pignor. habean. Gizz. vbi ſupra num. 3.* exemplũ eſt in ſcriptura trino teſte notata, & ſimilib. *Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ. & benè Præſ. de Franch. d. deciſ. 631. vol. 1.*
10 *2. & 3.* & de obſeruãtia ſecundũ prædicta, refert nouiſſimè plures deciſiones *Regens Sanfel. deciſ. 146. 1. tom.* Sed quid ſi præſentantur ſcripturæ priuatæ, puta, literæ miſſiuæ à reo, vel conuẽto, & petatur poſt hunc actum concluſionis, quod actor cum iuramento recognoſcat illa? in S. Conſ. tenetur, & ſic practicatur, & fuiſſe deciſum refert *Gizz. d. deciſ. 42.* Reliqua quæ ſunt prohibita poſt hunc actum, cumulat *Capyc. deciſ. 35. Afflict. in § idem ſi vaſſallus, num. 17. de contr. inueſt. Seaglio. & cæteri moderni in d. pragma. 14. Felyn. in d. cap. cum dilectus, Menoch. in d. quæſt. 35. & nouiſſimè Ricc. coll. 85.*

11 Pro coronide nota, quod in termino, qui conceditur producenti ſcripturas ad concomitandum, poterit etiam probare contenta in ſcripturis. *Præſ. deciſ. 631. verſ. ſæpeſæpius*, & ſic obſeruatum refert *Reg. Sanfel. d. deciſ. 146. num. 1. verſ. qui terminus, &c.* & ibi vide de alijs ad hanc materiam. & conuentus probare contra tale inſtrumentum, iuxta tradita per *Hypp. in ſing. 168. quem ſequitur additio final. in conſuet. Neapol. incip. contra inſtrumentum, tit. de iur. quar. ver. ſtante ſtatuto, latè Giurb. dec. Sic. 36.*

## DE CITATIONE AD ſententiam.

### CAP. XXX.

### SVMMARIVM.

1 *Citatio ad ſententiam, an ſit neceſſaria, & de materia remiſſiuè.*

Fit demum iſta citatio ad audiendam ſententiam adeò neceſſaria, quòd ea omiſſa, ſententia eſſet nulla, *Afflict. deciſ. 346. num. 6. Vrſill. ad Afflict. dec. 283. n. 12. & de Franch. deciſ. 457.* licèt eſſet Principis, *Triniſ. dec. 6. in fine.* Sed debet intimari Procuratori effectò Domino, & quid ſi notificetur Domino, & de materia vide *Troyſ. in pragm. diſpendia litium nu. 21. & Muſcat. prac. 2. inſt. glo. poteſt, & Capyc. deciſ. 139. num. 4.* & qualiter eſſe debeat, & de materia, latè *Ricc. coll. 1047. & nouiſſimè Thor. in compend. deciſio. in ſententia nulla, an dicatur ex defectu omiſſionis citationis, & latè Gail. obſer. 109. lib. 1.*



Digitized by Google

## DE PRIMO, ET SECVNDO beneficio, ſeu bina reſtitutione in integrum.

## CAP. XXX.

### SVMMARIVM.

1 *Beneficia petentibus ſtatuta eſt pœna, ſi illis non vtantur.*
2 *Terminus in beneficijs datur arbitrio iudicis.*
3 *Beneficiorum materia remiſſiuè.*
4 *Beneficia competunt perſonis priuilegiatis, & quæ ſint.*
5 *Minor ſi ſit Doctor non habet beneficia.*
6 *Mulier cuiuſcunque ſexus habet beneficia, etiam ſi ſit meretrix, & quando ſic dicatur.*
7 *Mulier poteſt cogi ad petenda beneficia, quid in minore.*
8 *Vniuerſitas habet beneficia, etiam ſi ſit 30. focularium, & quid in cauſa nobilitatis.*
9 *Nobilibus alicuius Sedilis Neapol. nō competunt beneficia.*
10 *Minor ſuccedens maiori indifferenter habet beneficia in cauſa appellationis.*
11 *Maior ſuccedens minori, an habeat beneficia.*
12 *Beneficia conceſſa priuilegiatis, an ſint communia litis conſortibus maioribus, vel eorum aduerſarijs. num. 13.*
14 *Beneficijs, an renuntiari poſsit in præiudicium Aduerſariorum.*
15 *Beneficia non competunt, cauſa relata, vel introducta, tàm principali, quàm tertio comparenti pro ſuo intereſſe.*
16 *Beneficia non concedit S. Conſilium tertio, quando conſtat de non iure ſuo.*
17 *Beneficia in quo tempore ſint petenda & quid de iure nouiſſimo. nu. 18.*
19 *Beneficia, in quibus cauſis concedantur, vel non, plures enunciantur caſus remiſſ.*

POſt prædictam citationem, immò tempore expeditionis cauſæ in aula, vt plurimum partes, ſiue eorum Procuratores, licèt habeant ſolum generale mandatum, vt in *conſtit. Beneficium*, ſolent petere primum, & cōpilato proceſſu ſuper eo, Secundum beneficium, ideſt, binam reſtitutionē: quæ competũt eorum principalibus, vt poſſint ſupplere in quo eſt defe-
1 ctum pro ipſorum defenſione. Et ad remouendam dilationem eſt hodie per Reg. prag. ſtatuta pœna petentibus, ſi illis non vtantur, de qua *Regens*
2 *Rou. in pragm. 1. de dilat.* & licèt eius terminus ſit medietas primi termini dati ad probandum, erit tamen in arbitrio iudicis, ne ob breuitatem non proficiat *Affl. vbi Vrſill. in deciſ. 124.* & in dicto termino, an illud idem poſſit poni, quod fuit poſitum in primo,
3 *Præſ. de Franch. deciſ. 683. in fine*, dicit, quod ſic, & quid nam ſint dicta beneficia, quibus, & quando ſint concedēda, *Addent. in pragmat. 7. de ord. iudic. & benè Troyſ. in prag. curſu dilationum eod. tit. & aliqua per Ricc. coll. 186. par. 1. & latè Muſcat. gloſ. competentes in pract. primæ inſt. & nouiſſ.* Reg. *Tap. in Ius Regn. tit. de in integr. reſtit. lib. 3. vbi diffuſè, & Iul. Caſ. Imbrian in tract. de primo, & ſecundo benef.* & latè de eius effectibus, *Sforz. Odd. de reſtitut. quæſt. 46. 47. & 48.* ad quos me remicto ne videatur trāſcibere materias ſed vt frequentiora ad hanc materiam tractemus.

4 ADuertas primò, quod dictæ partes litigantes debent eſſe perſonæ priuilegiatæ, puta, Minor, Eccleſia, Fiſcus, Vniuerſitas, Mulier, & aliæ miſerabiles perſonæ, de quibus *Affl. in conſtit. obſcuritatem, & in conſt. minorum iura. Marant. in vlt. actu tit, & quand. appell. num. 79. & ſeq.* Et de
5 minore intelligas, dummodo non ſit Doctor, quia deficit præſumptio malè ſe feciſſe defenſum, *Gomeſ. var. reſol. tit. de reſtit. in integr. n. 5. verſ. quod limita.*
6 De mulieribus intelligas cuiuſcũque ſexus, *Affl. in d. conſt. obſcuritatem*,

licèt eſſet meretrix, *de Franch. deciſ.* 233. & an talis dicatur ſi habeat vnũ Amaſium, vel plures, *Trinſ. deciſ.* 33. & quid ſi eſſet maritata, ſed inhoneſtate viuat, *Bald. in l. 2. col. 2. in princ.*
7 *C. de exact. trib. lib.* 10. Bene verum eſt, quid mulieres poterunt in hoc termino, ideſt, ante prolationem ſententiæ compelli ad illa petenda, ne intuitu ipſorum impediant expeditionem cauſæ. *Capyc. deciſ.* 110. ſed non ſic in minoribus, refert obſeruantiã, *Thor. in compen. deciſ. ver. Minor, ſiuè pupillus. Reg. Conſ. Capic. Latro dec.* 79. *n.* 6. *&* 7.

8 De Vniuerſitate intelligas etiam, quod conſtet in villa 40. focularium, *Affl. in prælud. conſtit. q.* 5. *num.* 4. Imò ſi vnus homo exiſteret, & ſi maior, tũc quia conſiderata aptitudine, quod ex eo poſſit vniuerſitas hominum peruenire, fuit deciſum in S. Conſ. illi petenti beneficium eſſe concedendũ, vt refert *Frecc. de ſubfeudi auctor.* . . . *ſub num.* 30. *pag.* 179. quicquid dicat *Gizz. in dec.* 21. *n.* 9. vbi neminem allegat: ſed vniuerſitati non competunt, quando cauſa eſſet cum aliquo prætendente eſſe de nobilibus; &
9 multò minus Nobilibus ex vno quinque Sedilium huius Ciuitatis Neapolitanæ; nam quodlibet eſt pars, & omnia quinque Sedilia cum Platea populi repræſentant ipſam Ciuitatẽ, benè *Thor. vbi ſup. verſ. reſtitutio in integrum, an competat cætui.*

10 Quidnam eſt dicendum, quandò prædicti priuilegiati ſuccedunt maioribus? vide *Affl. deciſ.* 212. *& ibi addit. & Griuell. deciſ. Senat. Dolan.* 3. *Capyc. Latro dec.* 79. & pari ratione, ex his infertur quod tunc etiam alter correus valeat vti his beneficijs quia nõ ſunt ad imparia iudicandi, & ſic quãdo litis conſortes ſunt ambo priuilegiati hoc modo poterunt habere quatuor beneficia, & reſtes in ea pluries ſeruaui in praxi, vt fuit iudicatum in S. Conſ. in cauſa inter Paulum Vrſinum, & Beatricem Boue Actuarius, & in cauſa Ioanelli Gaetani cum Leonardo Stoppiglia, Actuarius Carbonus.

11 E conuerſo maiori hæredi minoris, cum quo erat cœpta lis, & ſi mortuus ante concluſionem competunt beneficia, *Afflict. deciſ.* 209. dummodo adſit læſio, quia ex ea, & nõ ratione ætatis regulatur, vt tradit ibi *Afflict.* & ideò, ipſa interueniente, Sac. Conſ. ſeruat etiam poſt concluſum in cauſa, concedere dicto maiori beneficia, prout deciſum fuit, facto verbo per Reg. Conſ. Maioranam, in cauſa inter Cianciam Caracciolam, tunc Comitiſſam Cilani, & Eligium de Marta, Actuar. Carbonus. & quod dicta læſio, & quanta eſſe debeat, remittatur arbitrio iudicis, & quid in Eccleſia? *Præſes de Franch. deciſ.* 248.

12 Item beneficia conceſſa prædictis ſint communia eorum litis conſortibus maioribus, & non priuilegiatis, *Affl. in deciſ.* 313. *& Capyc. deciſ.* 173. *& ibi add. & Thor. in compen. deciſ. in ver. reſtitutio in integrum competens*
13 *minori*. Quid eorum aduerſarijs, & quando, idem *Capyc. deciſ.* 70. *Vrſill. ad Affl. deciſ.* 89. & quod non; ſi ab eis proceſſit læſio minoris, tenet *Petr. à*
14 *Rauenna ſing.* 622. item hic eſt vidẽdùm, an poſſint illis renunciare in præiudicium dictorum aduerſariorũ, *Affl. in d. conſt. obſcuritatem, col.* 6. *num.* 78. *& ſequen. Vrſil. ad Affl. d. dec.* 89. *& de Franch. dec.* 269. *& ibi de materia.*

ADuertas ſecundò circa tempus, & ordinem illa petendi; nam quod dixi in Aula, intelligitur incõtinenti, quia poſtquam cauſa eſt relata, & factum decretum introductionis, non amplius ſunt concedenda beneficia, niſi petantur per viam reſtitutionis in integrum, *Minad. deciſ.* 15. & ſi tunc non ſunt concedenda principalibus, multo minus tertijs cõparentibus pro eorum intereſſe, & ideò in cauſa Dianæ Carafæ cum multis creditoribus, cum eſſet factũ decretum introductionis cauſæ, & ſu-

ſu-

Digitized by Google

ſuperuenit Magnifica Ioanna Lanza pro eius intereſſe,& petijt beneficiũ, fuit decretum per S.C.iunctis Aulis, referente Lanario, procedendum eſſe ad expeditionem cauſæ,petitio beneficio non obſtante, anno 1579. Actuar.tunc Roppulus, nunc de Ferrarijs,& de hoc vide *Gizz.d.dec.*21.

16 Item ſi aliquis petit beneficium vti intereſſe prætendens, ſed tamen non fuit vocatus,& appareat, nullum competere ius in iudicio, & compareat ante introductionem cauſæ, Sac. Conſil.ſeruat,non concedere, vt fuit deciſum referente D.meo colendiſſ. Reg.Conſ.Illuſt. Marchione Tauiani Iacobo de Franchis, in cauſa V. I. D. Horatij Galluppi,genitoris mei, cum illis de Sancto Antonio, Ann. 1620. pænes Actuarium Figliolam. cæterùm quando tertio comparenti concedantur, *Afflict. & ibi Adden.in dec.* 15.*Reg.Rou.pr.*16.*n.*8.*de ord.iud.*

17 Item, an aduerſus exceptionem dilatoriam poſt conclusum in cauſa ſint concede da iſta beneficia ? *de Franch.deciſ.*100.*num.*2. item an aduerſus ſuſpictionem officialium ortã ante concluſionem, vel poſt concluſionem ? idem *de Franch. deciſ.*431. Quid aduerſus dilationem finitam ad repulſandos teſtes ? *Capyc.deciſ.*63.*in medio*.

18 Item ex quo tempus ad petendũ primum beneficium eſt de iure nouiſſimo ſtatutum 30. dierum, decurrendorum à die publicationis, & ad petendum ſecũdum 30. aliorum dierum immediatè ſequentium, iuxta diſpoſitionem *Reg.pragm. editam per Illuſtr. Cardinalem Zaputam prag.vlt. de ord.Iud.ſub die* 27.*Maij* 1621. ideo poſt dicta tempora amplius horum beneficiorum petitioni locus non eſt, & practicaui iſtos 30. dies ſecũdi beneficij currere à die publicationis factæ in primo beneficio,in cauſa Ioan. Manzo cum Iſabella Manzo pænes Act.M.C.Marc.de Auerſario.Sed vide *Reg.Rouit in pragm.*16. *de ord. iud.* qui declarat à quo die currãt,& quid ſi pars impediat aliqua exceptione, & ſuccumbat.

19 ADuertas tertio circa qualitatẽ cauſarum;nam quando agitur de remedijs Capitulorum Regni, tũc non conceduntur, *Anna alleg.* 84. *in fin.*idem quando agitur de cauſa sũmarijſſima poſſeſſorij, videlicet,quis lite pendente poſſidere debeat, vt deciſum refert *Capyc.dec.*13. *quem ſequitur Molin.in cap.*13. *lib.*3. *num.*63. quid in alijs cauſis ſummarijs poſſeſſorijs? latè *Affl. in d. conſt. minorum, col.*3.*verſ.& non in iudicio*,& in cauſa reaſſumptionis inſtrumentorum, licèt ſit ſummaria, fuit deciſum in S. Conſ.cõcedendã eſſe beneficia, *Ann. alleg.*84.*num.*12.*& ſing.*255. Quid in cauſa repulſę aduerſus obiectus teſtium? *Capell. Tholoſ.deciſ.*53. *& Boer. deciſ.*245.*n.*7.*Afflict. in d. conſt.obſcuritatem.col.*4. *vbi Andr. & in c. prӕterea,de prohib.feud.alien. per Feder. ſed reliqua,vide per* Ricc.*ſuper dict.conſtit. Minorum iura coll.* 186. *& per Imbr. vbi ſupra.*

FINIS SECVNDAE PARTIS.

# PRAXIS NOVISSIMÆ S. R. CONS. NEAP. IVLII CAESARIS GALVPPI.

## PARS TERTIA.

In qua agitur de effectu Iudicij.i.ſententia,eiuſque exequutione, ac de exceptionibus,& remedijs ipſam impedientibus.

## Præludia.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudicij finis eſt ſententia.*

2 *Iudicis poteſtas debet eſſe ſale ſcientiæ, & conſcientiæ conflata, vt rectum proferat iudicium.*

3 *Iudex an teneatur præcisè iudicare ſecundum communem opinionem, vel ſufficiat ſequi particularem, ſed magis rationabilem, & æquiorem.*

4 *Gubernatores nequeunt iudicare, abſq; voto aſſeſſoris.*

5 *Aſſeſſores, & conſultores pro praua conſilio, nedum tenentur in ſyndicatu, ſed puniuntur à Deo.*

6 *Iudex quando valeat iudicare ſecundum eius arbitrium, explicatur.*

7 *Iudex debet maturè conſiderare merita cauſæ.*

8 *Iudex arguitur de negligentia, ſi dimoratur in prolatione ſententiæ.*

9 *Iudex debet proferre votum deliberatè, & ſecretè.*

10 *Regii Conſiliarii ſi ſunt in pari voto dantur adiuncti, & quid ſi concurrat votum Præſidis S.R.C.*

11 *Iudex in quo loco debeat adminiſtrare iuſtitiam; ſi ius dicendi in pluribus locis habeat, referuntur deciſiones.*

12 *Iudex quando valeat iudicium proferre in loco differentiæ.*

13 *Iudex quæ munera valeat recipere.*

14 *Litigantes, quæ conſiderare debeant, antequam litem inſtituant.*

15 *Aduocatus iuuenis laudatur, ſi ſequatur veſtigia ſenum.*

16 *Litigantes debent obſeruare conſilium, & ordinem Aduocati, & conſtituere ei ſalarium.*

17 *Salarium in Regno qualiter conſtituatur, & quando debeatur, vel non, latè diſcutitur.*

18 *Aduocati munus qualiter ſit antequã litem defendendam ſuſcipiat, & quid*

*cognita*

Digitized by Google

*cognita veritate.num.19.*

20 *Aduocatus debet habere ſal ſapientiæ propter multa bona, quæ exindè ſequuntur.*

21 *Aduocatus quomodo valeat cauillationes reÿcere.*

22 *Charitas, & grauitas in aduocatis laudatur.*

23 *Aduocatus laudatur ob Rhetoricam, & loquelam in patrocinando.*

1 ABſolutis hucuſq; actibus, ex quibus formatur iudicium, neceſſariò deſideratur finis, qui eſt ſentẽtia, vt dicunt *Bald. in l. cum & minores, ſi aduerſ. rem iudic.* vt dixi in *Præludÿs, 2 par. num.* 1. Ideò in hac Tertia, & vltima pars de ea aliqua breuiter diſcutiẽda duxi, & in primis tria eſſe aduertenda, tamquam præambula.

*Primò, reſpectu Iudicis, qui eſt iudicaturus.*

*Secundò, litigantium.*

*Tertiò, Aduocatorum.*

2 REſpectu Iudicis, vltra ea, quæ diximus in *cap.* 1. *num.* 1. *par.* 1. multa ſunt in cõſideratione deducenda, cum ſit eius honor, & dignitas ſatis affecta onere, & nullo modo ſubſtineri poſſit ſine baſe, conflato ex ſale ſcientiæ, & conſcientiæ, *Salyc. in c. niſi cum pridem, col. fin. de renut. Menoch. de arbitr. iud. caſ.* 339 *num.* 1. hinc dicitur, quod ſcientia inſipida, immò diabolica dicitur ſine conſcientia, vt dicit *Frecc. de ſubfeud. lib.* 1 *num.* 54. *pag.* 12 *poſt Barbat. in cap. quoniam*, §. *in alÿs, vt lit. non conteſt.* nam ſcientia cum bona conſcientia non ſolum dat animum iudici, vt in tribuendo, vnicuique ſuum nemini placere cupiat, nec rugitus Leonum, ideſt potentum turbetur, ſed iuſtum det iudicium, *Frecc. vbi ſupra num.* 53. & in dirimendis litibus non cantabit verſiculum, *Placebo Domino, Reg. Rouit. in pragma.* 2. *de off. Sac. Conſ.* de quo exclamat *Regens de Pont. de poteſtat. proreg. p.* 3. §. 5. *ſub num.* 10. Sed inflato Spiritu Diuino veritatem attingit, & cognoſcit, ex eo, quod amplius de diuino auxilio præſumat, quod ſe nulli criminũ implicatu iudicat, *Neuiz. in ſylu. nupt. lib.* 4. *tit. eſt nubendam, num.* 138. nam propter peccata neſcimus dubia cauſarũ diſſoluere, *Bal. in cap. quia propter, col.* 6. *de elect. Grauett. conſ.* 15. *num.* 1. nam Deus bonis viris ſolet bona conſilia ſuggere, cum ad eum orando ex toto corde recurrunt, vt latè per *Scacciam in tract. de ſenten. & re iud. gloſ.* 14. *q.* 23. *num.* 17. *verſ. prima itaque regula.* Ex his clarè deducitur, quod iudiciũ rectum meritur ex ſciẽtia, & conſcientia iudicis, & adeò copulatiuè requiritur, quod iſta ſine illa ſtare non poteſt, nam iniuſtus reputatur, qui legũ eſt ignarus, lex enim eſt vera ratio imperandi, quam qui ignorat, iniuſtus eſt, vt dicit *Luc. de Penn. in l. vniuerſos C. de ſtud. liber. lib.* 10. *& in l. omnes iudices col.* 7. *verſ. non ergo de decur. lib.* 10. dicit nil tam iniuſtius, quãdo homine imperito, cum nil aliud rectum putat, niſi quod ipſe facit; hinc è conuerſo juſtus dicitur, quod eſt æqui, & legum obſeruantiſſimus, teſte *Pontano in tit. de obedient. cap.* 2. *lib.* 1. quomodo enim poterit ignarus ius ſuũ vnicuique tribuere, ſi ignorat cuius eſſe debeat, quomodo malos punire, & demerentibus ſupplicia conferre, ſi hoc eſt legum miniſterium, vt ait *Sanctus Hieronymus, quem refert Gulielm. Bened. in repet. cap. Raynutius, verſ. mortuo teſtatore, num.* 100. *extra de teſtam.* concluditur ergo, quod iudex debet neceſſariò eſſe doctus, & legum peritus, vt concludit *gloſ. in* §. *decretales* 20. *diſtin.* alias ſuſpendi ab officio iudicatus. § *hac etſi, diſtin.* 4. quia alias nequit iudicare, *Lucas de Penna d. l. omnes iudices, col.* 7. *verſ. non ergo de decur. lib.* 10. tenetur enim ſcire particulares, & communes opiniones, vt ipſis

ſis attẽtis,valeat iudicare,vt latè per Neuiz.in d.Silua nupt.lib.5.tit. quomodo iudicand.& rationes perpendere, non autem DD.numerum, Præſ. de Franch.deciſ.30.numc. 2. colligit Ricc. collect.100. & ob particularem deciſionem recedere à regula, ſecundum Viuium in deciſ.135.& quando in vno articulo ſũt diuerſæ opiniones DD. & tenenda quæ fauet religioni,immò & ſi particularis eſt præferenda communi,vt ſi cauſa matrimonialis,tenet Felyn.in rub.de diſpenſ.num.6. quem ſequitur Gayl. conſ.94.lib.2.in fin.Inſuper tenetur ſcire ll.ſcriptas, & æquitatem,vt valeat cognoſcere,quãdo illas etiam rigoroſas attẽdere debeat,vt dicit Barto.in l.1.C.de conſtit. princ. Item perpendere exempla, & illis vti ad inſtructionem,& non totaliter iudicare ſecundum eo,quia monent, & non ſtringunt, l. nemo. C. de ſent.& interl.omn.iud.maximè ſi inſpiciatur non ritè proceſſiſſe, quia non id, quod actum eſt Romæ, ſed quod fieri debeat ſpectari debet. l.ſed & licet.ff.de offic. præſid. Hinc exemplum iudicati contra ll.factum præſumitur ex errore,Menoch.de præſumpt. lib. 1.q. 1.num.20.& hęc quidem obſeruanda ſunt, etiam à Conſiliarijs noſtri Sacr. Reg.Conſil.qui licet conſtituant tribunal ſupremum inſtar antiqui præfecti prætorij,Pugnat.in pragmat.4.de falſ. teſtib.num. 175.tamen contra ll. decidere eis eſt prohibitum,cum hoc tantum principi ſit reſeruatum, Menoch.de præſump.d.lib.1.q.1.nu.29.

Ex iſta concluſione elicitur, quod
4 licet Iudices poſſint ſtatui ad iuſtitiã adminiſtrandam etiam legum ignaris,prout cõſuetudo,vel facultas conſtituentis dictat, & iſti in Regno vocantur gubernatores,vt tradit DD.in l.certi iuris,C.de indic. & Menoch.de arbitr.iud.quæſt.23.ſub num.9.verſ.extẽditur,lib.1.nihilominus debet præcedere cum voto conſultoris, ſeu aſſeſſoris legum periti, & illud ſequi ad vnguem,Abb.in cap.cum olim,nu.5. de arbitr.alias nulliter procedunt,Lucas de Penna, in d.l.omnes indices,col.7. verſ.non ergo,de decur.lib.10. Reg. de Pont.de poteſtat.ptoreg.titu.18.de deleg. cauſ. num. 25.ideo valet ſententia ſi dicat pronũcio ſicut in tali voto mei aſſeſſoris,Alex.in l. res iudicata circa finem.ff.de re iud. modo in tali voto, ſeu conſilio adſit verbũ,abſoluimus, vel condemnamus, alias debet ſuppleri in ſententia,Peguer.in prax.Reg. Cathal.rub.14.tit.de ſentent.nu.7. hinc
5 eſt, quod dictus aſſeſſor tenetur in ſindicatu de imperito,& prauo conſilio,Doct.in l.hoc edicto.nu.8.quod quiſque iur.latè Caſſan.in conſuet.Burgund. rub.4.§.7.num.30.cum ſeq.page. 643. ſicut omnes cæteri iudices,qui ob imperitum iudicium,nedum puniri debent in hoc mundo pęnis, de quibus diſſerit Menoch.de arbitr.iud.caſ. 339. lib.2.& diximus ſupra par.1.cap.2. in materia ſyndicatus, ſed quod potius puniuntur à Deo,quẽ habebunt vultorem, vt exclamat Iacobin. in l. rem, num.7.C. de indic. hinc ſemen eorum non regnat, iuxta illud Pſal.36.Iniuſti punientur, & ſemen iſtorum peribit, iuſti autem hæreditabunt terram,&c.

6 Hinc eſt hic non incongruũ quærere,an valeat interdum iudicare ſecundum eius arbitrium? hic non incongruè quæri poteſt, & Ripa in l.filiusfamil.§.diui num.97.in fin.ff.de legat.1.dicit,quod ſic in caſu dubij, & proinde gratificationi eſſe locum pro amico, verum iſta opinio eſt periculoſa, & apud ſummiſtas, qui eorum doctrinis conſulunt animæ ſaluti, reprobata,teſte. Nauar.in cap.4.ſi quis autem,num.131.diſt.7.tom.1. Theſaur. in præfat.ſuarum deciſ.num.32. & in deciſ.96.num.13. & ſatis reprehenditur à Scaccia in d.tract.de ſenten.& re iud.glo.14.cap.23.num.10.verſ. infero primo,et in num.9.verſ.his non obſtantibus,damnat opinionem illorũ,quod aſſerunt in Iudice eſſe liberum arbitrium in iudicando in cauſis dubijs, ſed omnino debere eſſe regulatum à ll.ſal-

Digitized by Google

ll. ſaltim per ſimilitudinem, vt latè per eum cuius. opinioni adhereo, & amplio etiam ſi Iudici eſſet commiſſa cauſa derimenda ſecundum eius arbitrium, nam adhuc debet decidere ſecundum leges, vt per *Afflict. in cap. 1. num.* 26. ex quibus cauſis *feud. amitt. & Felyn. in rub. de conſtitut.* verũ iſta commiſſio operabitur, quod poterit decidere non ſeruato ordine iudiciario, ſecundum *Benint. dec. Bonon. 36. n. 6. &* 7.

7 Sed hæc generaliter dicta ſint, vt cognoſcant Iudices, quanto eius officium ſit onere affectum, nam deueniendo ad nonnulla particularia, tenetur Iudex ante prolationem ſentẽtiæ cuncta timari, & benè perpendere hinc inde per litigantes adducta, iuxta tradita in *l. iudices, C. de Iudic. Dec. conſ. 176. n. 6.* & ad indagandam facti veritatem eſſe diligentiſſimus, *Speculat. tit. de teſt. §. qualiter, verſ. deinde,* & adhuc finem ſatis proficiunt motiua, quia ex eis potius inſtruitur Iudex, & ipſa indagatur veritas, quã elicitur votum, vt aliqui falſo opinãtur, ideò non poteſt ex hoc argui de ſuſpictione, vt diximus ſupra, *tit. de ſuſpict. iud. p.* 1. immò motiua proueniunt ex intelligentia meritorum cauſæ, & proinde eſſe ab aduocatis ſatis attendenda; monet *Bald. in l. 3. ſub num. 2. ſi ex falſ. inſtrum.* debet .n. matura conſideratione merita cauſæ conſiderare, & ideò patienter audire partes, & aduocatos, *Scac. in d. tract. de ſent. & re iud. gloſ. 14. q. 23. num.* 18. vt valeat deinde deliberate ad probationem ſententiæ procedere, iuxta *tex. in l. 2. C. de ſent. ex breu. recitand.* nam alias non eſſet decidere, ſed præcipitare cauſas, & à fortuna expectare iuſtitiam, quod in iudice eſt exoſum *Menochi. de arbitr. iud. q. 19. nu. 6. & 7. lib. 2. Frecc. in tractat. de præſent. inſtr. par. 8. q. 2. num.* 41. & præcipitanter præſumitur procedi ex breuitate temporis, quo proceſſus penes Iudicem fuit productus, maximè ſi qualitas negotij, non paruam conſiderationem expoſceret, *Duen. in regul. 186. ampliat. 1. Caualcan. in tract. de tutor. & curat. n.* 128.

8 Verum ſicut de defectu notatur Iudex, quod ſic furioſè, & præcipianter procedit ita (attento alio extremo) eſt animaduerſione dignus ſi diù, vel negligentia, vel perplexitate ductus in expeditione moratur, nam non reperitur dubium, adeò difficultatis nodo implicitum, quin habeat modum recipiendi ſolutionem, ſaltim media, quadam via, qua vtrique parti conſuletur, vt dicit *Deci. conſ. 176. num. 6.* nam vtcumque ſit ſatis morari in expeditione cauſarum eſt defectus iudicis, & quod peius ſatis offenduntur partes litigantes propter multa, adeò quòd poterunt, tamquam de grauamine illato appellare *Maſtrill. in dec. Sic. 236. num. 2. vol. 3.* nam videtur contempta, eorum diligentia in procurando proceſſus compilationem freti Iudicis diligentia, & quod prius cauſæ concluſæ per actũ concluſionis, expediendæ ſunt, iuxta normam *Regia Prag. 65. de offic. Sac. Reg. Conſ.* quæ eſt omnino ſeruanda præter in cauſis pupillorum, pauperum Eccleſiæ, aliarumue priuilegiatarum perſonarum, vt in *pragmat.* 10. *eodem tit. & ibi Regens Tap. & Rouit.*

9 Item, & illud ſpecialiter adnotandum eſt, nimirum, vt ſi plures ſunt in derimendis cauſis, (vt ſunt Regij Cõſiliarij) debent eorum vota nemini manifeſtare, niſi in actu decidendi, vt per *Reg. Rouit. in prag. 8. de ſuſpict. offic.* & in votando erit primus relator, cauſæ Commiſſarius, & ſic ſeruamus in Sac. Conſ. ad *Thor. in compẽd. dec. Sac. Conſ. ver. Iudex ſenior. tom. 1.* & ſi vnus ex coniudicibus non eſſet accintus ad proferendum eius votũ, debet ſuperſederi in expeditione, iuxta adducta per *Reg. Rou. in pragm. 13. de off. Sac. Reg. Conſ.* nam non poterit dignoſci ex eius defectu quot plura erunt vota, quia pro maiori parte ipſo-

Digitized by Google

ipſorum ſententia profertur in Sacr.
10 Conſil. *Afflict. deciſ.* 1. hinc eſt, quod quando ſunt in paritate proferatur ſententia pro reo. *l. inter pares, ff. de re iud.* cuius tex. diſpoſitio ſeruatur in tribunali Reg. Cameræ, non autem in alijs, vt teſtatur *Reg. de Ponte in deciſ. all. 31. nu. 7. verſ. hæc ſunt notabilia, &c.* quod ſubdit diſpoſitionem d. tex. valere nonnullas limitationes ex *Iaſ.* ibidem, regulariter tamen in illo caſu daretur adiuncti iuxta notata in *d. l. inter pares, & colligit* Ricc. coll. 512. *par.* 3. verum teneretur iurare, vt tradit Rebuff. *in eius tract. nominationũ, quæſt.* 11. *num.* 4. ſed non ſic in noſtris curijs, nam pro adiunctis recipiuntur alij alterius aulę, vel tribunalis, & ſufficit ſemel pręſtitiſſe iuramentum, vt dicit *Borrell. in ſumm. deciſ. tit. de iuram. nu.* 418. *tom.* 1. dantur etiam adiuncti pro ſupplendo numero conſiliariorum, qui deficiunt in aula, vbi cauſa agitatur ob abſentiam, vel aliud impedimentum, vt in *pragm.* 1. *in fin. de ſuſpict. & in pragm.* 41. *§. præterea, de offic.* S.R.C. & aduerte, quod ſemper legitimè procedunt, quouſq; abſentes non comparuerint in aula, etiam quod abſiſterent in Ciuitate, *Maſtril. de magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 44. & ſic ſeruamus, teſte *Reg. Rou. deciſ.* 61. ſed iſti adiũcti dãtur à Regente M.C. ſi cauſæ vertuntur ibidem, alias Præſide S.C. vel Locumtenente Reg. Camer. iuxta diſpoſitionem *Reg. pragmat.* 28. *Capit. cap.* 1. *vſque ad* 4. *ſub tit. de offic.* S.R.C. verum ſi Præſes Sacr. Conſil. votauerit, & attento eius voto fiat paritas, tunc Proregi eſt facienda relatio de dicta cauſa, ſecus eſt in Locũtenente Reg. Cameræ, quia tunc pro reo eſt iudicandum, & rationem diuerſitatis ponit *Reg. Rouit. in pragm.* 1. *de cauſ. decidendis.* Cæterum quando Præſes S. Conſ. poſſit mandare, quod cauſæ in Sac. Conſ. expediantur, iunctis duobus, tribus, vel quatuor aulis, videnda eſt *d. pragm.* 28. verum quando ſic mandat decidi cauſam, intelligitur etiam de incidentibus, vt tractentur etiam iunctis aulis, *Præſ. de Franch. deciſ.* 252. *num.* 7. *&* 81. *de materia.* & ideo inoleuit praxis, quod ſi cauſa non eſt notabilis conſiderationis ſit prouiſio a Pręſide, quod fiat iũctis aulis, vel cum adiunctis principalis tantum præter incidentia, & quando iſti adiuncti dicuntur delegati, vel ordinarij iudices? diſcurrit *Reg. Rou. dec.* 53.

11 Inſuper adhuc monitos eſſe oportet Iudices, qui extra noſtra Tribunalia ius dicunt in Regno, vt attendant locum iudicij, vbi reſident ſubditi, vnde ſi deputati ſunt in diuerſis ciuitatibus, ſeu villis debent per vices. & tempora ius diceret in quolibet loco, vt poſt *Afflict. in conſt. Regni Magiſtri Camerarii, col.* 6. *num.* 10. *verſ. decimo quæro, latè tractat Borrell. in ſumma deciſ. tit.* 42. *de iudic. num.* 5. *& ſequent.* hinc ſi vnus iudex eſſet deſtinatus à Barone poſſidente plures terras, ſed diuerſę iuriſdictionis, attenta primordiali eorum acquiſitione, & inueſtitura; nam tunc in tantum poterit in vno ex dictis locis iudicare, in quantum ſubditi conſenſerint, vt auctoritate *Bald. deducit Auend. de exequen. mand. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. & in hoc caſu valeret deſtinatio Baronis diuerſorum locorum, vt in quolibet loco vnus aſſiſtat ſeparatim, prout in dies videmus, & ſic procederet *d. deciſ. relata à Præſid.* 166. vel quando ſic eſſet introductum ex ſolito, & conſuetudine, quia ſeruandum eſt id, quod fecerũt maiores, vt dicit *Afflict. vbi ſupra, & Præſ. d. deciſ. num.* 6. in alijs verò caſibus, videlicet, quando Baro haberet Ciuitatem cum caſalibus, vel diuerſas Terras, ſed acquiſitas vnius iuriſdictionis deſtinatione, tunc licet ſub colore remouendi cauſa diſpendia, & labores ſubditorum nequiret plures deſtinare iudices, vt fuit obſeruatum in Sac. Conſ. iunctis tribus aulis, dum Illuſt. Dux Nuceriæ paganorum volebat conſtituere Iudicem diuerſum



Digitized by Google

in caſale dicti Lipagani,& fuit deciſũ, *quod vnus Capitaneus ponatur in ciuitate Nuceriæ, & d. caſali, anno* 1581. *Act. Figliola. & idem reſpectu Ciuitatis Iſchiæ,& Caſalis Forini, eſto quod d. caſale eſſet focularioruṁ 600. & diſtaret per multa miliaria à dicta Ciuitate, anno* 1583. *Act. S. C. de Felice.* de iſtis deciſionibus, iam relatis in prima editione huius praxis Sacr. Conſ. meminit *Nouarius in quæſt. Forenſibus quæſt. 30. par.* 1. me tamen ſub ſilentio inuoluto.

12 Cæterum quando differentia non poteſt terminari niſi ex viſura loci, vt in octo caſibus tunc ſunt diuerſi termini, & partibus inſtantibus poterit etiam diffiniri negotium in eodẽ loco nedum per Iudices Regni, ſed etiam cuiuſuis Tribunalis reſidentis in Ciuitate Neapol. vt ex Sac. Conſ. Reg. Cam. & alia, iuxta diſpoſitionẽ *Reg. pragm. 3. de offic. Sac. Reg. Conſ.* & taxatur ſalarium per *Pragm. 6. de commiſ. execut. de quibus latè per Reg. Tap. in ius Regn. par. 3. tit. de acceſſ. officialium. v3.* habito reſpectu ad dictus, numerando illas ad rationem viginti milliarium per qualibet etiam ſi vltima dieta conſiſtat in vno tantum milliari, *l. 1. ff. ſi quis cautionibus*, & eſt facienda iſta numeratio, iuxta diſtantiam itineris per rectam non autem per mare de qua per *Rebuff. in l. 3. de verſ. ſign. verb. quæ dinumeratio, verſ. tertio quamdiu*, ita fieret per mare, & reſpectu maræ tremuit dietæ etiam diebus feſti viſæ ex iuſto impedimento, ita docuit *Regens Reuit. deciſ. 66. vbi de hac materia*.

13 Tandem eſt ſumma, & particulari diligentia à probis Iudicibus aduertendum, ne ſint munerum auidi, nam tam attento iure communi, quàm Regni, prohibentur recipere munera oſculenta, & opulenta, cum dictione, nihil, vt latè probat *Auendanus de exequend. mandat. parte prima cap. ſecundo ſub numero quarto verſiculo, & quod nil muneris*, & eſt diſpoſitum per *Regiam Pragmaticam. . . Ducis Albæ*, verum iſte rigor poteſt moderari attenta qualitate perſonæ, ac ipſius muneris, quia tunc verificatur dictum *Afflictum in conſtitut. Regni.* Quamplurimum ſub *num. quatrageſimoprimo verſ. in gloſa prima*, videlicet iniquum eſſe à nullo recipere, & viliſſimum à quocunque, maximè pauperibus, nam tunc procedit illud profetæ, melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas, &c.

14 Reſpectu litigãtium adhuc multa ſunt in conſideratione deducenda, & ſignanter, vt antequam litem inſtituant, & proſequantur, peritiores conſulent, & factum narrent, vt optimum conſilium habeant, & quid eis liceat ſecundum æquitatem, & deceat ſecundum honeſtatẽ, ac expediat ſecundum vtilitatem percipere valeant, *Luc. de Penna in l. ſi tempora, column. 3. circa medium, de fide inſtrumentorum, &c.* deinde eli-
15 gant Aduocatum, qui eorum cauſam patrocinetur, modo ſit laicus, nam clericus nequit in Curijs ſæcularibus poſtulari, niſi pro cauſis proprijs, & alijs declaratis per *Conſtitutionẽ Regni.* Denique clericus, de quibus latè *Regens Tapia, in dict. Ius Regni, tit. de Epiſ. & cler.* vel niſi à Summo Pontifice licentia fuerit ſibi conceſſa, & protex expreſſe diſperet ad patrocinum dum vt reperitur obſeruatum in S. C. teſte *Regens Sanfelicio deciſ. 12. per totum lib. 1.* ſi imperitus, & doctus ſit cæteris paribus, melior erit iuuenis, quia perſpicatior reputatur ex quo vidit ſcripta maiorum, *gloſ. in l. gallus, in principio, verſ. filius, ff. de lib. & poſtum.* & iuxta illud Philoſophi doctrina à iunioribus in dies perficitur, vnde, vt plurimum gloria cupidus nimia diligentia vtũtur in defenſione cauſarum, facit *tex. in l. præcipiunt, §. ædiles, ff. de ædilit.*



Digitized by Google

edict. licet interdum ob nimiam eorum propiam ſapientiæ æſtimationẽ ex vili idiotorum laude conceptam, vt dicit *Afflict. in conſtitutione Regni Aduocatus*, *numero ſeptimo* à ſenioribus decipiuntur, vt per eundem *Afflict. in conſtitut. Regni rub. de defenſ. numero decimotertio ſequitur Viſcont. in concluſ. iur. verſ. Aduocatus, col. 2. circa finem.* Cæterum facta electione, duæ ſunt potiſſimum clientulorum partes. Prima narrare facti veritatem ad vnguem, vt Aduocatus veridicè instructus per lucem veritatis, non autem vmbram,& obſcuritatem mẽdacij valeat progredi, *Specul. in titulo Aduoc. §. nunc tractemus Luc. de Penna in d. l. ſi tempora, col. fin. circa medium, Cod. de fid. inſtrumentorum.* nam cliens comparatur egroto, qui tenetur dicere veritatem medico, vt curam proportionabilem morbo adhibeat, & optimum,& peritum eligat, vt dicit *Bernard. ad Eug. de conſid. lib. 1. quem refert Camill. Borrell. in ſumm. deciſione titulo de aduoc. offic. num. 7. tom. primo.*

16 Secunda debet obſeruare dicti aduocati, circa ea, quæ faciunt ad defenſionem cauſæ, & pariter præſtare ſalarium pro laboribus, nam cliens dicitur ſeruus, ſeu debitor, ſecundum *gloſ. in l. 3. verſ. cliente. Cod. de nouat.* quaſi quod ad vtrunque teneatur, & de ſalario aduocatum in Regno diſponit conſtit. hac edictali, & habet multa priuilegia, ſignanter pro eo intelligitur hipothecata res deducta in Iudicio pro cuius defenſione, ſeu recuperatione fuit præſtitum patrocinium, etiam ſi eſſet feudum & ſic poteſt concedi in remunerationem patrocinij præſtiti, *And. in cap. 1. num. 6. de feud. guard. & Caſtald. Petr. Greg. de conceſ. feud. parte ſecunda quæſtione decima Anna ſingul. 203. & declarat Borrell. in dict. ſumma deciſ. tit. de feudorũ num. 663. cum ſequentibus & de Aduocat. num. 102. cum ſeq. tom. 1.* verum non per hoc poterit aduocatus retinere ſcripturas, & proceſſum *DD. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condit. indebiti, Capicius deciſione 11. nu. 1.*

17 Sed in dubio qualiter in Regno conſtituatur ſalarium aduocato? videnda eſt conſtitutio Regni, hac edictali. *Afflict. in cap. primo numero 46. ex ruibus cauſ. feud. amit.* dicit habendam eſſe rationem de tribus in taxatione ſalarij, primo de re: fori conſuetudine, & facundia, & latè explicat *DD. in leg. 1. §. in honore, ff. de var. & extr. cogn.* verum cauti ante procurant taxationem à clientulis propter multa, immò licet nequeant aduocati paciſci de quota litis mediante alberano, vel alia ſcriptura publica, aut priuata, vt latè per *DD. in leg. ſalarium, ff. mendat. in leg. qui aduocatum, & l. ſumptus, ff. de pœnis, Farinac. tract. de var. controu. crim. quæſtione 106. latiſsimè reaſſumit materiã Criſt. Mart. Medic. dec. 13. Reg. Rouit. in pragmat. prima de off. Aduoc. & in pragm. 21. de ord. Iudic.* nihilominus poterũt paciſci, cum litigãte, vt in fine cauſę, tàm in caſu victoriæ, quàm non, aliqua certa, & determinata ſoluatur quantitas pro patrocinio, quia erit ei permiſſum, ſicut permittitur iurecõſulto vendere conſilium, vt auctoritate *Aug. in cap. 2. licet, 11. quæſt. 3. deducit Franc. Marc. deciſ. delph. 638. num. 20.* & in ſpecie ſic affirmatiuè reſoluit *Sotus de iuſtitia, & iure, lib. 5. q. 8. 4. cum alijs allegatis per Borrell. in d. tit. de Aduoc. num. 60. to. 1. ſum. deciſ.* immò hoc ampliatur etiam ſi promiſſio non eſſet in pecunia, ſed in alia re non tamen deducta in Iuditio, *Guido Pap. deciſ. 102. ſub nu. 5. Borr. vbi ſup. num. 62.* ſed quæri oportet an debeatur d. quantitas promiſſa, ſi cauſa fuit amiſſa, & tamen euidenter appareat de iniuſtitia in hoc eſt diſtinguendũ, vt non debeatur ſi proceſſit ex culpa dolo, aut negligentia aduocati non obſtãte d. promiſſione, quia intelligitur excluſa à dolo, quia ſufficit adhibuiſſe

Digitized by Google

buiſſe ex parte ſua debitam diligentiam, vt cōſequi valeat ſalarium pro patrocinio, *l.fin.Cod.de cond.ob causā*, & tunc poterit dicere clientulo fuiſſe ſic iniuſte ſententiarum ex caſu fortuito,vt aduertit. *Siluan.in tract. de feudi recognit. quaſt.*109. *verſ.fortuito caſu,&c.*ſed an huiuſmodi promiſſiones habeant executionem paratam pro ſalario deſeruito,*Gail.pract.obſer. lib.*1.*obſ.*44.*nu.*5.*verſ. illud obiter.* reſoluit, quod non, ſed requiri cauſæ cognitionem audito cliente promittente, niſi appareat taxationem factam de ordine Iudicis. Verum an debeatur integrum ſalarium ſi moritur Aduocatus, & quando pro integro anno?reſoluit *Natta conſ.*452.*nu.* 6.*& Gaill.vbi ſup.nu.*12.*verſ. quod ad ſalaria,&c.*reliqua de ſalario,*vide infra,&c.*

18 RESpectu Aduocatorum ob multa paſſim à DD.hucuſq; ſcripta nil penè mihi ſupereſt dicendum, latè enim tractat *Speculat. & ibi Add. in tit.de Aduoc.& Caccialup.hic eodem tit.& latiſsimè congerit Borr. in ſumm. deciſ.tit.*65.*tom.*1. *Regens Tapia in Ius Reg.tit.de off.Aduoc.& Procur. & Reg. Ronit.in rub.de poſtul.& alij*, ſed quicquid ſit tum conſulendo Tyronibus, tum ſectando materiarum ordinem, breuiter aliqua adnotanda duxi. Primo,quod licèt multa concurrere debeant, vt rectè exerceatur Aduocati munus, quæ congerūt præcitati DD. & præſertim *Hippol.in in l.ſi ff. de ſicarijs*, aliqua tamen ſigillatim notanda duxi, ſignanter vt antequam cauſam defendendam ſuſcipiat Aduocatus diligenter perſcrutetur facti veritatem, cum ſuper eo tanquam baſe fundare debeat defenſionis labores, qui multi ſunt,nam dicitur laborioſū munus,teſtè *Neuiz. in Silua nupt. tit. quomodo eſt iudicandum ſub num.* 67. hinc pro ipſa indaganda, nedum debet eſſe patientes in audiendis verboſis litigantibus,ſed ſumma diligētia pluribus,& varijs interrogationibus vtendo,ſtudere, vt litigantes veritatis factum euocuant, ſicut latè edocet orator *Fabr.Quintilianus orat. inſtit.lib.*12. cuius verba tanquam notatu digna ad literam repetit *Parlador.rer.quotidian.cap.*3.*lib.*1.*ſub nu.* 24.*verſ.ſed quoniam ſubdens num.* 25. dicta Quintiliani ad crotarem, etiam ad Aduocatum referre poſſe, cum vtriuſque par ſic cauſa,& licet nil alleget,hoc expreſsè dixit *Tacitus in quodam dialogo habito cum . . . poſt*

19 *Hiſtor.Auguſt.*ſucceſſiuè cognita veritate, debet diligenter perpendere merita cauſæ,vt elicere valeat, an litigator iuſtitiam foueat,in qua re nō parum *ſcientiæ, & conſcientiæ* ſal habere oportet *ſcientiæ*, vt rectum conſilium pro clientulo ſuſcipiat, nam Aduocatus eo ipſo,quod eſt legum ignarus dicitur in lata culpa, & conſequenter non erit aliqua excuſatione dignus,quin peccet mortaliter, & tenetur ad intereſſe partis, vt ex notatis per *gl.in l.liberorum* §.*notatur,ff. de his,qui notant. infam. Bar. in l. ſi ff. de var.et extr.ordin.cogn.Bald.in rub. Cod.de pena Iudic.deducit Parlad.rer. quotid.lib.*1.*cap.*2.*num.*6.*& licet Bar. in l.quod nerua,num.*19.*ff.depoſiti*,tunc demum indiſtinctè hoc admittat,quatenus ignorantia verſatur circa ius clarum,& certum, quaſi quod in ijs, quæ aliquam ſubtilem, & difficilem intelligentiam recipiunt propter varias DD.opiniones,ſeu fallentias per ea,quæ ſubdunt *Salic. & Roma.in l. quod te mihi,ff.ſi certum petitur*, excuſari poſſe ignauiam, & procedere diſtinctionem iprisconſulti,de lata,leui, & leuiſſima culpa, vt in *l.*2.*ff. de iur. & fact.ignorant.ſequitur Parlad. vbi ſup.* ego tamen in abſtracto conſiderando ignorantiam, huic opinioni *Bart.*me ſubſcribo,at vero in contreto,& ſic in caſu,quo aduocatus ſuſcipit patrocinium cauſæ, nullatenus excuſatur, quia tenetur ſcire, quicquid ad illius defenſionem pertinet, aut clarum,aut difficile iudicetur, &



Digitized by Google

tunc poteſt dici, turpe eſſe viro cauſas ignorare *l.2.ff.de orig.iur.*·*hinc infertur*,quòd non debet ſuſcipere patrocinium etiam pro Eccleſia, ſi de iuſtitia litigantis aliquo modo dubiret, vt optimè aduertit *Menoch. de arbitr.Iud.caſu* 494. *lib.* 2. *latè Sotus de iuſt.& iur.lib.*5.*quæſt.*8. *art.* 3. & poſt eum examinat *Parlad. vbi ſup nu.*10.
20 *cum ſeq.*cæterum circa ſal.*conſcientiæ*, in hoc Aduocatos ſatis admonitos vellem, agitur.n.de anima, re quidem magni momenti proinde cunctis rebus præſeferenda, *l.ſancimus*, *Cod. de ſacroſ.Eccleſ.l. cum infirmitas de pœnit. & remiſ.* de amiſſione ſummi boni, quæ eſt cæleſtis patria, ad quam peruenire ſine bona conſcientia procul dubio nequimus, vnde habere malã conſcientiam, & ſi omnibus chriſtifidelibus exoſum, & deteſtabile videri debet Aduocatis magis conuenit, etiam propter lubricam, & caducam huius mundi gloriam, nam Aduocatus, qui recta conſcientia iuſtis duntaxat cauſis ſtudet, & iniquas execretur, certius faciliuſque ſibi, & famã, & diuitiar aſſecuturum, quam cum citra delectum Dei timore ſuoque honore poſt habito, ſordidis mercedulis, quæſtubuſque in bians omnes promiſſiuè cauſas, ſiue bonas, ſiue malas amplexetur, vt dicit *Parlad.vbi ſupra,nu.*21. & ij ſunt, qui ob peccati tenebras, quibus animæ lucem circumuentam, & obſcuratam retineut, veritatem non cernentes, cauillare delectantur, quod quidem facilè, omnibus videri poteſt, cum nil, tam in iure clarum cerni poſſit, quin capere poſſit aliquam ſubtilem dubitationẽ, *cap.omnem* 37.*diſtinct. facit tex. in l.*2. *ff.de dolo,in princ.*ideò eorum loquela adeò eſt mentitis verbis fucata, quod animum iudicauis ancipitum, & confuſum reddunt, vnde lites, vel ſiunt immortales, vel iuſtitia peruertitur, & hac de re prudens Iudex cauilloſum ſermonem Aduocatorum obtruncare debet, vt notat *gl. ſingul. in l. quiſquis. ff. de reſcind. vend.* *vide infra verſ.item modus*, ſicut à Deo obtruncatur lingua, & vt in quo delinquerunt puniantur, vt plurimum huiuſmodi aduocati moriuntur, abſque loquelæ, vt dicit *gloſa in* §. *item Surdus*, *inſt. quibus non eſt permiſſ. facere*
21 *teſtament.* verum hæc moderanda ſunt, quoties Aduocatus iuſtæ liti patrocinatur, nam tunc abſque mendacio, vel periurio, poterit etiam ſalua conſcientia aduerſarium dolo, & cauillationibus circumſcribere, *gl.in cap.cupientis*, *verſ. malignantium*, *de electione in* 6.*& in cap.dominus*,23.*q.*2. *Tiraquel.de retract.Lignag. in præfat. num.*69. *latè Couarr. lib.* 5. *var. reſol. cap.*2.& facit illud Ouidij. Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem, vt refert *Parlad.in d.cap.*3.*lib.*1.*quot. quæſt.num.*16.*& ſequ.*
22 Tandem vltra ſal ſapientiæ, & cõſcientiæ nonnulla alia debent concurrere in Aduocato, & ſignanter charitas, maximè in defendẽdis cauſis pupillorum, viduarum, aliarumq; miſerabilium perſonarum, pro quib. non tenetur recipere ſalarium, ſed gratis inſeruire, vt latè per *DD. in d. conſt.R.hac edictal. Carauit.in ritu* 19. *num.*18.*congerit Ricc.collect.* 656. *p.*1. *& Menoch.de arbitr.Iud.caſu* 494.*cent.* 4.*lib.*2. & ibi, quid pro Eccleſia? & latè de prædictis *Gaill. obſer.* 43. *&* 44.*lib.*1.*pract. obſeruat.* vbi tractat, quando aduocati, & procuratores poſſunt cogi ad ſuſcipiendum patrocinium, & defenſionem etiam inuiti, &c.Item grauitas, quæ conſiſtit in multis, cum ſit munus Aduocatorum laudabile, vt late per *Roland.à Valle*, *conſ.*36.*vol.*3.*Honded. num.*51.*vol.*1. vnde ſatis deteſtandi ſunt ij, qui ſordidis, & iniuſtis medijs procurant patrocinium, & multoties ſubſtrahũt famoſis & doctis aduocatis aduocationem, contra quos exclamat *Afflict. in conſt.diuæ iuſtitiæ, num.*5.*refert Viſcont.d. concluſ. verſ. aduocatus col.* 2.
23 *circa finem.* Item modus loquendi.

Pri-

Primò, ob breuitatem, & ſubſtantiam rerum dicendarum, nam verboſi importuni, & moleſti, ac in eorum opinione pertinaces poſſunt prohiberi à Iudice, ne coram ipſo vadant, vt ſeruaſſe *Afflict. teſtatur in cenſt. cultus, n. 5. & 11. quem refert Carauit. ritu 104, num. 6. & Viſcont. in d. concluſ. iur. ver. Aduocatus, & diximus ſupra, num.* . verum, tunc poterit etiam non ſubſtantialia allegare, quando patrocinatur coram Iudicibus, ignaris, quia eſt probabile poſſe ipſum hortari, etiã friuolis argumentis, vt auctoritate Regentis de Ponte teſtatur. *Viſcont. in d. concluſ. in fine*. Secundo modus loquendi circa vocem, quæ debet eſſe moderata, & potius ſubmiſſa, quã alta, & horrida, vt edocent *DD. in Conſt.* Regni *cultus iuſtitiæ*. Et pro coronide huius materiæ illud hic ſcire oportet, nimirum, Aduocatos eorum munus rectè obeuntes iuxta à nobis tradita, ſatis meteri in hoc mundo apud Deum, vt dicit *Iaſon. in l. prima, num. 8. ff. de iuſt. & iure, Parlad. vbi ſupr. cap. 3. num. 20. lib. 1. rer. quotid.* cum alijs per ipſum allegatis, vbi de materia.

## DE SENTENTIA.

### CAP. I.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia, & arreſtum quid ſint, & vnde dicta, & an ſit in ſcriptis ferenda. nu. 3.*

2 *Iudicium dicitur iudiciale certamen.*

4 *Iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata ſecundum ll. ſcriptas, licet ei melior videatur ratio.*

5 *Sententia diffinitiua, & interlocutoria, quid ſint, & in quo differant.*

6 *Sententiæ verba ſtricte ſunt intelligenda.*

7 *Sententia quando tacitè contineat abſolutionem.*

8 *Sententia, quando contineat ea, quæ veniunt in conſequentiam, & à contrario ſenſu.*

9 *Abſolutio mediante ſententia, quomodo intelligitur.*

10 *Sententia indiffinita, an æquipolleat vniuerſali.*

11 *Sententia ſine dictione (inſolidum) condemnando plures, quomodo intelligatur.*

12 *Sententia quomodo interpretanda, & à quo Iudice.*

13 *Iudex, quando valeat ſententiæ addere, vel corrigere.*

14 *Sententia lata pro vno, quando noceat alteri, latè diſcutitur.*

15 *Senteutia, quando pareat intereſſe, & ad quam rationem, & cuius qualitatis, latè examinatur.*

16 *Sententia continens condemnationem fructuum qualiter intelligatur.*

1 BReuiter hucuſque circa qualitatem Iudicis partium litigantiũ, & aduocatorum aliqua diſſeruimus; merito ordo dicendorum poſtulat, vt nunc de ipſa ſententia tractemus, eſt enim ſententia finis, & effectus iudicij, vt dixi in principio Præludij huius partis à ſentiendo dicta, quaſi quod iudex præferat illam, ſicut ſentit *Abb. Felyn. & cæteri in rub. de ſentẽt. & re iud.* verum debet ſentire ſenſu interiori, vt latè explicat *Scacc. titu. de ſent. & re iudic.* §. 14. *q.* 1. immò in illo actu debet eſſe incorruptus, ideò ſententia dicitur apud *Gallos areſtum* à græco vocabulo ſumptum, quod incorruptum, inuiolatumque ſignificat, quaſi quod inuiolatus, & incorruptus eſſe debeat, illius artifex, qui dicitur iudex, ſicut talem exiſtimat Princeps ipſum eligendo. *l. 1. Cod. de off. præfect. prætor. Pecchius in tract. de iur. ſiſtend.*
2 *in princ.* nam ſi ita profertur, litium, ſtrepitus, & certamina terminantur, cum nil aliud ſit iudicium, quam iudiciale certamen, *l. Aduocati*, C. *de aduoc. diuerſ. iud. l. ſi quis*, ibi, *iudicatorum ſtrepitu*, & paulo poſt, *de multis, variiſque certaminibus habitis*, C. *de inoff. teſtam.*

Digitized by Google

ſtam. *Afflict.deciſ.265.num.4.* & iuſtæ quærelæ non relinquitur locus, quando quod ſuū eſt, alicui tribuatur mediāte ſententia, per quam dominium ſtatim transfertur, & de meo fit tuum *Bar.in l.ſed ſi.§.item quæri poteſt. ff. de reb.eor.quod ſub tut.tit.2. cum aliis plenè adductis per Felyn.in cap. cum venerabilis, num. 28. cum ſequen. de except.* inſuper aduerte, quod ſententia de-
3 bet in ſcriptis redditi. *l.1.C.de ſent.ex per.recit.* & ſubſcribi a Iudice proferentis, *Præſ.deciſ.285.nu.2.Mōtor.dec.12.num.28.Polid.Ripa obſer.352.nu.1.& 2.* deinde ipſo pro tribunali ſedenti legi, & promulgari. *§.ſedebunt, anth. de iudicib.Io.Baptiſta Aſinius in ſua praxi iudic.§.3.c.20.num. 5. alias eſſet nulliter prolata. Vant. de null. tit. de null.ex defectu proceſ.num.84.* & de iſto actu facit fidem actuarius cauſæ aſſerendo in fine, lectam, latam die, &c. cuius ſubſcriptio teſtimonium appellatur, ſecundum *Affl.dec.346.n.24.* & ſine illius ſubſcriptione adhuc nulla erit ſententia, quia caret forma ex qua recipit eſſe, *Reg.de Ponte conſ.60. nu. 24. cum aliis allegatis per Amendol. in addit.ad Præſ.dec.185.in fine. Anna in ſingul.473.Ripa vbi ſupra,* & ſic indies obſeruamus in noſtris tribunalibus. Sed hic quæri poteſt an ſentētia lata ad relationē alicuius iudicis M.C. vel Reg. Cōſiliarij, ſi forſitan nō reperiatur firmata, nec lecta, vt ſupra forſitan morte præuētus priuatus, vel feciſſet tranſitū in aliā aulā, an valeat ſucceſſor in eadem dignitate, & loco illam firmare, & promulgare? certè quod non, licet quod reperiatur extenſa, vel cum voto in proceſſu manu prædeceſſoris ſcripto, ſed vt probat *Præſ.de Franch.deciſ. 185.num.1.* de eo nulla debet haberi ratio, *Camill. Med.conſ.55.num.56.Paris de ſindicatu ver.conſilium, ſub num.1.Caball. reſol.crimin.caſu 133. num.3.4. & 6.* & eſt lacerandum *Reg.Rouit. in prag. 7. num.1.de ſuſpic.offic.* & hæc tanto magis procedunt, ſi d. Iudex protulit d. ſententiam, & fecit votum, in fine eius officij, tempore quo erat de proximo diſceſſurus, quia præſumitur facta ſine cauſæ cognitione, & potius vt complaceat parti, *Gratianus deciſ. March.* 144. cum alijs ad hæc plenè adductis per *Thorum in voto deciſio. vot.1.num.41.& vot.59.num.* 11. vbi etiam de prædictis, &c. debet ergo de nouo recognoſci, de meritis, & partibus auditis ſententiare, ad *Bart.in l. mortuo Iudice.ff.de iudic. Bald.in l.edictum, ff. eodem. &c.* verum vt breuiter hanc materiam, vltra latè tradita per DD. expendamus ſunt examinanda.

*Primò, Iudex qualiter debeat iudicare.*

*Secundò, ſententia quotuplex ſit.*

*Tertiò, an & quando poſſit interpretari, alterari, & reuocari.*

*Quartò, lata pro vno, quando prodeſt vel obeſt alteri.*

*Quintò, qui ſunt ſententiæ effectus circa intereſſe, & fructus.*

4 AD primum, quod attinet Iudex debet iudicare ſecundum probata, & deducta, quamuis aliter ei de veritate innoteſcat, vt poſt *glo.in l.illicitas, §.veritas, & ibi Bart. ff. de offic. Præſid.Cyn.in l.1.ſub num.3. C. in qua deſunt Aduoc.latè tractat Scacc. de sēt. & re iud.glo.14.q.8.num.4.* immò ſuper deductis, & probatis debet applicare leges, & ſecundum illas iudicare, licet videantur ipſi non eſſe rationi conſonas, iniuriam enim facit legibus, qui vult videri melior ipſis, vt dicit *Bald.in l.2.num.15.C.de ſent.in periculo recitand.& in l.1.nu. 19 .verſ. item allegatio.C.ſi plures vnic. ſenten. Couar.var.reſolut.cap.1.num.3.verſ ex oppoſito, lib.1.cum alijs allega.per Scacc. loco citato,* ſed de arbitrio ſecundum quod valeat iudicare dixi aliqua in *Prælud.huius 3.part.* & diffusè diſſerit doctiſs. *Pater Ioan.Iuuenis ex Societate Ieſu in eius tractatu. de proximo imprimendo,* qui tam copiosè hanc materiam

teriam

Digitized by Google

teriam explicandam ſuſcepit, quod nil additioni locum reliquit.

5 AD ſecundum, quod attinet ſententia, licet ſit in multiplici vocitatione, vt latè per *DD. in rub. de ſent. & re iud.* frequentiori tamen calculo tripliciter dici poteſt, diffinitiua, ſeu habens eius vim, & interlocutoria, *Specul. in tit. de ſentent. Rebuff. ad Gall. conſtit. tit. de ſent. execut. in præfation. num. 3. tit. 1. Marant. in eius ſpecu. tit. de ſent. Scacc. in tract. de ſenten. & re iud. §. 14. q. 3.* Diffinitiua dicitur, quando finem penitus controuerſiæ imponit; *gloſ. in clem. vnica de ſequeſt. poſſ. & fructu.* & ideo debet continere condemnationem, vel abſolutionem, vt ſint certi litigantes de eorum iuribus *l. 1. ff. de re iud. Marant. in eius ſpec. tit. de ſent. Felyn. in rub. de re iud.* Alia ſententia habens vim diffinitiuæ dicitur, quando ex ea terminatur lis, ſed non adeò ſtrictè, quin remaneat litiganti aliquid agendum, iuxta exempla relata per *Marant. in d. tit. de ſent. & per Ricc. collect. 537. par. 3. & quatuordecim adducit Thom. Triuiſ. deciſ. Venet. 13. & 14.* Interlocutoria dicitur, quando ex ea terminatur aliquod incidens, vel emergens in controuerſia, *glo. in dict. clem. vnica*, exempla adducunt præcitati DD. & maximè *Scacc. in d. trac. de ſent. & re iud. gloſ. 14. q. 3. per totum*, ſed ante eum, quando dicatur emergens, incidens, vel dependens quæſtio, explicauit *Menoch. de arbitr. iudi. quæſt. 45. lib. 1.* ſed illud hic pro Tironibus, quæri poteſt, nimirum ſententia in quo differat à decreto, & reſoluit *Thom. Couarr. in prohem. decret. ſub num. 663. inter repet. tom. 1.* nimirum propriè loquendo ſententiam ſe habere tanquam genus, ſub cuius nomine venire decretum, & non è conuerſo, verum in iure hæc nomina confunduntur, & vnum accipitur pro alio, vt teſtatur *Simoncell. in tract. de decret. in præfat. num. 3. & 29. tom. 6. par. 1. quem ſequitur Scacc. in d. tract. de ſent. & re iud. glo. 1. q. 2. nu. 30.*

6 AD tertium, ſententiæ verba debent ſtrictè intelligi, & non vltra eorum ſonum, & ſignificatum. *l. 1. C. ſi plur. vn. ſent. Abb. in cap. dilecti, de verb. ſignif. Grau. conſ. 188. num. 6. & de antiqu. temp. 4. par. prin. num. 64. Camerar. in cap. imperialem, fol. 47. tit. V. de prohib. feud. alien. per Federic. in vſibus feud.* & adeò verum hoc reputauit *Bart.* quod nec poterit recipere interpretationem ex verbis libelli, niſi ad illam ſit relata, *Bart. in d. l. 1. C. ſi plur. vnic. ſent.* Attamen iſta regula recipit ſententia declarationem, a primo quoties lex fouet, & admittit interpretationem, quod in pluribus caſibus eſſe contingit, vt explicant *DD. in l. ab executore appel. & latè per Feli. in cap. qualiter. col. 5. nu. 23. verſ. ſecundus principalis de accuſat.* & in omni caſu de libelli verbis eſt habenda ratio, vt poſſit elici id quod iuſtum, eſt deductum, *Bar. in l. hac. §. ſi prætor. ff. de*
7 *ſuſp. tutor.* & ex his multa poſſunt adaptare exempla, ſignanter, vt contineat abſolutionem, reſpectu eorum, quæ ſunt deducta in iuditio, ſed non explicata in condemnatione, dummodo de eis ſit facta diſcuſſio, & habita cognitio, iuxta *opin. gloſ. in l. ſi plures 28. ff. de fideiuſſ. ſequitur Barto. ibidem, & Caſtrenſ. num. 2. Magon. deciſ. Florent. 9. num. 19. Surd. conſ. 467. Bald. l. 1. poſt num. 3. C. ſi aduerſus rem iudic. Mart. Medic. deciſ. Senenſ. 49. per totum qui ſub num. 5. verſic. & hæc concluſio,* aduertit, quod iſta concluſio eſt fundata ſuper dicta cognitione, & diſcuſſione, & non in ſimplici argumento a contrario ſenſu, quia illo attento non eſſet tuta opinio, cum non vendicet ſibi locum in ſententia iniqua, & id quod eſt omiſſum pro tali habetur, vt aduertit *Bart. in l. 4. num. 1. C. de poſit. & in l. 1. nu. 1. C. ſi aduerſ. rem iud. Crauet. conſ. 320. cum eius per Mart. in d. deciſ. Senenſ. num. 3.* & quamuis *Euerard.* in eius centuria in argumento loco à contrario ſenſu. num. 4. concludat contrarium per *tex. in l. pomponius. §. ſed*

Digitized by Google

§.*ſed is, quod, ff. de procurat. & in l. inter me, & te, ff. de except. rei iud.* confunditur eius opinio ex dictis per *Decium in l. quacunque. ff. de off. eius*, dicens dicta iura non loqui de contrario ſenſu, ſed de eo, quod venit in conſequentiam neceſſariam ad ſententiā, quod quidem non intellectiuè, ſed incluſiuè venit, vt probat *Aymon. in conſ. 76. ſub num. 4. verſ. etiam in ſententia*, nec tūc operatur declaratio iudicis, quia non bene diceret eius intentionem fuiſſe includere contrarium ſenſum, cum eius intentio talis præſumatur, qualis eſſe debet. *Bal. in l. 1. C. de neg. geſt.* & ita ſæpiſſimè vidi obſeruari apud peritos iudices, ſecus verò eſſet, quando incluſiuè venit cōdemnatio, puta ſi debitor egiſſet in S. C. contra creditorem ſuper reſciſſione contractus, & ſequeretur ſentētia, per quam abſolueretur conuentus, tunc intelligeretur etiam ex illa incluſiuè condemnatus debitor ad ſoluendum, & hoc probant plura iura, videlicet *tex. in l. ſi quis rem ff. de re iud. l. pomponius §. ſed & ſi is. ff. de procurat.* & ſic obſeruatum refert *Reg. Rou. deciſ. 60.* & *ad tex. in l. ſi iudex circumuento. ff. de minorib.* reſpondit procedere de iure ſpeciali in fauorem minoris. reliqua huc pertinentia latè tractat *Scaccia in d. tract. de ſent. & re iud. glo. 14. q. 3. nu. 8. cum plur. ſeq.*

9 Item abſolutus per ſententiam ſimpliciter intelligitur à peritis in libello, non autem ab obſeruatione iudicij, *Couarr. var. reſol. cap. 1. n. 8. verſ. quarto conſtat. lib. 1. & late Scac. in dict. tract. de ſent. & re iud. §. 14. q. 7. num. 146. & 147.* ſed in hoc differt a ſententia abſolutoria ſimpliciter in criminalibus, quia tunc intelligitur tantum ab obſeruatione iudicij, & ſic nouis ſuperuenientibus inditijs, *Scaccia ibid. nu. 150. 151. & 152.*

10 Item an ſententia indiffinitè prolata, cum condemnetur Titius ad petita per Caium, tūc æquipolleat vniuerſali, ita vt intelligatur ad omnia petita? quod ſic, vide *Loffred. conſ. 30 num. 6. Couarr. var. reſolut. lib. 5. cap. 9* vbi de alijs.

11 Item ſi proferatur in actione perſonali ſimpliciter condemnando plures abſque ly inſolidum, an intelligatur pro rata? *DD. in l. prima, præſertim Paul. Caſtr. C. ſi plur. vnà ſentent.* concludit, quod ſic, etiam quod in contractu cuius occaſione ſententia prolata ſit, appareat de obligatione inſolidum, ſequitur *Surd. conſ. 150. nu. 35. lib. 1. Gomezius var. reſolut. tom. 2. c. 10. ſub num. 3. Scacc. in d. tract. de ſent. gloſ. 14. q. 22. nu. 1. concluſ. ſequen. Gizzar. deciſ. 12. num. 2. verſ. 2. dicebat, Giurba deciſ. 46. poſt Afflict. deciſ. 215.* ſecus in re indiuidua, & hypothecaria, *Peguera reg. Catal. tit. de exequ. ſent. rub. 29. num. 14.* & de materia colligit *Ricc. collect. 246.* & hoc tanto fortius in hæredibus conuentis in actione perſonali pro debito defuncti; nam tunc intelligitur ſententia condemnatoria ſimpliciter lata pro rata, quia ſic lex interpretatur eorum obligationem, *Iaſ. in l. 2. §. ſtipulationum, §. ex his num. 6. ff. de verb. oblig. Surd. deciſ. 224. num. 2. Scacc. in tract. de ſent. gloſ. 14. q. 22. nu. 1. verſ. confirmantur.*

12 Cæterum de modo, quo debeat fieri interpretatio remanet hic ſciendum nam debeat fieri parte citata, de cuius intereſſe agitur *Barto. in l. ab executione. ff. de appell. Vrſill. ad Affl. deciſ. 215. num. 3.* & ab eodem iudice, qui iudicauit, *Bart. vbi ſupr. Felyn. in cap. qualiter. & quando, col. 16. verſ. ſed aduerte de accuſat. Marant. in eius ſpecul. par. 4. an ſit Iud. ord. vel deleg. num. 64. Loffred. deciſ. 13.* Verum iſta interpretatio poteſt fieri, etiam poſt appellationem interpoſitam, dummodo teneat ad ſimplicem declarationem ſententiæ, puta, circa taxationem expenſarum, *Guid. Pap. ſing. 349.* ſed quod in arbitris, an valeat totam ſententiam interpretari? *Felyn. in d. cap. qualiter, & quando, num. 28. verſ. tertio nota, col. 14.* tenet quod ſic, & quamuis addentes

Digitized by Google

tes ad *Felyn.* aſſerant hoc verũ, ſi incontinenti fiat. *Euerar. tamen in centur. argum. in loco à ſimil. 10. ſub lit. A.* innuit contrarium, verum hodie ad remouẽdas ambages apponitur clauſula in compromiſſis, quod arbitri valeant interpretari laudum quoties opus fuerit, & ſic de ſtylo obſeruatũ.

13 Vltimò hic incongruum non eſt quærere, an iudex poſſit eius ſententiæ iam publicatæ addere? & concluditur, quod ſic quoad acceſſoria, per *tex. in l. Paulus. ff. de re iud. & ibi vide Alex. an ſic in delegato.* Item, an poſſit iudex ſententiam corrigere, & quando, vide *DD. in l. actorum, & in l. Iudex ff. eodem.* & quod delegatus poſſit etiam ſententiam corrigere, quando verſatur emendatio circa ineptitudinem, tenet *Alex. per illum tex. in dict. l. actorum, circa medium.* Quid in arbitris, an poſſint corrigere laudum, ſi in proferendo errarunt, quod non, eſt *tex. in l. qui arbiter, & ibi vide notata per DD. ff. de recep. arb.* ſed de iſta materia corrigendi, & quando iudex ordinarius, vel delegatus poſſit reuocare eius ſententiam, latiſſimè vide per *Felin. d. cap. qualiter, & quando, de accuſat.*

14 AD quartum, principaliter notó, quòd ſententia, interdum, lata pro vno, prodeſt alteri, & hoc poteſt dignoſci, cognito contrario, ideſt, quando lata contra, etiam eidem noceat, *arg. tex. in* §. 1. *inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Et hinc eſt, quòd ex quo ſententia, lata contra dominũ directum, nocet vtili, vt dicitur *Affl. dec. 396. num. 4.* conſequens eſt, quòd, quando eſt lata pro d. domino, etiam proſit vtili, vt dicit *Aym. in conſ. 206. col. 1. verſ. hoc ita præmiſſo, & ſic in ſimilib.* Verum regula eſt in *tit. res inter alios acta, &c.* quod ſententia, lata contra vnum, non debet nocere alteri, nõ citato, quam regulam exornat *DD. citati à Præſide de Franch. in deciſ. 524.* cum quibus, & ipſum adſcribas, quia multa affert in *d. deciſ.* & latiſſimè de materia vide per DD. & præſertim *Bal. in l. ſi quis ſeparatim, §. quod eſt reſcriptum, ff. de appell. & in l. ſæpè, vbi Alex. ff. de re iud. Angel. in l. ſi ſuperluſorio. n. 2. ff. de appell. Couarr. pract. quæſt. cap. 15.* Sed quid in ſententia, lata cõtra hæredem, an noceat fideicommiſſario? vel lata contra vnum ex fideicommiſſarijs, noceat etiam alijs; *Marian. Soc. iun. conſ. 181. num. 92. cum ſequ. vol. 2. & latiſsimè Ripa in l. filius famil. §. diui, à num. 60. de leg. 1. & Rol. à Valle conſ. 92. volu. 4.* & poſt omnes reaſſumit materiam *Peregr. de fideicom. art. 53. num. 39. verſ. ſupereſt, fol. 524.* & an noceat ſubſtitutis, & quando ſententia, lata cum poſſeſſore maioratus, noceat ſequentibus ſucceſſoribus, non citatis, latè *Molin. de primogen. cap. 8. lib. 4. & Pinell. de bon. mater. l. 1. par. 3. num. 48. fol. 115. & benè hoc declarat Camill. Borrell. in ſumm. deciſ. tit. 34. de feud. num. 654. cum plur. ſequ.* Quid in ſententia, lata, ſuper feudo ex pacto, an noceat ſucceſſori? *Anna ſing. 474.* de quo, & quid in feudo hæreditario? *Frecc. de ſubfeud. lib. 3. nona differentia, fol. mihi 259.* Quid in ſententia, lata contra vaſſallum, an noceat domino? vide *Iſern. in cap. ſi vaſſallus de feudo ſub num. 5. ſi de feud. defunct. cont. fuer. Capyc. deciſ. 20. & latiſſime idem Capyc. in inueſt. verſ. feudorũ lites, fol. 264.* Quid in ſententia, lata contra principalem, an noceat fideiuſſori contractus? vide *Dec. in conſ. 400. num. 10. Aret. conſ. 78.* vel fideiuſſori de iudicatum ſoluendo? *Præſ. de Franch. deciſ. 400. num. 1.* Quid in ſententia, lata pro, vel contra vnum ex fratribus in re, quæ omnibus conuenit, puta, circa nobilitatem? latè *Aym. conſ. 206. num. 7. Præſ. de Franch. deciſ. 123. num. 29. Paſcal. de virib. patr. poteſt. c. 2. par. 4. n. 7. & ſeq.*

14 AD quintum principaliter noto, quod ſententia inter alios effectus parit intereſſe, adeò quòd, ſi ea condemnetur aliquis ſimpliciter ad centum, à die latæ ſententiæ pro



Digitized by Google

tempore, quo reus eſt in mora debētur vſuræ, vt *tot. tit. C. de vſur. rei iud.* Conditione tamen ex lege, vel actione iudicati, vt dicit *Specul. in tit. de exec. ſentent. §. breuiter. col. 1. quem ſequitur Præſ. de Franch. deciſ. 21. nu. 4.* & ad quam rationem debeatur hoc intereſſe, *Præſ. ibi ſub nu. 6.* dicit, quòd Sac. Conſ. circumſcripta vſura contēptioſa, procedit ad liquidationem, vel iuxta damnum, quod actores patiuntur, vel iuxta lucrum ceſſans, ſed de probatione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, vide benè *Menoch. de arbitr. iud. caſu 119. lib. 2. & latè Ricc. coll. 812. par. 4.* Et de materia intereſſe benè *pract. Papienſ. in libell. in act. reali, verſ. & in florenis decem.*

Sed circa huiuſmodi intereſſe rei iudicatæ tria principaliter notanda ſunt in praxi. Primò, an ſi creditor recipiat ſortē principalem, contentam in ſententia ſine proteſtatione, ſibi præiudicet in intereſſe? & quòd non, quia debetur iure actionis, dicit *Præſ. vbi ſupra num. 5. & latè Muta. in dec. Sic. 5. Rot. gen. in deciſ. 61.* de quo, & alijs ad hanc materiam, *Paſc. de virib. patr. poteſt. cap. 8. par. 1. num. 240. & ſeq.* ſecus verò eſſet reſpectu intereſſe prætenſi ante ſententiam, & non petiti, quia ad illud per ſententiam ſimpliciter latam ſuper ſorte principali tantum cenſetur abſolutus reus, *Gumma. deciſ. Luc. 191.*

Secundo, an intereſſe intereſſe debeatur? & quod non ſeruat Sac. Conſ. vt dicit *Minad. in deciſ. 17.* & ita abſque dubio, & indifferenter ſeruatur in praxi, licèt appellatione intereſſe veniant fructus, & fructus fructuum debeatur, vt dicit *Præſ. de Franch. deciſ. 254. n. 13. & 14. cumulat Thor. in cōpen. deciſ. verſ. intereſſe, an debeatur ex intereſſe.* & quid ſi ſors principalis eſſet de tertijs, an debeatur intereſſe? benè *Ann. refert. deciſiones Sac. Conſ. in ſing. 261. & idem Thor. vbi ſupra, verſ. ſeq.* intereſſe tertiarum dotis, & ibi ad quam rationem.

Tertiū notabile eſt, quod tunc demum dictum intereſſe parit ſententia, quādo continet quantitatem certam, puta, centum, nam ſi incertum, puta, quātitates liquidandas, tunc non debetur, ad *tex. in l. magnā. C. de contr. ſtipul. cum ibi not.* & ratio eſt, quia intereſſe debetur ex mora debitoris condēnati, & non ſoluentis. *l. Kalendis. ff. de re iud. cap. mora, vbi Dynus de reg. iur. in 6.* & in illiquidis nō contrahitur mora. *Bar. in l. non poteſt. ff. de reg. iur. Bald. in l. acceptam 6. oppoſ. C. de vſu.* & licèt partita illiquida ſit deducta à calculatore in calculo, facto de ordine Iudicis, non per hoc eſt liquidata, & conſequenter apta producere dictum intereſſe. *l. 2. C. de iur. fiſci lib. 10. vbi Bar.* niſi ſequatur decretum Iudicis, declarantis illam deberi iuxta calculum, & tunc ab illo die debetur intereſſe, *Bar. in l. proinde. §. fin. ff. ad l. Aquiliam, & benè Rebuff. ad Gall. conſt. tit. de lit. oblig. num. 8. lib. 2. & ita in praxi ſeruari teſtatur Afflict. & ibi Vrſill. in dec. 205. & fuit ſolemniter deciſum in Sacr. Conſ. pro V. I. D. Horatio Galluppi, meo genitore, cum illis de Sancto Antonio, referēte Illuſtr. Marchione Tauiani, D. Iacobo de Franchis, domino meo colendiſſimo, patrocinante Ioanne Camillo Cacacio, Aduocato inter primarios integerrimo, & magiſtro meo, nunc Fiſci patrono meritiſs. meo, anno 1620. vt in proceſſu penes Figliolam fol. ..* & prædicta confirmātur, nam eo ipſo, quod quis incurrit in morā, ipſo iure, vt in caſibus, notatis per *Menoch. de arb. iud. caſu 220. lib. 1. num. 8. & ſeq.* tunc illa mora non operatur hunc effectum producendi intereſſe, niſi adhuc ſequatur ſētentia declaratoria Iudicis, vt benè idē *Menoch. vbi ſupr. num. 6. & 7.* & ideò deducitur ex his, quod ſub incerto remanet calculatio, quouſque ſequatur decretum Iudicis. Hinc eſt, quod, quando eſt factus calculus, poteſt peti reuiſio, & debet concedi, & ſi tertio loco petatur, committitur Primario, vt in dies ſeruatur. Sed difficultas

Digitized by Google

cultas eſt, ſi omnes calculatores diſſentiant, puta, ſi quis dicat deberi decem, alius quindecim, & tertius viginti, quid debeat facere Iudex? *Salyc. in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecun. nupt.* dixit, quòd, omnibus ſummis, in unum coaceruatis, fit æſtimatio in tertia parte totius ſummę, & ita multoties vidi ſeruari apud peritos, licèt *Petr. Girard. in ſing.* 25. reliquiſſet doctrinam *Sulyc.* cogitandam, & ſic etiam additio ad *Caſſan. in conſuet. Burgun. rubr.* 1. §. 6. *titu. de iuſtices, fol.* 280. *ſub num.* 5. & ibi vide de materia æſtimationis faciendæ pro damno lato in frumento, & herba, ſed hoc reputauit ſingulare per *tex. celebre in l. cum fundum,* §. *ſi autem in ver. ita vt omnes ſummas. ff. mandat.* in tribus arbitris proferentibus ſententiam diuerſam in quantitate, vt debeat fieri coaceruatio, *Ant. Corſet. in ſing.* 17.

16 Illud tamen his affine huc ſcire pertinet pro coronide huius materię, quod de iure communi, quando profertur ſententia, & in ea omittitur cōdemnatio expenſarum, tunc iudex nō poteſt amplius ſuper eas procedere, quia functus eſt officio ſuo, *l. terminato. ff. de fruct. & litis expenſ. verum de iure Regni per pragm. incip. temeritatem ſub titu. de expenſ. reſeruat.* debet expreſsè condemnari, vel abſolui reum circa expenſas, & non debet fieri reſeruatio, & ſi fuerit omiſſa, tunc poteſt principaliter peti, vt aduertit ibi gloſ. verum quando ſententia continet condemnationem ſortis principalis, & acceſſorij, videlicet fructuum, tunc fructus dicuntur, deductis expenſis erogatis pro ipſorum receptione, ideo ante omnia debet fieri expenſarum deductio, ad *l. fructus. ff. ſolu. matrim. & l. fundus qui, in princ. ff. fam. erciſc. & l. quod in fructibus. ff. de vſur. cum concor.* Sed an intelligatur condemnatio reſpectu fructuum perceptorum vel etiam de illis, qui percipi potuiſſent, benè *Boer. deciſ.* 268. & *Pręſes de Franch. deciſ.* 687. & ibi docet, qualiter formanda ſit ſententia circa fructus, & fructuum perceptio qualiter probetur? *Benint. deciſ. Bonon.* 64. & qualiter ſit fructuum liquidatio? *Ludouicus in deciſ. Peruſ.* 87. & quæ veniant appellatione fructuum, dixi ſupra, *tit. de libell. oblat.* & an debeantur etiam fructus fructuū, examinat *Rui. in conſ.* 55. *volum.* 2. & an reſpectu fructuum, qui percipiuntur? poſt ſententiam extendatur ſententiā quaſi propriam in vim executoris, vel acquiratur noua condemnatio, *Reg. de Ponte dec. Coll.* 32. *nu.* 3. *cum ſeq.* dicit requiri nouam condemnationem, & de alijs ad materiam fructuū latiſſimè *Pract. Papienſ. cum ibi add. in form. lib. in reali, verſ. ſimul cum fructibus.*

Item ſententia continet interdum condemnationem alterius acceſſorij, videlicet, expenſarum, & tunc eſt ſimiliter aduertendum, qualiter taxentur, & hoc eſt expeditum in Regno, nam adeſt pandecta, & iuxta ipſam fieri debet, vt in *pragm.* 24. & *ſeq. de offi. Sac. Reg. Conſ.* & in quibus caſibus debeantur expenſæ, & de eius materia *DD. in l. properandum,* §. *ſiue autem. C. de iudic. Borgnin. Caualc. deciſ.* 15. *latiſſimè congerit Reg. Tap. in l. Ius Regn. tit. de expenſ. lib.* 3. & *Ricc. ſuper dict. tex. in coll.* 116. *par.* 1. Sed illud in praxi nota, quòd quando fit condemnatio expenſarum, ſolet poni in fine ſententiæ illa clauſula, videlicet, *Victum victori condemnando in expenſis, &c.* quæ non operatur, quando reus eſſet condemnandus ad nonaginta quinque, & abſoluendus à quinque: nam vterque eſſet victus, & victor. *Bart. in l. ſi legatario. §. fin. ff. de fideicom.* ideò tunc melius eſſet dicēdum, victos victoribus, vt aduertit *Mattheſil. in ſing.* 3. licèt de hoc etiam dubitaſſet, vnde conſulas *Iacobinum in l. properandum. C. de iudic.* & ibi de materia. Verùm hodie Sac. Conſ. vbi indifferēter partes abſoluuntur ab expenſis, cum illa clauſula, *neutram partem in expenſis, &c.* ceſſat in hoc omnis difficultas.



Digitized by Google

## DE EXECVTIONE ſententiæ.

## CAP. II.

### SVMMARIVM.

1 *Sententia Sac. Conſ. vel alicuius iudicis delegati de eius gremio paratam habet executionem.*

2 *Executio ſi ſemel in aliqua re fiat, non poteſt iterum exequi eadem re penes poſſeſſorem condemnatum reuertente.*

3 *Brachium Iudicis loci implorare tenetur, volens alterius Iudicis exequi ibi ſententiam.*

4 *Sententia extra Regnum lata, cum petitur in Regno exequi, an tunc abſque cauſa cognitione debeat brachium præſtari.*

5 *Sententia ſuper rebus non hypothecatis eſt nulla.*

6 *Bona mobilia non adeſſe ex relatione nuncii miſsi ad exequendum, probatur.*

7 *Nomina debitorum tertio loco exequi poſſe quomodo intelligatur, & nu.8.*

9 *Feudalia bona qualiter exequuntur, num.15. Et quid hodie ſeruetur in praxi. nu.16.*

10 *Fructus feudi ex pacto, & prouidentia exequi minimè poſſunt, etiam ſi hæres inuentarium non conficiat.*

11 *Feudi venditio, ſi fructus non ſufficiant, abſque aſſenſu fieri poteſt. Quid in praxi ſeruetur, cum deeſt aſſenſus. n.12. & an Rex teneatur aſſentire. nu.13.*

14 *Hæredes plures, quando in ſubſidium exequutionem patiantur.*

17 *Res empta ex pretio feudi, an ſit feudalis.*

18 *Creditor habens aſſenſum legis, puta, ex cauſa dotis, vel antefati, quando habeat poteſtatem exequēdi feudum. Quid in habente aſſenſum hominis? num.19. 20. & 21.*

22 *Sententia lata contra defunctum non exequitur aduerſus hæredem minime citatum, vel ſummariè auditum, vbi de praxi. Limitatio. n.23.*

24 *Hæres in feudalibus ſolus tenetur ad feudi æſtimationem, retenta tamen legitima, quamuis alter hæres ſit in Burgenſatici s condemnatus.*

25 *Feuda hæreditaria veniunt in æſtimatione pro legatis debitis ab hærede, etiam ſi perueniſſent contra, vel præter defuncti voluntatem.*

26 *Sententia contra defunctum lata ab inteſtato, & ſine filijs decedentem, qualiter exequatur in eos, qui virtute conſuetudinis* ſi quis, vel ſi qua, *tanquam proximiores ſucceſſerunt.*

27 *Res empta ex venditione rei antiquæ non ſortitur eandem naturam. Limitatur nu.28.*

29 *Sententia contra vxorem in perſonali actione, an aduerſus virum ſuper bonis dotalibus exequi poſſit. n.30.*

31 *Sententia contra filium prolata, an poſſit ſuper peculio à patre poſſeſſio exequi? diſtinctio ponitur; quid in principali contra fideiuſſorem. nu.32. vbi multa circa caſus ſimiles.*

33 *Tertius opponens executum in bonis alienis, impedit venditionem, & quomodo probetur, rem fuiſſe in ſuis bonis. nu. 34. vbi etiam nonnulla ad materiam poſſeſſionis.*

35 *Subhaſtatio fit iuxta ſtylum, & conſuetudinem locorum, item plus offerre, quomodo conſideretur. nu.36.*

37 *Subhaſtatio an iuſtum rei pretium probet, & quouſque fieri poſſit. n.38.*

39 *Licitator primus, qui vt fieri ſolet, certum tempus ſtatuit in eius obligatione, an liberetur, ſi alter infra idem tempus maiorem obtulit quantitatem, & acceptata ſit oblatio.*

40 *Offerens nō repellitur ab emendo, quāuis inimicitiæ cum Domino rei euidenter opponantur.*

41 *Subhaſtatione facta emptore non reperto, vel non iuſto pretio, tunc res inſolutū creditori datur.*

42 *Hæres cum beneficio inuentarij opulentam habens hæreditatem; an poſſit inſolutum creditori aſſignare rem, quæ iuſto pretio vendi non reperitur.*

43 *Creditoribus pluribus in hypothecaria,*



Digitized by Google

*vel perſonali actione ( re venali expoſita) concurrentibus, quomodo debeat ſatisfieri.*

44 *Creditor ex cauſa infirmitatis, vel funerum omnibus creditoribus etiam anterioribus præfertur.*

45 *Vendens cum clauſula,* niſi ſoluto pretio dominium nō transferatur, *pupillo ementi, abſque decreto ſuper illa re, an præferatur omnibus.*

46 *Feudum emens ſaluo aſſenſu, an præferatur ei, qui deinde emit, ſed prius aſſenſum impetrauit.*

47 *Aſſenſus etiam non regiſtratus retrotrahitur in præiudicium eius, qui medio tempore acquiſiuit, ſi* Rex *declaret velle habere aſſenſum, vt regiſtratum.*

48 *Creditor poſterior à iure offerendi repellitur, ſi oblatio tēpore incongruo fiat, vel res ſit alteri tradita, limitationes. n.* 49. *&* 50.

51 *Ius exequendi ſententiam triginta annorum ſpatio præſcribitur, & ita deciſū refertur.*

1 IMmediate poſt latam ſententiam deſideratur executio, quæ iam eſt parata, tam de iure communi; *l. poſt rem iudicatam. ff. de re iud.* quam Regni, maximè ſi eſt ſententia Sac. Reg. Conſ. vel alicuius iudicis delegati de eius gremio, vt in *pragm. 1. de offic. Sac. Reg. Conſ. num.* 15. *& ſeq.* Immo ex antiquo ſtylo Sacr. Conſ. eius ſententiæ non intimantur, ſed expediuntur tantum mandata de parendo, vt teſtatur *Thor. in compend. deciſ. verſ. reclamatio interpoſita,* & executio ſemel facta ſuper re, ſi deinde eadem res reuertatur ad eundem poſſeſſorem cōdemnatum, an poſſit iterum exequi? quod non tenet *Reg. Rouit. in rubr. de liquid. inſtrum. num.* 46. & an procurator poſſit petere, quòd exequatur ſententiam, vide *Ann. ſing.* 409. & quòd hoc ius exequendi ſententiam poſſit cedi, tenet *Bal. in l. ex locato. C. de leg. in fi.* Reliqua ad materiam vide *Suar. in repet. d. l. poſt rem iud. & Reg. Tap. in Ius Regn. tit. de execu. ſent. lib. 3. Specul. tit. eod. Marant. in praxi tit. de exec. ſet. par. 6. & alij in tract. particularib.* Ego nihilominus.

1 PRimò noto, quòd interdum Iudex, qui ſententiam protulit, nō habet iuriſdictionem in loco, vbi eſt illa exequenda, tàm circa perſonam, quàm bona, vt in Iudice Eccleſiaſtico proferente ſentētiam contra laicum in caſu permiſſo, puta, in cauſa reconuentionis, & tunc certum eſt, quòd nō poterit ab eodem Iudice exequi, ſed implorandum eſt brachium iudicis laici, & ſic è conuerſo, ad *tex. in c. 1. de off. iud. ord. vbi DD. & reſidet materia, in l. à Diuo Pio, §. ſententiam. ff. de re iud. vbi DD. & latè Ioan. Lopez in repet. cap. per veſtras, ſub notab. 2. verſ. ſed eſt pulchra dubitatio, per tot. extra de donat. inter vir. & vxor.* & ſeruatur in praxi, ſed punctus eſt, an in præſtatione dicti brachij poſsit Iudex laicus dicere, quòd vult cognoſcere de iuſtitia dictæ ſententiæ? DD. variarunt in hoc, nos tamen in praxi ſectamur opinionem affirmatiuam, & indifferenter, quando petitur huiuſmodi brachium in M.C. vel S.Conſ. circa executionem literarum executorialium expeditarum vigore ſententiæ latæ, ſic dum in Curia Romana, vel alia diuerſę iuriſdictionis, etiā quod eſſent Curiæ ſub eodem noſtro Inuictis. Rege Hiſpaniarum, & ſimil. ante omnia debent præſtari, aut integra, deinde citatur pars aduerſa, & ipſis viſis ſi non ritè, & rectè cognoſcatur fuiſſe proceſſum, datur terminus ad probandum, & ſic cum cauſæ cognitione proceditur ad concedendū, vt poſt *Guid. Pap. dec.* 23. *&* 574. *Boer. dec.* 90. *Fab. in ſuo Cod. tit. de execut. rei iud. diff. 1. de Ponte dec.* 23. *num.* 2. *Affl. in conſt. Reg. poſt mundi machinam in glo. in ver. gladij nu.* 58. & alios diffusè relatos, ſic deciſ. nouiſsimè in S.Cōſ. refert *Conſ. Capyc. Latr. dec.* 82. Verum attende, quod implorato brachio, in exequenda ſententia, ſeruabitur ſtylus Curiæ loci, in quo imploratum eſt

eſt brachium, ſicut in praxi teſtatur *Guid.Pap.in deciſ.23.& alij, quos allegat Bicc.in coll. 1323.par.4.Boſſ.in tit. de for.competenti num. 94. Conſ.Capic. Latr.d.deciſ.82.num.20.& 21.* vbi vide de alijs ad hanc materiam, de quo etiam idem *Ricc.in praxi eccleſ.in tit. de implor.brach.dec.319.cum ſeq.& bene per Reg.Tap.in Ius Regn.ſub titu. de nou.Philipp.Cod. comprim. num. 34.& ſeq.lib.1.& Ludouic.Rodid.in tract.de brach.ſecul.*& *Eccl.*

SEcundò principaliter noto, quod ſi ſententia eſt lata in hypothecaria actione, ſuper eadem re hypothecata debet exequi, quia ipſam ſequitur ſicut lepra leproſũ, aliàs executio facta ſuper rebus non hypothecãtis, eſt nulla, ex adductis per *Afflic. in deciſ.218.* ſi verò in actione perſonali, & tunc attenditur ordo traditus à Iureconſult.in *l.à Diuo Pio.§.in vẽditione.ff.de re iud.* videlicet, vt primò ſuper mobilibus, & ſi non ſufficiunt ſuper ſtabilibus, &c. aliàs executio eſſet nulla, *DD.ibi Afflict. deciſ.358. Iaffred.deciſ.14.Ricc.collect.1556.par.*
6 4.& non adeſſe bona mobilia, vt poſſit exequi ſuper immobilibus, probatur ex relatione nuncij miſſi ad exequendum, iuxta doctrinam *Bart.in d. §.in venditione, quem ſequitur Capyc.in inueſt.feud.verſ.feudorum executiones, in princ.fol.194.*& ita in praxi ſeruatur. Sed quæ veniant appellatione mobilium? congerit *Ricc.collect.239.* & an pecunia numeretur inter mobilia, & quid ſi eſſet deſtinata ad emptionem immobilium, vide *Pinell.de bon.mater.par.1.num.44.fol.63.* & pecunię vocabulum accipitur pro quocumque modo, quo commodum berſale conſequitur, vt ſummat illum tex.*Bal.in l.1.§.pecuniam.C.de calumn.* ſed quia nomina debitorum non cõnumerantur inter mobilia, vel immobilia, ſed ſunt quædam tertia ſpecies bonorum, ideò diſcuſſis mobilibus, & ſtabilibus, tertio loco ſuper illis exequitur, vt tenet *Suar.in d.l.poſt rem iudicatam.ff.de re iud.in 2.quæſt.ſub nu. 1.per tex.in l.etiam.C.de excep.rei iud.* ſic etiam dicendum de annuis redditibus, qui etiam ſunt tertia ſpecies de per ſe, vt per *Guttier.pract.quæſt.q. 83.num.7.lib.3.& de communi teſtatur Peg.Rou.in pragm.5.num.72.& ſeq.de cenſibus, & latè Ricc.in collect.668.* Sed
7 hæc intelliguntur, quando clarè cõſtat de debito per cõfeſsionem eiuſdem debitoris, vel inſtrumenta publica, aliàs non poterit ſuper dictis nominibus debitorum exequi, vt benè declarat *Suarez in d.quæſt.2. repet. d.l.poſt rem iudicatam, mihi fol. 673.* Item ſecundo intellige, quòd iſte ordo, vt tertio loco exequatur ſuper nominibus debitorum non ſeruatur, quando executio ſententiæ deberet fieri contra pupillum, nam tunc potius eſt incipiendũ à nominibus debitorum, cùm ei magis expediat habere bona, quàm nomina debitorum, nam debitores de facili ad inopiam peruenire poſſunt, vt dicit *Barto.in l. magis puto.§.in primis.ff.de reb.eorum, qui ſub tutela*, licèt ſub dubio hoc reliquiſſet *Specul.in d.tit.de exec.ſenten. ſub num. 16.* quia forſitan non vidit *Bart.*

9 CAdit hic aduertendum, quod ſi reus condemnatus habet feudalia bona, tũc facta prædicta diſcuſſione eſt vltimo loco ſuper illis exequendum, attentis etiam infraſcriptis gradibus, & Primò, vt fiat executio ſuper fructibus feudi, *Curt.in tract. feudi par.4.q.12.Camer.in cap.an agnatus.q.10.*& ſic iudicatum in S. Conſ. teſtatur *Regens de Ponte conſ.26.vol.2.* Sed ſuper quibus fructibus, & quid ſi mortuo principali debitore, & feudum reperiatur penes hæredem, vel tertium, & de alijs *Camer.d.q.10.* Verùm hic noto, quòd ſi feudatarius cõdemnatus moriatur poſt Kal. Martij, nulli dubium eſt, quòd, ex quo ad ipſos hæredes ſpectet fructus illius anni, tàm ſi feudum aperiretur dominio, vt in *cap.1.§.his conſequenter*, hic finitur

Digitized by Google

finitur lex: quàm ſi pertineat ad agnatos, prout deciſum refert *Præſ. de Franch. deciſ. 19. & 172.* etiam quòd fructus ſint naturales, vel induſtriales, vt per *Marth. in all. trad. per Reg. Rouit. in pragm. 4. de feud. num. 83. & ſequen.* Conſequens eſt, vt ſuper illis poſſit exequi ſententia, lata contra feudatarium defunctum, facta tamen primò deductione medietatis dictorum fructuum, ſoluenda Regiæ Cameræ Summariæ pro releuio, quod in Regno ſucceſsit in locum inueſtituræ, *Andr. in cap. 1. num. 6. de feud. cogna. cum concor.* Item facta ſecunda deductione alimentorum reſpectu hæredis, ne egeat, *Frecc. de ſubfeud. quinta differentia inter feud. hæred. & ex pacto, fol. 257. dr qua benè per Capyc. in inueſt. feud. verb. feudorum executiones, verſ. an quando feudum, fol. mihi 195.*

10 & ibi de materia. Sed hæc intelliguntur reſpectu feudi hæreditarij: nam ſi eſſet feudum ex pacto, & prouidentia, puto, contrarium dicendum, & quod penitus poſſit ſuper illis fructibus exequi, etiam quòd hæres inuẽtarium non confecerit, vt ex *dec. Mehed 277. relata à Ricc. coll. 1347. in fin. part. 4. quicqnid dixerit Camer. in d. cap. an agnatus, quæſt. 12. verſ. in quo diſtinguamus, num. 112.* Secus verò dicendum ſi ſententia eſſet lata contra viuum poſſidentem feudum, nam tunc poterit exequi etiam ſuper fructibus, & commoditates feudi, ipſo viuente, allegat, & affirmat *Borrellus in ſumm. dec. de feudis, tit. 34. n. 585. 586. & 587.*

11 Secundus gradus eſt, vt ſi non ſufficiant fructus, poſſit exequi ſuper ipſo feudo, & facta executione, procedi ad ipſius venditionem abſque aſſenſu; ſi tamen præcedat feudi obligatio cum aſſenſu, vt per *Bal. in l. pupillorum. §. ſi pupillus. ff. de reb. eorum, Dec. in l. ſingularia. num. 10. ff.*

12 *ſi certum petat.* Si verò non adeſſet dicta obligatio cum aſſenſu, tũc in venditione, vel adiudicatione, feudi executi in vim iudicati debet peti aſſenſus a Rege, & ita ſeruari in praxi, & fuiſſe deciſum in Sac. Conſ. teſtatur *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 1. limit. conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ. num. 10. & ſequen. fol. mihi 110. ater. & in quinta differentia inter feud. hæred. &*

13 *ex pacto fol. 257.* & tunc Rex tenetur aſſentire, quando non habet iuſtam contradicendi cauſam, vt dicit *Frec. vbi ſupra, & Affl. in conſt. Regn. ſi quis poſt litem, num. 22. & Capyc. in inueſt. feud. in verb. neceſsitas, fol. 80.* Sed quomodo ſit facienda executio ſuper feudo pertinento ad primogenitũ iure Franchorum, vel ſi fuerit inſtitutus cum alijs in burgenſaticis, & an attendatur portio hæreditatis, vel rata bonorum? *refert practicam Ricc. in collect. 1347. & latè Thor. in compend. deciſio, verſ. primogenit.* de qui-

14 bus, & quando plures inſtituti ſuper feudo hæreditario, Regio aſſenſu interueniente, cum alijs in burgenſaticum, habeant hoc beneficium, vt in ſubſidium conueniantur, & exequatur ſuper feudo, benè diſputat *Camer. in d. cap. an agnatus, quæſt. 22. & ibi de alijs, & vide infra.* Item an proſit inuentarium, & eius exceptione poſſit hæres vti aduerſus dictam executionem ſententiæ, *Frecc.* tenet, quod non in feudo hæreditario, ſecus ex pacto, & prouidentia, vt in *lib. 3. 7. fall. tit. de differ. inter. feud. ex pacto, & hæred. fol. 258. de qua re latè Mart. vbi ſup. n. 105. & ſeq.*

15 Tertius gradus eſt, vt diſcuſſis fructibus, ac feudis hæreditarijs; & ex pacto: tandẽ fiat executio ſuper feudis titulatis, licèt creditor habeat generalem obligationem ſuper omnibus feudis, Regio aſſenſu vallatam, & ita ſeruatur in praxi, de qua benè teſtatur *Minad. in rub. conſt. in aliquibus. num. 35. vſque ad 39. ſub ver. comitum, & baronum, verſ. dixi tamen.*

16 Verùm pro intelligentia prædictorum, Primò eſt ſciendum, quòd id, quòd dixi circa executionem faciendam

dam

Digitized by Google

dam ſuper feudis, hodie receſſit ab vſu, ex quo fuit prohibitum per Cæſaream, & Catholicam Maieſtatem, ideò in praxi fuit introductum, quòd tunc cogendus ſit hæres ad vendendum feudum, & de pretio ſatisfiat creditoribus, non habentibus aſſenſum, vt teſtatur *Præſ. de Franch. deciſ.* 704. nec iuuabitur hæres beneficio legis, & inuentarijs, quominus poſſit in hoc caſu cogi ad vendendum, etiã per capturam perſonæ, ex doctrina *Bald. in l. fin. §. & ſi præfatam, verſ. tertiò quæro, C. de iur. delib. & ſic in cauſa inter Illuſtriſ. Ducem Traietti, & D. Victoriam Gaietanam, fuit iudicatum in Sacr. Conſ. referente Domino Salazaro, Præſidente Regiæ Cameræ, iunctis Conſiliarijs trium aularum, & Præſidentibus dictæ Regiæ Cameræ, anno* 1571. *tunc Actuar. nunc. de Flore.* prout ſic etiam ſeruatur in ipſo principali debitore condemnato, vt ſimiliter cogatur ad vendendum feudũ, *vt in cauſa creditorum Ducis Populi, iunctis Aulis, referente Domino Pompeo Salernitano, fuit in Sac. Conſ. iudicatum, videlicet, D. Ducem ad inſtantiam creditorum, non habentium aſſenſum, eſſe cogendum ad vendendam Terram Populi, quæ erat decorata prædicto titulo Ducatus, Actuar. nunc de Scacciauento*, Sed in dubio bona quomodo præſumantur allodialia, vel feudalia? diſcurrit *Reg. Rou. in rub. de feud.* Item quando dicatur feudum hereditariũ, vel ex pacto, & prouidentia, vel miſtum, ibi *num.* 19. *& ſeq.* & quod hodie in Regno omnia feuda ſint hæreditaria, tenet *Camer. in d. c. an agnatus. q.* 21. *& Apoſtill. ad Napod. in conſuet. Neap. incip. & ſi teſtator, ſub. ver. diſponere, ibi dicit Napod. & ibi, dicitur hic quod hodie, &c.* & ſi in inueſtitura adſit clauſula, pro ſe, & hæredibus, ex corpore: cuius nam ſit ſpeciei tale feudum? vide de *Mart. in d. alleg. nu.* 95. *& ibi in voto Domini de Vera, nu.* 124. *& eiuſdem Reg. Rou. in pragm.* 11. *n.* 23. *& ſeq. de feu. bene Conſ. de Georg. alleg.* 29.

17 Secundò eſt quærendum, an res empta ex pretio feudi, vel pretium peruentum ex re feudali reputetur corpus feudale, & per conſequens procedat dictus ordo in exequendo? latè *Molin. in tract. de primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 26. & quid de emptis per vaſſallum de fructibus feudi? *Capyc. in cap. Imperialem fol.* 7. *col.* 1. *verſ. primum notandum*, & quod eſt iudicandum de fructibus feudi, a ſolo ſeparatis? *idem in inueſt. feud. verſ. feudorum fructus, in princ. fol. mihi* 204. *& conferunt infraſcripta ſub num...*

18 Tertiò eſt ſciendum, quòd ſupradictus ordo, traditus in executione ſuper feudis, procedit etiam, ſi creditor haberet aſſenſum legalem, puta, in dote *ex cap. Regni, item ſtatuimus, de mater. contrah.* nam poterit mulier pro ipſa, vel antefato, & intereſſe, tũc demum exequi feudum, ſi cõſtiterit non adeſſe burgenſatica, *Reg. Rouit.*
19 *in pragm.* 8. *num.* 7. *& 9. de feud.* ſecus verò in habente aſſenſum ab homine, maximè ſi adeſſet clauſula in inſtrumento, prout hodie indifferenter ponitur, videlicet: dans electionem creditori, quia tũc eſt in electione creditoris eligere, vt credit *Capyc. in inueſt. feud. ver. feudorum exce-*
20 *ptiones, ſub verſ. quid verò erit.* Item abſque dicta clauſula creditor hypotecharius victor poterit exequi ſentétiam ſuper omnibus, & ſingulis, bonis hypotechatis, in iudicio deductis ad eius libitum, *iuxta tex. in l. creditoris arbitria. C. de diſt. pignor.* niſi creditor iſte, habens aſſenſum, concurreret in exequendum feudum cum alijs, non habentibus illum: nam tũc præciſè tenebitur exequi feudum, & non poterit variare, & eligere burgenſatica in præiudicium aliorum creditorum, qui ſolùm poterunt ſatisfieri ſuper burgenſaticis, ita aduertit *Anna in all.* 141. *num.* 6. & ſic ſeruatur quotidie in Sac. Conſ. & adeſt punctualis deciſio in proceſſu creditorum Ioſeph de Rugiero, cum Beatri-

tri-

Digitized by Google

trice Sanſeuerino, referente Conſ. Veſpulo penes Actuar. de Ferrarijs, i-
21 mò ſi creditor poterit exequi feudũ, in qua executione faceret maximum præiudicium debitori, ſi ei offeratur executio aliunde, in qua poterit ſatisfieri abſque eius detrimento, Sacr. Conſil. adhuc aufert creditori dictum arbitrium, per *gloſ. in l. quandiu. C. de diſtr. pign. vt deciſum refert Minad. in deciſ.* 13. & conferuntur etiam alia deducta per *Ricc. in coll.* 482 *par.* 3.

Tertiò principaliter noto cum *Marant. in d. tit. de execu. ſenten. ſub num.* 28. *verſ. tertiò*, quòd regulariter executio ſententiæ poteſt fieri contra omnes, & in omnibus bonis. Verum iſta regula fallit in multis caſibus, ab ipſo relatis, & alijs collectis
22 à *Ricc. in coll.* 386. *par.* 2. & ſignanter in ſententia lata contra feudatarium in contumaciam propter delictum, quæ non exequitur ſuper feudo in præiudiciũ proximi ſucceſſoris, *Alex. in conſ.* 2. *col.* 1. *vol.* 4. *Dec. conſ.* 139. *Pariſ. in conſ.* 7. *num.* 3. *volum.* 1. Item in ſententia lata contra defunctum tempore quo viuebat, non poteſt exequi contra hæredem non citatũ, vel ſummariè auditum iuxta terminos *cap. quia G. extra de iud. vbi Felyn. & benè alios allegat Præſ. de Franch. in deciſio.* 405. *num.* 8. & ideo in praxi ſeruatur, quod in hoc caſu expeditur citatio contra hęredes ad dicendum cauſam quare ſententia lata contra defunctũ, executioni mandari nõ debeat, vt dicunt *Modern. add. ad Affl. dec.* 145.
23 niſi ſententia eſſet lata in interdicto vti poſſidetis: nam tunc poſſeſsio hæredis eſt diuerſa a poſſeſſione defuncti. *l. cum hæredes. ff. de acq. poſſ.* qua ratione attenta, Sac. Conſ. ſeruat talem ſententiam non poſſe executioni demandari contra hæredem, vt per *Afflict. deciſ.* 145. *& Capyc. dec.* 1. *in* 1. *dub.* Sed iſtæ doctrinæ, ſuper quibus eſt fundata dicta obſeruantia, præſupponunt hæredem habere diuerſa iura: at ſi conſtaret, quòd hæres aliqua iura nõ haberet, præter iura defuncti, quæ proſequatur, tunc quia ſuper illis eſt iam iudicatum, conſequens eſt, quod etiam contra hæredes exequitur, & ita in praxi ſeruatur, vt deciſum refert *Præſ. de Franch. in deciſ.* 199. *ſub num.* 7. vbi de materia, ac etiam idem in *deciſ.* 405. *vbi Viſcont. & cæteri adden.* Sed dubium eſt, quando agitur de exequenda ſententia contra hęredem, an tunc poſsit exequi ſuper eius bonis? & certè quod ſic, ſi defunctus illa expreſsè obligaſſet, cùm ei permittatur, vt dicit *Præſ. de Franch. in deciſ.* 53. *num.* 7. conſentiente tamen hærede. *Paul. de Caſtr. in conſ.* 245. *vol* 1. *cum alijs allegatis per Borgnin. Caualc. in deciſ.* 28. *ſub num.* 10. Aliud dubium eſt, quando defunctus legauit feudum præſtandum ab eius hærede, & legatarius agat, & tandem obtineat ſuper æſtimatione, caſu quo legatum feudi non valeret, vt dicit *Capyc. in deciſ.* 64. *ſub nu.* 6. & ſic paſsim ſeruatur in Regno, vt refert deciſum Camill. *Borrell. in ſumma deciſ. titu.* 34. *de feudis num.* 690. licet pro contraria opinione videatur inclinare, vt in *num.* 692. *& ſeq. & dixi in mea meth.* Si duo ſunt hæredes condẽnati, vnus ſcilicet in burgenſaticis, & alius in feudalibus, contra quem ſit exequenda ſententia pro æſtimatione? fuit maxima difficultas in Regia Camera dicta æſtimatio à quo debeatur: *& tandem in cauſa Illuſtr. Marchionis Lauelli cum Magnificis fratribus, fuit iudicatum, quòd hæres in feudalibus, licet non eſſet hæres in burgenſaticis teneatur ad æſtimationem feudi legati, retenta tamen legitima, Actuar. Palumbus tunc exiſtens in banca Io. Pauli Criſpi, quæ ſententia facta relatione in Collat. Conſilio, fuit confirmata, & interpoſitũ in prædicta cauſa perpetuum ſilentium, & idem poſtea fuit iudicatum iunctis Aulis in Sac. Conſ. referente oculatiſſimo Viro, tunc Conſiliario Dom. Vincentio de Franchis, in cauſa Venerab. Hoſpita-*

*lis S. M. Annunciatæ de Neap. cum Magnif. Ioan. Andrea Pignatello, & alijs, Actuarius tunc Iubenus, nunc Turinus.*

25 Immò pro legatis, debitis per hæredem, veniunt feuda in æſtimatione, etiam quòd dicta feuda hæreditaria peruenissent contra, ſiue præter voluntatem teſtatoris, vt in Sacr. Conſil. fuit deciſum in cauſa Iuliæ Piſcicellæ, cum Franciſco Galeota, referente Conſiliario de Haro, penes Actuar. de Felice, quòd ego intelligo, quando perueniſſet ad hæredem vti hæredē, ſecus ſi feudum fuiſſet peruētum vni ex hæredibus, non vigore inſtitutionis, ſed iure ſucceſſorio feudorum, quā tunc ille ad nihilum tenebitur, vel ſaltem in ſubſidium, vt refert deciſum *Anna in alleg. 96. nu. 3.* Aliud dubium eſt, ſi defunctus grauauit hæredem, vt ſoluat annuum legatum de fructibus feudi hæreditarij, abſque aſſenſu, an legatarius, ſi obtineat ſententiam contra hæredem, vt correſpōdeat, (quod fieri poteſt, cū non intelligatur conſtitutū ius ſuper feudo, vt dicit *Mart. in all. trad. per Reg. Ron. in pragm. 4. nu. 44. & ſeq. de feud.*) poſsit in defectum ſolutionis in ſubſidium exequi ſententiam ſuper fructibus? & quod ſic concludit *Marta vbi ſupra.*

26 Item, & ad proximè dicta pertinet quærendum, ſi ſententia eſſet lata cōtra defunctum, vt dixi, qui ſit mortuus ab inteſtato abſque filijs, & ei ſucceſſerint, ſeruata forma conſuetu. Neap. incip. *ſi quis, vel ſi qua*, ad bona paterna proximiores ex parte patris, & ad materna proximiores ex parte matris, quomodo fiat contra eos executio? *Ant. de Alexandro ad d. conſuet. in apoſtill. incip. ad intellectum*, concludit, quòd debeat fieri iuxta ratam bonorum, & qui plus habet, plus ſoluere debet, & vide ibi aliam *apoſtill. incip. ſi defunctus erat grauatus*, & conferunt adducta per *Tiruquell. in tract. primogen. fol. 261. num. 29.* dum quærit, an ſtante ſtatuto, quòd alteri morienti vnus ſuccedat in ſtabilibus, & alter in mobilibus, quomodo ſit deducendum æs alienum, debitum a defuncto?

Item quid dicendum, quando agitur de exequenda ſententia lata contra vltimum morientem, cui in medietate bonorum antiquorum ſucceſſerunt proximiores iuxta terminos conſuetudin. Neap. incip. & ſi teſtator, *Capyc. poſt alios in deciſ. 195. n. 2.* dicit, quod prius debet fieri diſcuſsio ſuper medietate dictorum bonorum, & in ſubſidium, ſi non ſufficeret, debet fieri executio ſuper alia medietate, ad quam ſucceſſerunt dicti proximiores, & *Capycium ſequitur Minad. in repet. conſtit. in aliquibus not. 4. poſt num. 15. latè Loffred. in cap. 1. col. 1. in fin. cum col. ſeq. Imper. Lothar. fol. 11. & ſic ſeruari in praxi teſtantur Apoſtill. ad dictam conſuet. & Praſ. de Franch. in deciſ.* 280. ſed ſecus eſt ſi onera, & debita non eſſent vltimi morientis, vt ibi.

27 Sed dubium eſt hic, an res empta ex pecunia, peruenta vltimo morienti ab agnatis, vel cognatis, vel ex venditione alicuius rei antiquæ, ſit æſtimanda etiam antiqua, vt ſubiacet d. conſuet, & conſequenter ſit ſuper illa exequendum, iuxta prædicta? *Capyc. in deciſ. 194.* dicit, quod non ſubiacet dict. conſuetudini, & ſic iudicatum in Sac. Conſ. refert *Nicol. Mariconda in conſuet.* ſi aliqua moriens in *apoſtill. incip.* pone, quod ex pecunia. Ratio eſt, quia licèt pretium ſuccedat loco rei, non ſic è conuerſo res ſuccedet loco pretij. *Menoch. in conſ. 213. col. 3.* cui regulæ ſtandum eſt, quando non adeſt ſpecialis, & expreſſa prouiſio legis in contrariū, vt ad hoc propoſitum dicit *Bald. in l. ſi tutor. col. fin. in fin. C. de ſeru. pignor. dat. manumiſſ.*

28 & ego hanc regulam limito, quando pecunia peruenta ex venditione rei antiquæ, vel ex aliqua retrouenditione, fuiſſet depoſitata in banco pro illa conuertenda in aliam emptionem, vel ſit conuentum; nam tunc clarum

eſt,

eſt, quod res empta ex dicta pecunia ſic affecta, efficiatur eius naturæ, & ſic antiqua, per *tex. in l. fideicom. §. ſi rem, cum glo. in verb. per depoſitionem, & in l. ver. non accipere, & in ver. hoc animo ff. de leg. 3. & faciunt adducta per Capram. in reg. 108. num. 16. & per Bart. in l. cætera. §. ſed & ſi parauerim. ff. de legat.* 3. & non ſolum tunc res empta erit ſubrogata, ſed dictum pretium habebitur interim loco rei venditæ, quouſque non implicabitur in emptionem, vt optimè concludit *Molyn. de primogenit. lib. 4. cap. 4. num.* 32. & ibi de iſta materia ſubrogationis, benè in *num. præcedent. & ſubſequentib.*

29 Item an ſententia lata contra vxorem in actione perſonali, poſſit exequi contra virum ſuper bonis dotalibus? eſt aduertendum, ſi debitum ab vxore ſit contractum ante matrimonium, & dos fuit conſtituta ſuper omnibus eius bonis, & tunc, quia bona intelligitur deducto ære alieno, poteſt exequi ſuper illis. *l. ſubſignatũ bona. ff. de verb. ſignif. cum alijs ad hoc adductis per Guid. Pap. deciſ.* 447. ſecus verò ſi poſt, vt ibi. Verum ſi dos eſſet conſtituta ſine illa dictione vniuerſali, videlicet, *ſuper omnibus*, ſed ſpecificè ſuper talibus, & talibus bonis: tũc non nego poſſe exequi in caſu prædicto, facta tamen diſcuſſione, & reperto, quòd alia non adſunt bona penes vxorem, ſuper quibus ſententia poſſit exequi, & ſic in ſubſidium, vt colligitur ex adductis per *Capyc. in deciſ.* 128. vbi vide, quod quando agitur de exequendo contra virum, debet audiri, nec poteſt fieri ex abrupto, benè *Præſ. de Franch. deciſ.* 636. 4. *par.* Cæterum de iſta materia, & quãdo ſententia lata contra vxorem, poſſit exequi ſuper bonis dotalibus, vide benè per *Cagnol. in l. fin. num.* 293. *C. de pact. Præſ. de Franch. in deciſ.* 636. *de Caſtillo deciſ. Sic.* 97. *& alios, quos allegat Thor. in compen. deciſ. verſ. executio ſententiæ lata contra vxorem.*

30 Sed quid e conuerſo, an ſententia, lata contra virum, poſſit exequi ſuper fructibus dotis? quòd non, tenet *Gama. deciſ. Luſit.* 200. Sed in praxi ſeruatur, quòd, ſi fructus erunt exuberãtes pro oneribus matrimonij, attenta qualitate perſonarum, illud plus aſſignatur creditoribus, vt millies fuit deciſum.

31 Item an ſententia, lata contra filiũ, poſſit executioni mandari ſuper peculio, poſſeſſo a patre? quod ſic, facit *tex. in l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. & vide per Suarez in repet. d. l. poſt rem iudicatam. num. 13. verſ. poteſt etiam addi alius caſus. ff. de re iud.* Sed hoc non ſic eſt indiſtinctè intelligendum, ſed ſolum in proprietate, ſaluo iure vſusfructus patris, vt dicit *Salyc. in l. fin. §. fin. C. de vſufr. re iud.* quem ſequitur, & alijs ſimilib. hanc opinionẽ corroborat *Franc. Marc. in dec. Delph.* 827. quod benè procedit in illis bonis, in quibus patri quæritur vſusfructus, vt dicit *Gratian. deciſ. 76. propè finem*, at in bonis, in quibus non quæritur vſusfructus, vt in caſibus collectis per *Ricc. collect. 221. ſuper tex. in l. cùm oportet, C. de bon. quæ liber.* tunc indifferenter exequitur, tam ſuper proprietate, quam vſufructu.

32 Item ſententia, lata contra principalem, exequitur contra fideiuſſorem de iudicatum ſoluendo, ſecus verò, quando eſt fideiuſſor cõtractus, quia tunc requiritur nouus proceſſus, latè *Suar. in declar. l. 2. titu. de los emplazamientos propriè num. 16. & ſeq. fol. mihi 775. Cuiac. lib. 14. eius obſer. cap. 30. & de obſeruantia teſtatur Peguer. in prax. tit. de ſent. rub. 34. nu. 11. & dixi ſupra in tit. de ſententia, nu.* . .

Item ſententia, lata contra vniuerſitatem, debet exequi ſuper bonis ab ipſa poſſeſsis, ſed non in vijs publicis, & theatris, & aliis ſimilibus, quæ ſunt ad eius vſum; nam, quando bona non habet, cogitur imponere collectas pro ſoluendo debito, ad quod fuit condemnata, vt bene aduertit *Marant. in d. tit. de execut. ſentẽ. nu.* 51.

& quando nihil eſt in vniuerſitate, quod poſsideatur, tunc tenentur omnes particulares ad contributionem, vt dicit *Specul. hoc tit. §. 1. ſub nu. 5.* de cuius materia, & qñ poſsit illas impo nere ſine iuſſu Regis, vide *add. in c. Regni 38. incip.* Item quod Iuſtitiarij.

Item, an ſententia, lata contra vnũ, poſsit exequi contra tertium, in quẽ fuit facta alienatio a conuento, lite pendente, *dixi ſupra in titu. de cit. & colligit Thor. in compend. deciſ. executio ſententiæ. Benint. deciſ. 48. Couar. pract. quæſt. cap. 15.*

Item an ſententia, lata contra, vel pro procuratore, an mittatur executioni contra, vel pro domino? vide *Bart. cum ibi not. in l. nulla. C. de procur. & Guid. Pap. in ſing. 651.* & quid contra eum, qui obtulit ſe liti ſine mandato pro defenſione alterius? *idem in ſing. ſeq. 610.*

Et ſupradicta benè notanda ſunt, ac etiam, quod executio fiat ſuper bonis proprijs rei condemnati, alias in-
33 ſtando tertius fuiſſe executum in bonis alienis, impediret venditionem rei executæ, & daretur ei terminus ad hoc probandum, vt indifferenter ſeruat praxis, ſumpta ex diſpoſitione *tex. l. à Diuo Pio. §. ſuper rebus. ff. de rei vend. Boer. dec. 225. Couar. pract. quæſt. cap. 16. nu. 3.* Sed quia ſæpiſsimè procurabatur malitioſè à victo differendi ſtudio venditionem, ideò allegans, & non probans fuiſſe executum in bonis alienis, incurrit in pœnam ducatorum duodecim, vt in *pragm. 47. §. 4. de offic. magn. Iuſt.* Dubium tamen eſt, qualiter quis probet rem executã eſſe in bonis ſuis? & certè quòd ſufficit probare tempore executionis ipſam ab ipſo poſsideri: nam ea, quæ bona fide poſsidemus, in bonis noſtris eſſe videntur. *l. bonorum. ff. de verbor. ſign.* & probando de poſſeſsione, tunc præſumitur tanquam dominus, poſſediſſe, vt dicit *Afflict. dec. 383. ſub num. 6.* & ideò, quia ius adeundi hæreditatem non poſsidetur, conſequẽs eſt, quòd non continetur ſub appellatione bonorum. *DD. in l. pretia rerũ. ff. ad leg. falcid. de quibus meminit Præſ. de Franch. deciſ. 101. num. 24. & 25.* nec tenebitur iſte tertius aliquid probare de dominio, probata dicta poſſeſsione, quia ex eius beneficio, & cõmoditate non poterit procedi ad vẽditionem rei executæ, quoniam eſſet eum ſpoliare de facto, reluctante Imperatore in *l. meminerint. C. vnde vi, & in l. fin. Cod. ſi per vim, & ſic praxis ſeruat.* Sed aliud oritur dubium, qualiter probetur poſſeſsio, de qua *DD. in l. 1. ff. de acq. poſſeſſ.* & an ſufficiat ad hoc ciuilis poſſeſsio vigore clauſulæ cõſtituti, & precarij, iux. *tex. in l. quod cum eo, ff. de acq. poſſ. & Velaſc. in conſult. Luſit. 55.* videtur tenere, quod ſic, propriè *num. 2. & ſeq.* nec mirum, cùm magna ſit vis huius clauſulæ, quæ, licet ſit fictus modus transferendi poſſeſsionem, tamen dicta poſſeſsio vigore illius translata, eſt vera poſſeſsio, & operatur eoſdem effectus, ac realis traditio; ideò quando primus emit cum illa, præfertur ſecundo, cui eſt aſſignata corporalis, & realis poſſeſſio, & ſic intelligitur. *l. quoties. C. de rei vend. vt benè per Gui. Pap. dec. 112.* Itẽ an poſſeſſio probetur per inueſtituram, factam à Rege, alicuius rei, cũ poteſtate capiendi propria authoritate? *Innoc. in cap. 2. de conſuet. quem refert Guid. Pap. deciſ. 415. num. 2.* tenet, quod non, & quid ſi eſſet cum clauſula, quòd habeat vim realis, & corporalis traditionis, vide *Affl. deciſ. 299. num. 8. & per totum de materia, & in §. 1. nu. 7. & ſeq. de cont. inueſt. Loffred. in prælud. feud. colum. 2. verſ. & id tantò fortius. Cephal. in conſ. 468. vol. 4.* Item an ſi probetur, poſſeſſionẽ fuiſſe cæptam corporaliter ſub vno tantum corpore, an proſit reſpectu aliorum, & certè quod ſic, quando ſumus in vniuerſalibus, & comprehenſis ſub vno nomine, puta, hæreditatis, nam tunc ſufficit oſtendere fuiſſe cæptam poſſeſſionem ſuper vna re, ſecus verò in ſingulis rebus, puta, venditis, vel legatis, vt docet *Andr. in cap. 1. nu. 7 verſ.*

*verſ. audiui magnos peritos, tit. quid ſit inueſtitura.*

QVartò hic principaliter noto, quòd, facta executione ſuper aliqua re, expeditur licentia de vendendo *Bart in l. in cauſa. Cod. quando fiſcus, vel priuat. ſub num.* 3. ibi, *ſep dubito*, cum de iure communi res prius debet capi pignori, & poſt aliquod tempus diſtrahi. *l. debitorib. ff. de re iud. hac Bar.* ex qua doctrina nota, quod quando fit executio vigore ſententiæ ſuper aliqua re, dicitur capi pignori, & concordat cum *Iureconſ. in l. à Diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iud.* vbi vocat pignora, quæ exequuntur pro ſententia, & dum Bart. dicit poſt aliquod tẽpus debere diſtrahi, dic, quod expeditur mandatum ad reluendum licentia vendendi, & deinde deuenitur ad actum iſtum ſubhaſtandi, qui fit iuxta diſpoſitionem *tex. in l. ordo. C. de execut. rei iud. cum*
35 *concord.* & forma ſubhaſtandi regulatur ſecundum ſtylum, vel conſuetudinem locorum, vt dicunt *Doctores ibi, & benè Rebuff. ad Gall. conſt. in rub. tit. de præcarijs licit. ſubhaſt. ſub nu.* 14. *Borrell. in ſumm. deciſ. tit. de leg. & conſtit. num.* 113. *lib.* 1. & in Sac. Conſilio adeſt incantator, qui alta, & horrida voce, deambulando per ipſum, exponit rem venalem, & in alijs locis, vbi res ſita eſt, & quot incanta, & banna debeant fieri, eſt in arbitrio iudicis, *Bald. in d. l. ordo*, & per Sacrum Conſilium expediuntur prouiſiones extra Ciuitatem, quòd fiat venditio vnico incantu, & iſta ſolemnitas ſubhaſtationis eſt inuẽta, vt res vẽdatur iuſto pretio, & remoueatur omnis fraus. *l. ſi quos. C. de reſcin. vend.* & ideò dicitur auctio, ex quo plus offerenti liberatur. *Auth. hoc ius porrectum. Cod. de*
36 *ſacroſan. Eccl.* & plus offerre conſideratur circa offerentis facultatem, idoneitatem, maiorem promiſsionem, & conueniendi facilitatem. *l. vbi autem, §. penult. & final. ff. de in diem adiect.* Eſt tamen verum, quod de iure debet fieri oblatio pecunia præſenti, & explicatur in licentia vendendi, quæ expeditur per Sac. Conſil. verum pro pecunia præſenti ſatisfactio quouis modo fiat, vt per *tex. in l. ait prætor, & §. ſoluiſſe. ff. de re iudic. prob. Ludouiſ. deciſ. Rom.* 28. & eſt in praxi receptum teſte *Reg. Rou. dec.* 31. hac de re indifferenter recipiuntur oblationes ab emptoribus rei eſpoſitæ venalis ad inſtantiam creditoris, cum promiſsione de ſoluendo, vel de concordando infra tot tempus, de alijs ad materiã ſubhaſtationis, vide *Bald. in d. l. ordo. Bart. in l. licitatio. ff. de public. & vectigal. & in l. 1. C. de fid. inſtrumen. & iure haſt. fiſc. lib. 10. Angel. Hercul. & alij in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. Ann. in ſing. 444. & colligit Ricc. coll. 67. par. 1. & latè Rebuff. vbi ſupra.* ſolùm pro intelligentia.

Sed quia hodie ſubhaſtationes propter auctã hominum malitiam ſæpiſſimè ſunt animoſæ, & factæ ob inuidiam emptorum, & ex aliqua cauſa affectus, vt *not. in d. l. ſi licitatio, de public.* ideo præſumitur, quòd tunc maius pretium, quàm res ipſa valet offeratur, vt declarat *Imol. in l. in ratione. §. vendere. ff. ad leg. Falc. vnde Napod. in conſuet. ſi quis emit, de iur. congr. ver. fuerit*, dicit, quòd in ſubhaſtatione plerunque fit fraus, allegat *tex. in l. ſi quos. C. de reſcind. vend. & DD. in l. pretia. & ideò practici ſequuntur Bar. in l. 2. C. de reſcinden. vend.* qui dicit per
37 ſubhaſtationem non probari iuſtum pretium rei, ſed debere fieri per appretiatores, ſeu tabularios, & ipſum ſequitur Senatus noſtri S. R. C. teſte *Præſ. de Franch. in deciſ. 54. nu. 7. verſ. quibus non obſtantibus.* Sed hæc quidẽ conſideranda ſunt, quando agitur de adiudicatione pro re dotali, vel emẽte ratione iuris congrui, dicit *Præſ. de Franch. vbi ſupra*, ſecus verò in terminis noſtris, vbi agitur de re expoſita venali pro ſatisfaciendis creditoribus de pretio, ex re redigendo, vt aduertit idem *Præſ. vbi ſupr. ſub nu. 13. verſ.*

*& no-*

Digitized by Google

*& nouiſſime.* immò tunc, quando ſumus in concurſu, non ſemel, ſed bis, & vltra etiam quòd res, candela extincta remanſerit vni, ſi adeſt melior oblatio, accenduntur candelæ, & fiũt oblationes, *Maſull.in addit. ad Capyc. deciſ.36.num.6.* prout in dies practica-
38 tur in Sac.Conſilio, quod fieri poteſt quouſque fiat adiudicatio, & tradatur poſſeſsio, mediante decreto iudicis ſuper oblatione, & extinctione candelæ interpoſito, nam in huiuſmodi ſubhaſtationibus, quæ fiunt ſuper re executa ex cauſa iudicati, nihil cẽſetur actum quouſque iudicis mandatum, & authoritas eius accedat, vt dicit ad hoc *Velaſc. in deciſ.Luſita.37. num.5.* ergo ipſa accedente, non poteſt reuocari, & eſt ratio, quia tunc eſſet acquiſitum dominium, ex adductis infra in *tit.de remedio iuris offerendi*, niſi adeſſet læſio in ſexta, vel alia cauſa, vt ibi.

39 Et hic etiam aduertas, quòd in praxi oblationes fiunt in ſcriptis, explicãdo tempus, infra quod inſtatur valere, quo elapſo, erunt liberati offerentes, ſed quid ſi infra dictum tempus, alter offerat maiorem quantitatem, quæ oblatio adhuc ſit acceptata, an intelligatur primus offerens liberatus? DD. tractant hanc quæſtionem, & concludunt, quòd primus ſit liberatus, quando ſecunda licitatio fuit acceptata, vt per *Rebuff. ad Gall.conſt. in d.tit.de præcon.licit.glo.vnica. art.7. num.21. & ipſum allegat, & ſequitur Guttierez pract.quæſt.lib.4.q.71. num. 19.* Sed quicquid ſit de ea, quando oblatio eſt determinata, & valitura infra certum tempus, tunc clarum eſt, quod pro venditore eſt ius quæſitum vſque ad aliud tempus, & ideò etiam, quòd acceptauerit ſecundam oblationem, non poteſt intelligi in eius præiudicium, vt ſit receſſus à prima, niſi vſque ad actum adiudicationis, & ſic intelligo procedere adducta à *Pinell.in l.2.C.de reſcin. vend. par.2.nu.29.& 30.*

Inſuper aduertas, quòd, licèt omnis admittatur ad offerendum, dummodò ſit idoneus, & poſſit ſe obligare, & conueniri *l.qui ſatiſdare.1.reſpõſo.ff.de fideiuſſ.* intelligatur tamen ſi nõ ſit inimicus, & exoſus domino rei expoſitæ venalis, nam *poteſt quis prohibere, vt aliquis ſibi odioſus rem ſuam non emat*, vt dicit *Iſern.in rub.quæ ſint regalia, in final.verb.de vſib.feud.* ni-
40 hilominus cum caſus accideret, & fuiſſet expoſita venalis ſub haſta Terra Valdouini, & obtuliſſet pretiũ Magnif. Fabius Carrafa ſe oppoſuit dicta Vniuerſitas, ex quo habebat inimicitias cum dicto Magnifico Fabio, etiam per quærelas criminales: his tamen non obſtantibus, fuit admiſſus ad dictam emptionem, & prouiſum per Sac.Conſilium, quod conſignetur poſſeſſio, citra præiudicium litis motæ per dictam Vniuerſitatem ſuper eius prætenſionibus, referente Regio Conſiliario Fornario, penes Actuarium de Caro, nunc de Felice, de cuius deciſione valde dubito per d. doctrinam Andreæ.

41 Quartò aduertas, quòd quando dicta res exponitur venalis ſub haſta, & non reperitur emptor, tunc practicantur termini textus in *l.ordo. C.de exec. rei iudic.* videlicet, vt fiat adiudicatio creditori, ideſt, in ſolutum datio illius pro eius credito, facta prius æſtimatione circa valorem rei per expertos, latè *Bald. & DD.in d.l.ordo.C.de exec. rei iud.* & idem erit, ſi reperiatur emptor, ſed non iuſtum pretium offerat, ex *reg.tradita à Præſ.de Franch.in dec. 81.in princ.* Sed in expreſſo hoc notant duæ *gloſa in l.à Diuo Pio. §.ſi pignora, verſ.non inueniant, & verſ.addicantur.ff.de re iud.* quæ ſunt aureæ, vt dicit *Bald.in d.l.ordo, in princ.verſ. eſt & quinta via, vbi de alijs*. Sed in hoc caſu, ſcilicet, quando non reperitur emptor pro iuſto pretio, etiam ſi alia bona habeat debitor, an ſit facienda dicta datio in ſolutũ creditori? quod
42 ſic practicamus in hærede cum beneficio

neficio legis, & inuentarij, qui, licèt habeat opulentam hæreditatem: poterit in ſolutum dare creditori rem, quæ non reperitur vendi iuſto pretio, vt benè per *Surd. deciſ.* 318. & quid ſi penitus non reperitur emptor, *Gizz. deciſ. Sac. Conſ.* 7. Illud tamen non obliuiſcaris, quòd creditor cautus eſſe debet id recipiendo in caſibus prædictis dictam dationem in ſolutum, videlicet, vt ſibi fiat expreſsè, & mediãte decreto iudicis; nam, ſi recipiat à debitore pro executione ſententiæ, in dubio intelligitur illam recepiſſe loco pignoris, & per conſequens poterit deinde ab eodem debitore conueniri, vt eidem reſtituat; compenſatis fructibus in ſortem, vt eſt *deciſio Afflict.* 373. aureis literis ſcribenda, & ipſam benè exornat *Menoch. in præſum.* 93. *lib.* 2. & alios producit effectus, de quibus per *Sanfelic. deciſ.* 148. *lib.* 1. eſt enim coactus creditor, qui obtinuit ſententiam, recipere dictam dationem, tam in caſu prædicto; quàm ſi pecuniam, ad quam fuit condemnatus cõuentus, non habeat vnde ſoluat, ſed eius bona offerat, iuxta terminos *Auth. hoc niſi debitor. Cod. de ſolut.* nec tunc poterit dictus creditor bona reſpuere, & petere, vt debitor pro debito detineatur, & iſta eſt generalis practica, vt teſtatur *Theſaur. dec.* 153. *vbi de materia dicti tex. & colligit Riccius coll.* 27. ſed attentis his terminis, quando à iudice fit datio in ſolutum, & aſſignatio creditori pro concurrenti quantitate debiti, contenti in ſententia ſuper aliqua re emphyteutica, an debeatur laudemium directo domino? *& Præſ. de Franch. refert, quod ſic, in deciſ.* 277. *in fin.* ſic etiã quando venditur res emphyteutica ſub haſta, habet etiam prælationem directus dominus, & offerendo debitum ei fieri debet dicta datio in ſolutum: *ex tex. in l. fin. C. de iur. emphyt. Præſes vbi ſupra in princ. & in deciſio.* 482. *à num.* 2. Sed attende, quòd diſpoſitio *d. auth.* non attenditur in praxi, quando in inſtrumento fuit ei renunciatum, vt ſit indifferenter ex ſtylo notariorum, *Præſ. de Franch. deciſ.* 81. *& Reg. Rou. conſ.* 18. *de quo late Nouar. in tract. de datio. in ſolutum deciſ.* 3. *poſt Ioſeph. Ludou. dec.* 64. *par.* 2. *de quo latè Viſcont. in eius concluſ. ver. creditor.*

43 Sextò aduertas, quòd interdum, quando res exponitur venalis, comparent plures creditores hypothecarij, vel in actione perſonali, & inſtant ſub prætextu, quòd ſint anteriores, vt ipſis de eorum credito prius ſatisfiat, & tunc eſt diſtinguendum, aut incæperunt litem contra eundem debitorem victum, & obtinuerunt ſententiam, & tunc practicantur termini *l. ſi quis ex multis. ff. de noxalib. actionibus*, vbi diſponitur, quod melior conditio eſt in hoc concurſu illorum, qui obtinuerunt ſententiam, & ideo ſecundum diſpoſitionem *l. is, à quo. ff. de rei vend.* primò vincenti traditur poſſeſſio, præſtita cautione, reſpectu prætenſorum per alios creditores, de cuius materia latè ibi *DD. & Couarr. pract. quæſt. cap.* 19. & habet etiam locum in beneficialibus, & feudalibus, *Ludou. in deciſ. Peruſ.* 26. *num.* 12. *& colligit de materia Riccius collect.* 617. Aut verò habent æquale ius, videlicet, ſimiliter ſententiam contra eundem debitorẽ condemnatum, uel inſtrumenta reſciſſa, & tunc attenditur prioritas tẽporis in pretio, uel aſſignatione rei, ut ſupra; nam ſuccedit regula communis, ut prior in tempore ſit potior in iure. *l. qui prior, cum concor. de regu. iur. in* 6. quæ regula fallit in multis caſibus, in quibus, licet ſint creditores poſteriores, ſunt tamen potiores, ut in *tit. qui potior. in pignor. & congerit Neguſ. in tract. de pignor.* 1. *memb.* 5. *par. Couarr. var. reſol. cap.* 6. *lib.* 1. *Ripa in l. priuilegia. ff. de priuil. cred. & latiſſimè ſuper d. regula Riccius collect.* 473. *par.* 3. & ibi in uxore, quæ, licèt habeat poſteriorem hypothecam expreſſam ſuper aliqua re mariti, præfertur tamen habenti generalem tacitam anteriorem,

Digitized by Google

rem,ut deciſum refert *Capell. Tholoſ. deciſ.* 217. non ſic habenti etiam expreſſam cõtra *Mynſing. obſer.* 13. *cent.* 4. nam eius opinio à Praxi non eſt recepta, vt dicit *Ricc. in collect.* 146. Item in creditori poſteriori: habenti ſpecialem, nam in illa re poteſt ſe ſatisfieri, quando concurrit cum alio habente generalem, ex qua poteſt ſimiliter ſatisfieri, iuxta terminos *l.* 2. *C. de pignor.* licèt hodie non ſeruetur ex clauſula, quæ indifferenter ponitur in contractibus, vt generalitas nõ deroget ſpecialitati, & è conuerſo, vt docuit *Præſ. de Franch. deciſ.* 5. *& alij, quos congerit Ricc. collec.* 298. *par.* 1. *vbi de alijs ad materiam, & dixi in titu. de excuſſ. prin. par.* 2.

44 Item creditor ex cauſa infirmitatis, vel funerum, præfertur omnibus creditoribus, etiam anterioribus, ex *gl. communiter recepta in l. in reſtituenda.* §C. *de pet. hæred.* quamuis ageretur de reſtituenda dote vxori creditoris mortui, vt per *Borgninum Caualcan. deciſ.* 22. *& de materia Rebuff. ad Gall. conſt. tit. de ſent. præiud. num.* 65. *in præfat. tom.* 1. *colligit Ricc. coll.* 9. *& collect.* 443. Item habens prioritatem hypothecæ ex ſcripturis priuatis, an præferatur habenti ex ſcripturis, & inſtrumentis publicis? *Ricc. collect.* 19. *par.* 1. Item facta venditione, cum clauſula, quòd nõ transferatur dominium, niſi ſoluto pretio, an venditor in concurſu præferatur omnibus creditoribus emptoris, non ſolum ſuper illa re, ſed etiã ſuper meliorationibus, latè *Præſ.*

45 *de Franch. deciſ.* 506. Et quid ſi emptor ſit pupillus, & emiſſet abſq; decreto Iudicis, an tunc dicta clauſula opituletur venditori, vt in concurſu ſuper re vendita præferatur omnibus creditoribus hypothecarijs contractis à dicto pupillo effecto maiore? caſus eſt notabilis, & habet deciſionẽ per *tex. & ibi not. à Doctorib. in l.* 1. *C. de his, qui ſub tutela.* Item creditor, qui mutuauit ad reficiendum aliquã domum, omnibus præfertur creditoribus, etiam anterioribus ſuper illa, ex *tex. in d. l.* 1. *priuilegia. ff. de priuileg. cred. de cuius materia congerit Ricc. in collect.* 44. *par.* 2. & an huic priuilegio ſimile ſit illud, quod competit creditori mutuanti pecuniam in ſpecie ad emendam talem rem, adeò quòd in concurſu ſuper illis omnibus præferatur, & de alijs ad hanc materiam bene *Reg. de Pont. in deciſ. coll.* 34. Item quid dicendum in creditore ſub conditione, an ipſa purificata, ſit anterior illi, cui pendente conditione, fuit eadem res hypothecata, & *tex. in l. qui Balneam. ff. qui potior. in pign. hab.* decidit quòd ſic, cuius diſpoſitionem ſatis dotarunt *Soc. in conſ.* 41. *vol.* 4. *Rip. in d. l. priuilegia. num.* 42. *Suarez in d. repet. l. poſt rem iud. in* 7. *limit. ff. de re*

46 *iud.* & huic aſcribitur illa quæſtio, an emens feudum ſaluo aſſenſu, & pendente tempore impetrationis, alter emat, & impetret aſſenſum, & poſtea primus emptor adhuc impetret, in concurſu, an ſit emptor præferendus, quaſi quòd tempus, quo impetrauit aſſenſum, retrotrahatur ad tempus emptionis, & ſic ſit anterior? diſputauit hanc quæſtionem *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *q.* 30. *fol.* 158. & determinat, quòd iſte poſterior, ſed prior in impetratione aſſenſus, à quo regulatur dicta venditio feudi, *iuxta conſtit. Diuæ memoriæ* eſt præferendus, & ſic ſeruari in praxi ibi teſtatur in verbis finalibus. *Præſ. de Franch. deciſ.* 86. *Borrell. in ſumm. deciſ. tit. de aſſenſu, num.* 45. *lib.* 1. ſic dicimus in emente rem feudalẽ cum aſſenſu, quem non curauit regiſtrari facere infra annum, vt requiritur; nam in concurſu non præferatur alteri poſteriori emptori, ſed curanti regiſtrari facere aſſenſum intra annũ. ratio eſt, quia aſſenſus non regiſtratus nõ operatur validitatem contractus, quia habetur pro non præſtito; vt dicit *Afflict. in deciſ.* 335. *prope ante*

47 *num.* 16. verum ſi ſupplicatur Regi, & ab ipſo obtineatur declaratio, quòd vult habere pro firmo aſſenſum, non

regi-

regiſtratum,ac ſi eſſet regiſtratus,tũc certum eſt,quòd retrotrahatur,etiam in præiuditium tertij,qui medio tempore acquiſiuit ius cum aſſenſu regiſtrato ſuper eadem re, & ſic erit primus emptor præferendus,vt vidi notabiliter deciſum in Sac.Conſ.in cauſa creditorum Fabritij Villani vt in proceſſu penes Actuarium Sac.Conſ. Portium,nunc Galterium. ex celebri doctrina relata à *Frecc.de ſubſ.tit.quis dicatur dux,ſub num.64. verſ.ſecundo, quia Princeps*.

Sextò, & vltimò in hac materia Iuris offerendi aduertas,quod in illo priuilegiatus eſt creditor poſterior in hoc,ſcilicèt,vt offerendo pretium, quod reperitur res expoſita venalis ſub haſta omnibus præferatur, *iuxta regulam tex.in l.1.Cod.ſi antiqu.cred.*

48 Sed fallit,quando oblatio eſſet facta tempore importuno,ſcilicèt, poſtquã res ſit alteri offerenti tradita,quia tũc erit ei præcluſa via offerendi, iuxta diſpoſitionem *d. tex.in l.1.in 1.caſu*, qui, licèt loquatur in venditione, quæ fit iure creditoris extraneo,idem tamen erit,quando fieret ſub haſta, iuxta noſtros terminos, vt defendit *Anna all.56.num.2.& ſeq.& ſic ſerueri teſtatur in ſing.443*.

49 Verùm iſta fallentia declaratur, vt primò non procedat,quando poſterior prętendit vẽditionẽ factam ſub haſta eſſe nullam, reſpectu inobſeruantiæ pacti, vel defectus ſolemnitatis,vt dicit *Præſ.de Franch. in deciſ. 224. & ibi add.* vel prætendit læſionem vltra ſextam,nam tunc emptor tenebitur ſupplere iuſtum pretium,vel reſtituere rem, vnà cum fructibus, *Vrſill. ad Affl. deciſ. 240.Anna all.43.Præſ.de Franch.in d. deciſ. doctiſs.Conſ.de Georg.in all.6.nu. 50.cum alijs allegatis per Thor. in compend.deciſ.verſ.ius offerendi competens ſecundo creditori,& Ricc.in coll.80.* vbi de alijs ad hanc materiàm venditionis ſub haſta, ſecus ſi prætendatur læſio ex augmento temporis,quia illud non conſideratur, vt deciſum refert

50 *Anna in d.all.56.* Item declaratur dicta fallentia,vt non procedat, ſi venditio ſit facta alicui creditori anteriori, etiam ſciente iſto poſteriore, nam tunc poterit,& ipſe poſterior vti hoc iure offerendi vſque ad 30. annos:nã præſumit, lex, quòd dictus primus creditor potius emat, conſeruandi cauſa pignus, quam acquirendi dominium, vt benè deciſum refert *Præſ.de Franch.deciſ.69.* reliqua de materia iuris offerendi,& nonnulla concinnè, vide per *Theſ. in deciſ. pedem. 168.*

Sed quid dicemus in prælatione, quæ competit agnatis iure agnationis; an habeat locum in iſta venditione ſub haſta? & concluditur quod ſic, nã licet venditio iſta dicatur neceſſaria tamen quia procedit ex præcedeti voluntaria obligatione, dicitur ẽt voluntaria,nam factum iudicis dicitur factum partis;*vt per Præſ.de Frãch. deciſ.228.nu.1. cum alijs cumulatis per Thor.compend.dec.ver.præferri, lib. 1. Capyc.dec.98.& nouiſ. Reg. Sanfel.dec. 103. vol. 1.* Verum tunc agnatus tenetur offerre pretiũ oblatum ab extraneo modo non adſit fraus vel colluſio (quæ ex coniecturis facile deprehendi poſſunt) *Aret. in l. qui Roma §.cohæredes,ff.de verb. obligat. cum alijs plene aductis per eundem Reg.Sanfel.deciſ.102.eodem vol. 1.* ſubdens in hoc diſtĩgui hoc ius prȩlationis quod competit agnatis,ab illo quod competit vicinis ex diſpoſitione *Conſuetud Neapol.* nam tunc debet offerri pretium rei quo fuit appretiata res tẽpore executionis, non autem quod offertur & ſic practicatum fuiſſe poſt *Præſ.dec.390.refert in d.dec.in fine*.

51 Quartò,& vltimò pro coronide huius materiæ noto,quòd,ius, & facultas exequendi ſentẽtiam prȩſcribitur ſpatio triginta annorum, adeò quòd non poterit deinde agi via executiua virtute dictæ ſententiæ, vt defendit *Felyn.in c.inter num.30. de re iud.Pariſ.in conſ.116.num.5.vol. 4.*



Digitized by Google

& *Affl. in deciſ. 245. nu. 12.* vbi addentes, & in cauſa Reuerendiſs. Archiepiſcopi Neapolitani cum Vniuerſitate Turris Octauæ, ſtante lapſu triginta annorum, dum prætenderetur executio ſententiæ, non ſolùm fuit denegata, ſed fuit per Sac. Conſ. datus terminus in cauſa, & conceſſum primum beneficium petitum, facto verbo, ad relationem Præſ. de Fräch. tunc Reg. Conſ. anno 1587. Actuarius tunc Milonus, nunc de Scacciauento. Verùm iſta præſcriptio non currit, quando fuit incœptũ exequi. *Achill. de Graſsis deciſ. 5. tit. de ſentẽ. & re iud.* Reliqua verò ad hanc præſcriptionẽ colligit Riccius *coll. 809.*

## DE EXCEPTIONIBVS IMPEDIENTIBUS executionem ſententiæ.

### Cap. III.

### *SVMMARIVM.*

1 *Exceptiones quæ impediunt executionem ſententiæ numerantur remiſsiuè, & quo tempore ſint opponendæ in praxi n.* 2.

3 *Exceptio* Inuentarij, *an & quando impediat executionem ſententiæ, & quomodo in praxi ſit opponenda.*

4 *Inuentarium qualiter eſſe debeat, & pariat except. & de materia.*

5 *Fxceptio* ſolutionis, *an & quando impediat executionem ſententiæ, & qua pęna puniatur illam opponens, & non probans.*

6 *Solutio in dubio qualiter præſumatur, & probetur, & de materia latè.*

7 *Solutio cenſetur facta etiam tacitè, & vt explicatur multis modis, & ſignanter per depoſitum.*

8 *Exceptio* compenſationis *impedit executionem ſententiæ, & quando. n.* 10. 11. 12. 13. *&* 14.

9 *Compenſatio quonam pacto, ipſo iure, intelligatur oppoſita?*

15 *Exceptio* nouæ conuentionis, *an impediat executionem ſententiæ, & qualiter ſit opponenda in praxi. n.* 16.

17 *Exceptio* cedendarum actionum, *an impediat executionem ſententiæ, & quãdo ei intelligatur renuntiatum. n.* 20.

18 *Exceptio* diuiſionis, *an intelligatur inducta agendo contra vnum ex inſolidũ obligatis, & quæ clauſula eſt in libello adhibenda. num.* 19.

20 *Exceptio* quod cum eo, &c. *an impediat executionem ſententię, quid ſi ei fuerit renuntiatum? num.* 22. *& an cõpetat fideiuſſori? num.* 23. *Donatario. n.* 24. *Patri donanti? nu.* 25. *Primogenito conuento pro vita, & militia? num.* 26. *& Socero conuento à nuru? n.* 27.

28 *Exceptio* retentionis pro meliorationibus, *an aduerſus ſententiam opponi poſſit, et quid ſuper re vnita cum illa, quæ eſt deducta in iudicio. n.* 29.

30 *Meliorationum quot ſint ſpecies.*

31 *Meliorationes debent eſſe liquidæ, vt pariant exceptionem retentionis, et quãdo, latiſsimè explicatur.*

32 *Exceptio* retentionis pro meliorationibus, *quibus competat, et. n.* 33.

34 *Fructus percepti à re poſſeſſa, an et quando excomputentur cum expenſis factis in meliorationibus, et n.* 35.

36 *Aeſtimatio meliorationum quonam tempore ſit facienda, latiſsimè explicatur.*

37 *Expenſæ erogatæ in meliorationibus qualiter appretientur.*

38 *Exceptiones impedientes executionem ſententiæ, quando coram executore opponi poſsint.*

39 *Tertius opponẽs pro ſuo intereſſe, an impediat executionem ſententiæ, et quid circa hoc praxis ſeruat.*

1 Vidimus de executione ſententiæ, eſt vidẽdum de aliquibus exceptionibus frequẽtioribus ipſam impedientibus, meritò ſequitur titulus iſte, & pro regula, omnes exceptiones, quæ impediunt liquidationẽ publici inſtrumenti, de quibus aliquas notaui ſupra *par. 2. c. 21.* impediunt executionẽ ſententię, nã in hoc æquiparantur, vt ex *doctrina Bart. in l. cum vnus. ff. de bon. auth. iud. poſſ. et alio-*

*liorum deduxit Rebuff. ad Gallic. conſtit. tit. de literal. obligat. art. 1. glo. 9. nu. 42. tom. 1.* dummodo proportio adſit, & ſint modificatiuæ, ideſt, quod non in totum eneruent ſententiam, vt per *Doctores in l. ex diuerſo. §. fin. ff. ſolut. matrim. Marant. in titu. de exception. num. 18. par. 6. Minad. conſ. 19. num. 6. & illas enumerat gloſ. & DD. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Specul. in titu. de exceptio. §. dicto, verſ. ſed quid ſi in principali, & in titu. de execu. ſentent. & ibi Marant. & cæteri, colligit Riccius collec. 238. & 1245. & Thor. in compen. deciſ.*
2 *verb. executio ſententiæ.* Verùm de iure nouiſſimo debent proponi infra triginta dies a die intimationis ſententiæ, aliàs de eis non habetur ratio, vt in *pragm. 28. capitum Illuſtriſs. Comitis Lemenſ. & propriè in cap. 24.* quæ ſtat in viridi obſeruantia, ſed, ne etiã in hoc remiſſionis defectu reprehendat, aliquas magis in vſu forenſi practicabiles recenſebo.

3 PRima eſt exceptio inuentarij vna de frequentioribus, quibus modificatiuè impeditur executio ſententiæ, latæ contra hæredem, vt tenent communiter *DD. in l. fin. C. de iur. delib. Surd. deciſ. 332. Aluar. Valaſc. conſult. Luſit. 87. in fin. Maſtrill. deciſ. 24. latè Caracc. de remed. contra ſent. excep. 68. cum alijs adductis per Hodier. in addit. ad Surd. d. deciſ. 332. num. 1.* & iſta poſitio ampliatur etiam, quod ſententia eſſet lata in iudicio aſſiſtentiæ: nã adhuc per iſtam exceptionem impediretur executio, & hæres valeret retinere rem pro eius credito, vt benè fundat *Anel. de Amat. in conſ. 88.* Secundò ampliatur etiam, quod hæres poſt mortem defuncti eſſet obligatus ad eius debitum, ne dum hęreditario, ſed proprio nomine, quia adhuc erit tutus hac exceptione, vt non teneatur ultra uires hæreditarias, ut poſt *Minad. deciſ. 25. refert deciſionem Præſ. de Franch. deciſ. 323.* nouiſſimè confirmatum per Sacr. Conſil. iunctis quatuor aulis, in qua declaratur, tunc demum huic exceptioni intelligi renunciatum, ſi expreſsè in contractu adſit obligatio proprio nomine, cum renũciatione huic deciſioni, adeò quòd ponitur pro cautela in inſtrumentis.

Secundò ampliatur locum ſibi uendicare hanc exceptionem, & hæredẽ gaudere beneficio inuentarij, etiam ſi illud non confecerit, ex quo hæreditas adeò tenua appareat, quòd plus impenderetur pro eius confectione, quam utilitatis eſſet iuxta adducta, & deciſa per *Gizzarell. deciſ. 54.*

Tertiò ampliatur in Eccleſia hærede inſtituta, quæ gaudet hac exceptione ſiue inuentario, cum nullo modo teneatur ultra uires hæreditarias ſecundum *Bart. in l. prima. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & eius ſequat. & licet gloſ. in cap. 1. extr. de teſtam.* quem nonnulli ſequuntur, ut eſt *Roman. in rubr. ff. ſi certum petatur, Alex. in d. l. fin. §. nouiſſimum, Cod. de iure delib. & ibi Iacob.* teneant contrarium, ſed tãtum iuuari remedio reſtitutionis in integrum, ſicut pupillus, Fiſcus, aliæque ſimiles perſonæ, ex *tex. in §. pupillus autem, auth. de hæred. & falcid. ibi notant DD.* & cum opinio non eſt recepta in praxi reſpectu Eccleſiæ, ut concludit *Valaſc. d. conſult. 52. nu. 47. & adde Præſ. de Franch. in deciſ. 282.* qui concludit ſacrum Hoſpitale Sanctiſſimæ Annuntiatæ gaudere beneficio inuentarij abſque illius confectione, ſed dubitatum fuit, an hoc extẽdatur in illius ceſſionario? & videtur affirmatiuè aſſerendum, cum in ceſſionarium omnia iura cedentis tranſeunt, *Bald. in l. 3. de hæred. & acti. vend.* nihilominus S. C. in cauſa V. I. D. Caroli Siniſcalchi cum illis de Curiale confirmauit decretum Magnæ Curiæ, denegantis hoc beneficium ceſſionarij dicti Sacri Hoſpitalis cuiuſdam hæreditatis proceſſus eſt in bãca Carafæ. Verum iſte articulus eſt iterũ plenè diffiniendus in eodem Sacr. Conſil. & expectatur deciſio plenius auditis iuribus, quæ proceſſionario faciunt; nam



Digitized by Google

non poteſt dici deciſio Sacr. Conſilij, quando iura non benè fuerunt perpenſa,& ponderata.

Quartò ampliatur prædicta procedat in omnibus, qui non ſuccedunt directè iure hæreditario,ſed habẽtur loco ipſorum;nam adhuc gaudebunt beneficio inuentarij, & ſi illud non confecerint,vt optimè concludit *Valaſc.d.conſult.52.num.46.verſ.ſed incidit*, quo in loco recenſet nonnullos, qui tales habentur,& dum innuit executores teſtamenti relicti a defuncto in teſtamento, in quo nullus alius ſit deſcriptus hæres haberi loco hæredum,intelige ſi eſſent executores in relictis ad pias cauſas tantum, vt per *Innocent.in cap.cum tibi, extr. de teſtament. & Specul. in tract.de inſtrumen. edict.§.nunc aliqua*, & quamuis aliqui aſſerant indifferenter loco hæredum haberi executiones vniuerſales,& ſic cenſuiſſet *Senat. Luſit. Velaſc.* tamen non placuit iſta opinio, & ipſam ex pluribus reprobat, vt in *conſult.* 58. *à verſ. verum licet Senatus, &c.* & pro eius opinione adde *Gamm.in dec.196. cum ibi additis.*

Nunc prædicta prima poſitio declaratur limitatiuè, vt non obſtet iſta exceptio inuẽtarii in executione ſententiæ, quoties conuento eſſet datus terminus ad proponendas omnes exceptiones dilatorias peremptorias, & anomalas (vt cauti actores procurant) nam tunc erit præcluſa via illam opponendi poſt ſentẽtiam, *Alex. Trentacinq.lib.2.var.reſolut.tit.de except.reſolut.1.Grat.diſcept.forenſ. lib.3. cap.495.*& ſic ſi hęres conuentus eſſet monitus ab actore, vt exhiberet inuentarium, & tamen diſtuliſſet, nam lata ſententia non iuuaret,quia videtur in dolo,*Aymo.conſ.75.num.9. Maſtrill.deciſ. Sic.* 24.*in fine.*& hoc tanto fortius ſi eſſet oppoſita iſta exceptio, & à iudice reiecta, *Carocc.in d.tract. de remed.aduerſ. execut.ſenten. except. 68.num. 11.cum alijs plenè adductis per Hodiern.maxima expectationis inuenem in additio.nouiſs.in deciſ.Surd.332.num. 4.cum ſeq.*

Item declaratur procedere, quoties inuentarium eſt ſollemniter confectum,& ſic dicitur, quando in eius confectione ſunt adhibitæ omnes ſollemnitates,& requiſita, tam de iure, quæ enumerant plenè Doctores, qui de hac materia ampliſſimos tractatus ſcripſerunt, & decem enunciat,& breui compendio explicat *Valaſc.in d.conſult.* 52.*per totum*, quam de iure conſuetudinis locorum, quæ ſatis in hoc attenditur,vt tenent communiter poſt *Barte.omnes Doctores in d.l.fin.Cod.de iure delib. Valaſc. d. conſult.52.num.32.verſ.poſtremo, & in conſult.87.numer.2.verſic. reſpondi*, & quod frequentius diſcutiendum venit in noſtris Curiis, eſt requiſitum citationis,de quo aliqua dixi *part. 2. titu.de citat.& de eo latè Valaſc.vbi ſupra.num.21. & 22.* ſic etiam deſcriptionis bonorum, nam quoties detegitur non fuiſſe ab hærede omnia bona deſcripta in inuentario arguitur fraus,& conſequenter nullitas ob præſumptionem iuris, videlicet fuiſſe ſubtracta, & occupata in præiuditium creditorum, *Bald. & cæteri in dict.l.fin.* Verum hoc eſt probandum ab allegante, cum in dubio ſit præſumptio pro hærede, non alia adeſſe bona, quam deſcripta in inuentario, *Surd.deciſ.222.num.6.* quæ præſumptio non eliditur, ſi apertè conſtiterit extitiſſe pecuniam numeratam, & tamen illam non reperiri deſcriptam in eo, modo hæres allegct illam retinuiſſe, ex aliò eius credito;nam præſumitur hoc feciſſe bona fide,& abſque dolo, vt benè per *Farinacium in deciſio. Rot. Roman.collect.* 19. hodie tamen ob conſuetas proteſtationes, quæ apponuntur, videlicet addendi, minuendi,&c. de iſto requiſito parum habetur ratio, *Valaſc.d.conſult.52.num.17.verſic. ſed prædictas.*

Cæterum illud eſt in praxi obſeruan-

Digitized by Google

uandum, quòd quando iſta exceptio militaret, exhibito inuentario, datur terminus ſuper eius diſcuſſione, in quo hæres poterit deducere eius iura, & credita ad obtinendam retentionem, ſed dubitari poteſt, vt ſufficiat pro retentione ſola confeſſio defuncti, eſſe debitorem eius hæredi? *Bart.* dicit, quod non ſufficit, ſed requiritur alia probatio, maximè, quando agitur de præiuditio creditorum, *in l. cum quis decedens*, §. *codicillis. nu.* 4. *ff. de legat.* 3. *ſequitur Pariſ. conſ.* 96. *lib.* 3. *Coſta in l. ex cautione, Cod. de non num. pecun.* Capell. *Tholoſ. dec.* 211.

5 SEcunda eſt exceptio ſolutionis, quæ impedit executionem ſententiæ etiam Sac. Reg. Conſ. vt latè in *pract. papienſ. in for. libell. in act. hypothec. verſ. exceptionem ſolutionis*, *Rebuff.* ad Gall. *conſtit. tit. de lit. obligat. gl.* 9 *nu.* 18. *tom.* 1. *Magon. deciſ. Florent.* 94. *lib.* 8. *Gratian. de March.* 18. *nu.* 7. temerarij enim dicũtur eſse Iudices, qui hanc exceptionem aduerſus imminentem executionem non admittunt, *Paul. de Caſtr. conſ.* 257. *nu.* 2. *Bero conſ.* 189. *n.* 12. *lib.* 1. *Carol. de Graſſ. in tract. de except. except.* 25. *per totum*, vbi diffusè tractat de iſta exceptione, & in noſtris tribunalibus ſine ſcrupulo admittitur, & datur terminus ad probandam ſolutionem, & interim ſuſpenditur executio, verum ad remouendas dilationes ſancitum eſt per *prag.* 47. §. 3. *tit. de offic. magiſt. iuſtit.* multari pęna duodecim ducatorum, allegantem, & non probantem hanc exceptionem.

6 His attentis, pluribus modis iſta poſitio declaratur, & primò ampliatiuè procedere nedum in ſolutione vera, & reali, ſed etiam præſumpta, modo aliquid aliter, quam per coniecturas, de ſui natura probari nõ poſſit, vt declarat *Berous in rub. de probation. num.* 50. *verſ. ex prædictis*, ad remouendum obiectum *Bal. in l.* 1. *C. de fide inſtrum. lib.* 18. vbi ait ſtatutum loqui de ſolutione, debere intelligi de vera, & non præſumpta, & in his terminis multipliciter eſſe contingit, & ſignanter ſi producantur tres apocæ de recepto pro tribus annis cõtinuis, nam ex hoc præſumitur annua penſio ſatisfacta pro annis præteritis, *iuxta tex. in l. quicunque, C. de apoc. lib.* 10. & ſic deciſum in R. Franciæ teſtatur *Papon. in eius arreſt. lib.* 10. *tit.* 6. *art.* 2. *et latè materiam tractat Praeſ. de Frãch. dec. S.C.* 137.

Item præſumitur ſolutio, & ſatiſfactio in creditore adminiſtratore omnium bonorum eius debitoris, *l. ſi debitor, ff. de negot. geſtis, Afflict. dec.* 15. *num.* 16.

Item in creditore hærede debitoris, nam eo ipſo, quod adijt hæreditatem abſque beneficio legis confunduntur iura, & cenſetur ſatisfactus de eius credito, & ipſa aditio habetur loco ſolutionis, etiam ſi aliunde non conteſtat de ſolutione, *l. ſtichum, vt Pamphilum, ff. de ſolut.* beneficium enim inuentarij eſt illud, quod diſtinguit perſonam hæredis à defuncto, *Bal. in l. fin.* §. *in computatione, num.* 3. & 4. *C. de iur. deliber. Purpurat. in l. debitori*, *C. de Pactis*, & ideò tunc nullo modo pręſumitur huiuſmodi ſolutio, niſi hæres declarauerit velle retinere tot bona hæreditaria aſcendentia ad quantitatem eius crediti, nam tunc licita eſt retentio, ac ſi eſſet facta mediãte decreto Iudicis per viam adiudicationis, *Iaſ. Bald. & cæteri in d. l. fin.* §. *in computatione, Cod. de iure delib. Idem Iaſon. in l. more, n.* 53. *ff. de acquir. hæred. Rom. conſ.* 276. licet optima cautela ſit adire iudicem, vt conſuluit *Bal. in d. l. debitori, C. de pact. & refert Mareſcot. in tract. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 3. Verum hoc de beneficio inuentarij non intelligitur in hærede grauato reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum, nam tunc in eius præiudicium non præſumitur ſolutio, niſi conſtet de retentione, quamuis inuentarium non confecerit intelligitur enim dicta hæreditas reſtituenda, de-

Digitized by Google

de ducto ære alieno, *Bal. in d. l. debitori C. de pactis, Ruin. conſ. 112. num. 19. & conſ. 115. num. 15. lib. 2. Decian. cõſ. 85. lib. 2. Roland. à Valle, conſ. 65. n. 13. lib. 2.* Fingitur tamen facta ſolutio à die aditionis in eius beneficium, ad hoc, vt valeat deducere fructus pro concurrenti quantitate eius crediti, cum alias eſſent computandi in Trebellianicam, vt declarat *Paul. de Caſtro, in l. peculium, ff. de pecul.* & fuiſse receptum in praxi teſtatur *Mareſcot. in d. tract. var. reſolut. lib. 1. cap. 37. nu. 15.* ſed illud generaliter eſt hic obſeruandum, videlicet in dubio hæres, vel grauatus, vt ſupra alienando bona hæreditaria, & ſubiecta fideicommiſso, præſertim mobilia, an ſubſtineatur talis alienatio, ſaltim pro concurrenti quãtitate eius crediti, quãuis hoc non ſit ab eo expreſsum, vel declaratum pręcedẽte decreto Iudicis? *& Pariſ. conſ. 93. num. 16. & ſequ. lib. 2. & conſ. 27. num. 2. lib. 3. quem ſequitur Seraphinus deciſion. 1365.* tenet quod ſic: ſed latè plures caſus diſtinguit, & hanc quæſtionem reſoluit *Sigiſmun. Scaccia in tract. de ſent. & re iud. gl. 14. quaeſt. 23. à num. 21. uer. mortuò filio, &c.*

Secundò, proximis dictis affinis eſt declaratio d. poſitionis vt ſolutio cẽſeatur in dubio facta à debitore plurium quantitatum, & ex diuerſis cauſis in illam cauſam, & eo nomine, & pro eo debito, cuius liberatio ei vtilior eſt, iuxta notata per *Bart. in l. 1. § nuntiatio, ff. de oper. nunt. & per l. magis, ff. de ſolut. Mart. Medic. in deciſ. Senenſ. examinat. 15. num. 15.* & ſic arreſto determinatum fuiſse in facti contingentia teſtatur *Io. Papon. in Arreſt. Franc. lib. 10. tit. 5. à n. 6. incip. in veſtigali, &c.* & ad hæc conferunt notata per *DD. in l. 1. 2. & 3. de ſolut.* vbi latè diſserunt, quando in dubio intelligatur facta in dutiorem cauſam, & pro eò ad quod arctiori vinculo tenetur, & latiſſimè materiam explicat *Marc. Medic. in d. examinat. 15. poſt Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 224. lib. 2.* vbi latiſſimè per 34. concluſ. materiam examinat, & ſignanter dicit interdum adeò concurrere uehementes coniecturas, quod etiam pro debito minus graue cenſeatur facta ſolutio, & proinde Iudicis arbitrio eſset remittendum, ex *Menoch. de arbitr. Iud. caſu. 493.*

Secundò, declaratur dicta poſitio, & procedit iſta exceptio ſolutionis, etiam quod non doceatur directè de ſolutione facta creditori, ſed alteri perſonæ à iure approbatæ, puta, tutori, uel curatori de eò, quòd debetur pupillo, ut latè per *Theſ. in tract. 99. Forenſ. quaeſt. 39. lib. 3.* & ibi explicat, quod ualet, etiamſi eſset falſus tutor, modo ſoluens probabiliter ignoraſſet, ſicut dicimus in Procuratore falſo, cui ſolutio facta regulariter non ualet. *l. falſus procurator, & ibi DD. Cod. de furtis. l. ſi indebitum, ff. rem ratam haberi*, tamen ſi debitor habeat iuſtam cauſam ignorantiæ excuſatur, ut probat *Bart. quem ſequuntur Alex. & Rom. in l. ſi procuratori, ff. de condit. cauſa data*, cuius opinio ſubſtineretur ſolum, quando ſoluitur certa ſpecies, non autem pecunia, iuxta terminos, *l. cum fũdus, § ſeruum tuum, ff. ſi certum petatur, vt reſolutum in Rot. Rom. refert Mareſcot. in d. tract. var. reſol. cap. 93. nu. 16. lib. 2.* & ibi de confeſſione procuratoris, quando liberat ſoluentem, ſic etiam dicimus de ſoluente prelato non uero, ſed intruſo, & falſo, ut liberatus cenſeatur modo iuſtam habeat ignorantiæ cauſam, *Bart. in l. ſi urbano, num. 4. ff. de condit. indebiti*, maximè ſi ab illo conduxiſset, *Bal. & cæteri DD. in d. l. congerit, Renden. in eius prõptuar. recept. ſent. tit. 108. de ſolut. num. 5. de Graſ. d. tract. de except. except. 25. num. 92.* Item ſolutio facta de ordine, & præcepto Iudicis, & ſuperioris etiã non uerò creditori liberat ſoluentem ut latè explicat *Theſaur. in d. tract. 99. Forenſ. quaeſt. 39. lib. 3. & alios congerit Carol. de Graſſ. in d. except. 25. n. 76.*

Item huc pertinet ſcire, multò magis

gis procedere hanc declarationem, quando ſolutio eſſet facta alicui de ordine,& mandato creditoris, nam tunc conſtito de eo certum eſt debitorem liberatum eſſe.*l.inuito. ff. de ſolut.* immò hoc procedit etiam in mandato præſumpto,puta, ſi debitor fideiuberet pro eius creditore, nam tunc cenſetur habuiſſe mandatum ad ſoluendum.*l.qui fide,& ibi gl. in prin. verſ.quia tacitè.ff.mandati,* ſic etiam ſi creditor obligauerit nomen debitoris,& iſte debitor eximendi cauſa ſe à nexu obligationis ſoluerit dicto creditori creditoris,tunc etiam cenſeretur liberatus.*l.græcè.§.cum pignus.ff.de pignor.l.ſolutum.§.ſolutum.ff.de pignor. action.optimè de Marin.cap.* 192. *quot. Reſ.Graſſ.in d.excep.*25*.num.*35*.& ſeq.* ratio eſt,quia vigore huius obligationis dictus ſecundus creditor poterit recta via agere ſuper hoc nomine debitoris,ſine aliqua citatione eius principalis debitoris,vt latè probatur, & ſic deciſum referunt *Gamma. dec. Luſitan.*111.

Tertiò procedit etiam ſi ſolutio fiat, nedum ab eodem debitore, ſed altero eius nomine,& ipſo ignorante, *l.ſoluendo,& ibi Caſtren.& cæteri DD. ff.de negot.geſt.l.ſi promo.& l.ſoluere.ff. de ſolut. & ibi communiter DD. cum alijs notatis per Surd.deciſ.*174*.nu.*19*. Fontanell.de pactis nuptial.clauſ.*4*.glo.* 19*. num.*11*.par.*5*.cum aliis congeſtis per Carol.de Graſſ.in d.tract.de except. except.*16*.num.*87*. & ſequen.& ibi ex Fontanell. vbi ſupra, & Maſcard. de probat.concl.*1320.concludit in dubio ſolutionem factam à tertio præſumi de pecunia eiuſdem debitoris, ſi tertius eſſet eius adminiſtrator, vel generalis procurator, & ex his concludo,quod per oblationem, & depoſitionem pecuniæ factam à tertio poteſt impediri executio,vt probat *Carauita in ritu* 196*.num.*14.ſicut impeditur liquidatio inſtrumenti, dummodo fiat depoſitum in actu interrogationis,modo ſit purum abſq; aliqua conditione,& ſic ſeruamus in dies.

Quartò, declaratur nedum in vera ſolutione facta,ſed etiam in delegatione nominis debitoris, quæ vim liberationis,& ſolutionis retinet,modo fiat adhibitis requiſitis à lege,videlicet, quod ſe obliget debitor, & vti talis acceptet literas ei directas pro ſoluendo. *gloſ.in l. quamuis. §.ſi mulier,il ſecondo, ad Vell. vbi Caſtrenſ. num.*3*,& in l.delegare.num.*4*.ff.de nouat.Menoch.de præſumpt.lib.*3*.præſump.* 134*.num.*69*.Surd.deciſ.*23*.num.*3*.Cagnol. in l. ſingularia, num.* 165. *& ibi Iaſ.num.*36 *ſi certum petat.* nam ſi hæc non concurrunt per ſimplicem acceptationem literarum factam a debitore, vel campſore, non liberatur debitor,ita vt decoctio ei nõ officiat, licet ſequatur poſt acceptationem, vt (quicquid dicat *Bart.in d.l.ſingularia num.* 19*. verſ.ego dico.) aduertit Dec. Purpur. Bolognet. in d. l. ſingularia, & ibi teſtantur de communi per tex.in l.literarum.ff.de ſolut.poſt eos Gab.in trac. comm.concluſ.de nouat.concluſ.*1*.nu.*11*. verſ.contrarium,& reſolutum in Rota Roman. refert Mareſcott. in dict.tract. var.reſolut.lib.*2*.cap.*11*.num.*2.vbi extendit,etiam data mora creditoris,vt ibi *num.*5*.verſ.& prædicta,&c.*reliqua ad hanc materiam,vide in *Select. conſil.diuerſ.ſicul.conſ.*15. & ibi quid importet promiſſio de faciendo debitorem exigibilem.

Quartò declaratur procedere quoties res debita deponatur, nam facto depoſito cenſetur liberatus debitor à nexu obligationis,*l.obſignatione. C.de ſolut.* & ideò tunc impeditur curſus vſurarum.*l.acceptam.C.de vſuris.* Sed hoc intellige concurrentibus requiſitis,primò,vt depoſitum fiat ex cauſa,quæ multæ ſunt,ſignanter ſi creditor recuſauerit recipere pecuniam debitam ei oblatã,tunc enim licitum eſt debitori deponere,per *tex. not. in §.illud quoque. auth. vt exact. inſtant. dot.l.*2*.& ibi Salic.in primo notab.C. de vſur.Reg.Rouit.in pragm.*4*.num.*7*.de liquid.*

Digitized by Google

liquid. inſtrum. & in hunc ſenſum accipienda eſt illa propoſitio, videlicet, per oblationem liberari debitorem, quam examinat Mariſcott. in libr. 1. var. reſolut. cap. 57. vt diſponitur in d. l. obſignatione. C. de ſolut. Item cauſa eſt ſi fiat depoſitum de ordine iudicis, vt latè probat Rolan. à Vall. conſ. 63. num. 33. lib. 2. Secundum requiſitum eſt, vt depoſitum fiat parte citata, alias non operatur effectum liberationis, Iaſon conſ. 9. col. penul. verſ. minus. lib. 1. Curt. iun. conſ. 28. num. 1. Menoch. de arbitr. iud. caſu 232. num. 59. & ſic deciſum refert Ludouiſ. deciſ. Rot. Roman. 146. nu. 6. & ibi adden. Tertium requiſitum eſt, quod depoſitarius ſe obliget ad reſtitutionem rei depoſitatæ ad omnem libitum creditoris, vel iudicis, Iaſ. vbi ſupra, cum aliis allegatis per Ludouiſ. vbi ſupra, nu. 8. & hodie hoc eſt ſublatum, nam depoſita indifferenter fiunt in publicis bancis reſidentibus in hac Ciuitate Neap. & verificatur dictum tex. in d. l. acceptam, ibi ſacratiſſimis ædibus, & licet olim fiebant penes actuarios, eſt prohibitū per prag. nuper editam ann. 1631. per Excell. Comitem Montisrey. Quartum requiſitum eſt, quod fiat depoſitum de pecunia numerata, nam abolitum eſt in praxi fieri in ſacculo, & crumena, Rolan. à Valle conſil. 65. num. 56. lib. 1. Menoch. d. caſu 232. num. 20. & de obſeruantia eſt relatio Beltram. in add. ad d. deciſ. Lud. 146. litt. C. Cæterum hic non incōgruè dubitari poteſt, an debitor depoſitando pecuniam eo ipſo conſequatur liberationē, adeò quod periculū decoctionis depoſitarij pertineat ad creditorem? & pro reſolutione eſt aduertēdum circa formam, qua fit depoſitum, nam ſi eſt factum cum conditione poteſtatiua reſpectu creditoris, ad cuius adimplementum teneatur ex l. contractus, vel ex iuris diſpoſitione, certum eſt ad ipſum pertinere periculum. l. qui decem, cum notat. per Bart. ff. de ſolut. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. ſi autem ex iuſta cauſa recuſauerit, & non poteſt ei imputari aliqua culpa, quæ præ cæteris eſt in hoc caſu attendenda, & tunc periculum erit debitoris. l. acceptam. C. de vſur. Cagn. vbi ſupra. Neguſ. de pignor. 2. par. 3. num. 6. 5. par. princip. num. 26. ver. 7. requiritur, & ſequitur doctiſs. Hercul. Mareſcott. in tract. var. reſolu. lib. 1. cap. 7. num. 6. cum ſequ. ver. primus caſus, &c. Sed quid dicendum ſi neuter fuerit in mora, vel culpa? & pro reſolutione puto duos eſſe ſtatuēdos caſus. Primum ſi de credito liquido conſtat abſque controuerſia: Secundum, ſi aliquid inter duos diſceptatur, & interim pecunia deponitur. Primò verò caſu aliqui Doctores cenſuerunt periculum eſſe creditoris, quando colligitur animus debitoris abdicandi à ſe dominium pecuniæ, & permittere, vt fiat liberatio, aliàs ſecus, per tex. in l. ſi ſolutus. ff. de ſolut. faciunt notata per Bal. in d. l. acceptum, nu. 14. & ibi Caſtr. num. 12. C. de vſur. Sed ego dico, quod iſte animus non ſufficit, immò ſi expreſsè inſtaret debitor pecuniam liberari creditori, adhuc periculum hoc interim pertineret ad ipſum, quia tanto magis videtur approbare ius, quod habet creditor ſuper depoſito, & ſic deciſum fuit in Regno Luſitan. vt refert Gamma. dec. 188. quam declarat ibi noua additio Blaſii Florent. verſ. cui adde procedere, nulla cōſiderata culpa, vel mora creditoris, & licet nil alleget loquitur ſecundum terminos, nam mora, & culpa attenditur in his terminis, vt dixi: & moræ effectus eſt, vt periculum in alium transferatur. l. mora de vſur. & benè per Mareſtot. vbi ſupra. Secundò verò caſu, quando inter duos eſt diſceptatio circa pecuniam, & de conſenſu deponitur quouſque determinatur, & tunc non data culpa reſpectu nullius pecuniæ periculum cederet illi cui veniret liberanda traditis, & per Bart. & DD. in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. ff. de fideiuſſ. & faciunt adducta per Affl. in deciſ. 172.

Tertia

Digitized by Google

8 Tertia ſatis prædictæ ſimilis eſt exceptio *compenſationis*: nam fictione iuris idem eſt ſoluere, & compenſare, *l. ſi debitor. ff. qui pot. in pignor. hab. vt latiſſimè probat Couarr. in cap. quamuis, de pact. in 6. §. 4. num. 9. verſ. quid ſi aliquis. par. 1. & dicam infra num. 34.* Ideò conſequens eſt, quod ex ea impediatur executio ſententię. *Fely. in cap. ſuborta. de iur. iur. colum. 2.* benè *Surd. deciſ. 292. & Seſſa Aragon. deciſ. 88. num. 3. & ſeq.* & eſt quidem exceptio ſatis priuilegiata, tùm quia nunquam intelligitur excluſa a ſtatuto, reijciente omnes exceptiones, *Bart. in l. amplius non peti. ff. rem rat.*
9 *hab.* tum etiam, quia ex ea remouetur circuitus inutilis, ſatis in iure exolui, prout conſiderat *Præſ. de Franch. in deciſ. 527.* adeò quòd, & ſi expreſsè non opponatur huiuſmodi exceptio, ipſo enim iure fieri compenſationem aduerſus ſententiam, tranſactam in rem iudicatam, ſeruaſſe Sacrũ Conſilium teſtatur *Afflict. deciſ. 121.* quod quidem verè fatetur *Præſ. de Franch. in d. deciſ. 4. & 7.* dummodo propoſitũ ſit factum, ex quo reſultat compenſatio, vt ibi: *nam in omni caſu, in quo ceſſatio ſolutionis affert præiudicium quantum ad pœnam, vſuras, intereſſe, vel aliàs in quocunque effectu mora ſit ipſo iure compenſatio ſine alia declaratione, ſiue petitione, vt dicit Ioan. Fab. in §. in bonæ fidei, inſtit. de action. quem ſequitur Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 3. nu. 8. & ibi de alijs ad materiam.*

10 Solum eſt notandum hic, quòd iſta exceptio, vt operetur, neceſſe eſt, quòd quantitas compenſanda, æqualiter conſtet, & ſit liquida, ſicut petita. *l. ſi debeas, ff. de compenſat. Afflict. in d. deciſ. 121.* vel ſit de proximè liquidanda, in quo verſatur iudicis arbitrium, *Menoch. de arbitr. iud. caſu 15. num. 12.*

11 Secus ſi requireret aliquam notabilem indaginem, nam tunc non impediret executionem, & procederent allegata a *Thor. in compend. deciſ. verſic. compenſationis exceptio oppoſita.* Item non operatur iſta exceptio, quando promiſſio eſt facta cum iuramento, *Couarr. in d. cap. quamuis. §. 4. num. 8. verſ. decimo, par. 1. de pact. in 6. Bart. in l. 1. §. & parui refert. ff. quod vi, aut clam. Neguſ. in 5. memb. 5. par. colum. 2. verſ. ſed dubium. Tiraquell. vbi ſupra*
12 *num. 6.* Item, ſi fuerit renunciatum cũ iuramento huic exceptioni, *Afflict. deciſ. 381.* ſecus verò ſi eſſet facta renunciatio abſque iuramento, ita loquitur idem *Afflict. in deciſ. 121. ſub num. 5.* ibi. *Reſpondetur, quod non fuit renunciatum, nec iuratum.* Et ſic non eſt ſibi contrarius. Item nõ operatur, quando ſententia eſſet lata vigore inſtrumenti cenſualis, *Reg. Rouit. in pragm. 1. de cenſib. num. 28.* Item non poteſt opponi a depoſitario condemnato ad reſtituendum depoſitum. *Couar. vbi ſupr. §. 4. nu. 9. verſ. huic.* Item
13 aduerſus Prælatum, agentem pro fructibus, ſeu cenſibus ſuę præbendę, nam cum illis non poteſt fieri compenſatio, vt eſt deciſum in Sac. Conſ. die 7. Martij, anno 1599. in cauſa Epiſcopi Nicoteræ cum Siſcaris, & Principiſſa Scyllæ penes Actuarium tunc
14 Vaſſallum, & Secretarium. Cæterum pro iſta materia, & quando poſſit opponi exceptio aduerſus ceſſionarium, latè *Theſaur. deciſ. 225.* & in quibus alijs caſibus non procedat, vide adducta per *Thor. in compend. deciſ. verſ. retentio, & ſeq. & collecta per Ricc. collect. 305. par. 2.*

15 Quarta exceptio eſt *nouæ conuentionis*, videlicet, quando partes recedunt a ſententia ex aliquo nouo pacto, nam tunc conſequens eſt, quod victor velit liberare victum ab executione ſententiæ, & ideò quando opponitur, ipſam impedit. *l. 2. §. ſi ex conuentione. ff. de re iud. latè Felyn. & cæteri in cap. ex parte, de offic. iud. deleg. cum alijs congeſtis per Rebuff. vbi ſup. nu. 19.*

16 Verum hodie iſtæ nouæ conuentiones non attenduntur, niſi probetur expreſsè, partes voluiſſe recedere à ſententia, vt ſeruat praxis, per *tex. in l.*

*fin.Cod.de nouation.* niſi facta eſſet delegatio nominis debitoris, idem *Rebuff. vbi ſupr. num.* 21. Item, quòd claræ; & lucidæ ſint comparitiones, in quibus allegantur, adeò quod nulla indigeant declaratione, vt diſponitur in *d. pragm.* 47. §. 2. *& ſub d.* §. 3. & ibi vide in quam pœnam incurrat procurator, allegans, & non probans nouam conuentionem. Sed aduerte, quod tunc procedunt prædicta in noua cōuentione, quando conuentio fit mediante hominis facto, alias ſi ex iuris miniſterio intelligeretur inducta, ſecus erit, & nulla alia requiretur ſollemnitas requiſita à Regia pragmat. exemplum eſt in creditore habente ſententiam ſuper reſciſſione contractus cenſualis annuorū reddituum, & deinde recipiente tertias, quia tunc uidetur receſſiſſe a reſciſſione, vt per *tex. in l.* 2. *C. de iur. don. impetr. tenent communiter DD. vt per Gratia. diſcept. forenſ. cap.* 301. *per totum. lib.* 2. & fuit ſollemniter deciſum in fauorem Illuſt. Ducis Crociæ, me patrocinante, cum Barone Franciſco Antonio de Laurentio, referente Regio Conſiliario de Coſtanzio, penes Actuar. Carbonum. Licet ab iſta opinione videatur diſſentire *Carroc. in tract. de loc. & cond. par.* 4. *tit. de recuſ. q.* 2. *nu.* 28. *Surd. dec.* 317. *cum alijs allegatis per Paſch. de virib. patriæ poteſt. p.* 4. *c.* 6. *num.* 20. *cum ſequen.*

17 QVinta exceptio dicitur *cedendarum*, quæ competit, quotieſcunque eſt aliquis condemnatus ad aliquam rem, cum quo erant alij obligati inſolidum, ad *tex. in l. Modeſtinus, cum concor. ff. de ſolutio.* & conſequenter quouſque non cedantur ſibi actiones a victore, quibus poſſit inde recuperare, quod ſoluit pro portionibus aliorum impedit executionem ſententiæ *l.* 1. §. *non tamen. ff. de tutel. & ration. cum alijs allegatis per Præſ. de Franch. in deciſio.* 406. *&* 662. *& per Surd. in conſ.* 536. *num.* 10. Verùm, ſi nō poſſunt cedi pro rata alicuius, tūc, dempta illa, poterit exequi pro alijs, de quibus cedantur iura, iuxta *tex. in l. fideiuſſor. C. de fideiuſſor. cum concor.* Et aduerte, quod iſta exceptio competit regulariter fideiuſſoribus, & reis inſolidum obligatis, non aut em pluribus tertijs poſſeſſoribus cōuentis a creditore, quia reſpectu iſtorum non cadit contemplatio principaliter conſiderata, vt nequeat creditor exigere plus ab vno, quam ab alio, ſicut in fideiuſſoribus, qui æquale ius fouent, & hac intentione vnuſquiſque videtur interceſſiſſe, vt patet ex traditis per *Afflict. decis.* 343. *Præſ. de Franch. deciſ.* 427. *num.* 3. *&* 476. *num.* 19. *&* 20. *Reg. de Ponte conſi.* 28. *num.* 11. *lib.* 2. Verum practicamus, quod fiat iſta ceſſio in beneficium vnius ex conuentis, cum reſeruatione iurium reſpectu aliorum conuentorum, vt tunc ſint efficaces, ex doctrina *Ant. de Alex. in l. niſi. ff. de ſolutionib.* cuius vigore non procedit iſta exceptio cedendarum, & ſic pluries fuit deciſum in Sac. Conſilio, vt poſt *Præſ. deciſ.* 476. *refert Reg. Rouit. deciſ.* 47.

18 Dubium tamen hic oritur, an vnus ex duobus reis debendi inſolidum, excepto alio, conuentus, & condemnatus poſſit opponere exceptionem diuiſionis, & nō exequi, niſi pro eius rata? vide bene per *Ripam in l. ſi ita ſcriptum à num.* 11. *de legat. primo. Iaſ. in l. fin. col.* 4. *ver. aduerte. ff. ſi cert. pet. & Capoll. in cautel.* 257. & diſtinctionē relatam per *Afflict. deciſ.* 142. cuius contrarium, vide per *Ioan. Fab. in* §. *ex duobus. num.* 8. *inſt. de duobus reis.* Sed

19 hodie eſt determinatum; nam in libello ponitur illa clauſula, videlicet, *vnica ſolutione contentus*; cuius vigore poteſt agi ſolùm contra vnum ex obligatis, nec inducitur diuiſio. *Afflict. d. deciſ.* 142. Difficultas tamen remanſit, an creditor recipiēdo partem debiti ab vno ex inſolidum obligatis, inducat diuiſionem, de qua diſcurrit

20 *Ann. in alleg.* 3. Cæterùm redeundo,

vnde

vnde ſum digreſſus, quibus verbis videatur renūciatum huic exceptioni cedendarum, *Afflict.& ibi Addent. in deciſ.*182.& an includatur in generali renunciatione, quæ fit omnium legum auxilio? *Purpur.in l.*1. *nu.*57. *C.de tranſact.Dec.in l.fin.num.*20.*ff.ſi cert.pet.Gabr.concluſ.*1.*num.*99. *de fideiuſſor.* reliqua ad hanc materiam vide *Præſidem in dictis deciſionibus, & Paſch.de virib.patr.poteſt.cap.*8.*par.*1. *nu.*169.*& ſeq.*

21 SExta exceptio, impediens executionem ſententiæ, eſt illa, quæ dicitur, *quod cum eo, &c.* competens filijsfamilias condemnatis, mediante ſententia, *l.*2.*& tot.titu.Cod.quòd cum eo.* Et operatur, quod non poſſint exequi, niſi in quantum facere poſſint, videlicet, deductio, ne egeant, vt dicit *gloſ.in* §.*ſed & ſi quis, inſt. de act. in ver.poteſt, cum concor.* & procedit etiā ſi poſt debitum contractum, cuius vigore ſunt condemnati, effecti ſint ſui iuris, & ſuccedant patri, cum quo ſe obligauerunt, confecto tamen inuentario, *Minad.conſ.*17.*Reg.Rou.in prag.* 1.*de* §.*C.Maced.num.*25.*& ſequ.& ibi*
23 *de materia.* Sed quid ſi fuerit huic beneficio renuntiatum, & quando non competat? *Riccius coll.*231.*& nouiſſimè Thor.in compen.deciſ.verſ.filiusfamil.renuntians in ſpecie, & verſ.ſeq.& latè de materia D.Paſch.vbi ſup. cap.*9. *par.*2.*Marius Muta in deciſ. Sicil.* 44.
23 *& Giurba deciſ.* 43. & an competat etiam fideiuſſoribus illorum, quibus hæc exceptio competit? *Brun.in trac. de ceſſ. bon. q.*15.4. *quæſt. princ.* & an hoc beneficiū tranſeat ad hæredes, *Præſ.de Franch.deciſ.*698.& alias perſonas, quibus cōpetat exceptio prædicta, enumerat *Aufr.in deciſ.Cappell. Tholoſ.*259.*& Ricc.collect.* 227.*& latè addentes ad deciſio. Præſid. de Franch.* 164.

24 Notabiliter tamen aduertas, quòd dicta exceptio competit donatario, vt non poſſit conueniri, & condēnari pro alimentis, petitis à donante, niſi in quantum facere poteſt. *l.Diuus Pius.ff.de regul.iur.* & *facere poteſt*, intelligitur, ſi dolo facit, quò minus poſsit, dicit *tex.in l.verum.*§.*tempus.ff. pro ſoc.* & quid ſi donatarius offerat alimentare donantem, an ſit facienda deductio rei donatæ, ne egeat? quod ſic, refert deciſum *Præſ de Franch.deciſ.*697.

25 Item è conuerſo iſta exceptio cōpetit patri donanti, ne poſſit conueniri, & cogi à filio, niſi quatenus facere poteſt. *l.inter eos.ff.de re iudic. etiam ſi ex cauſa oneroſa filio pronenissent, vel etiam ſi integrè ſoluturum iurauerit, quaſi huic naturali pietati renuntiari non poſſit, vt verius viſum eſt Sacro Conſilio in cauſa Marchionis Sancti Lucidi, dicit Minad.in rubr.repet.conſtit.in aliquibus, ſub num.*4.

26 Item competit militibus. *l.miles.ff. de re iud.* & per cōſequens etiam feudatario, & Baroni, qui dicitur plus quam miles, ita vt non poſſit contra eum ſententiam exequi, niſi in quantum facere poteſt, *Frect.de ſubfeu. lib.* 3.*verſ.quinto.fol.*257. *& Capyc.in inueſt.feud.fol.*195.*volum.*2.*verſ. an, & quando*, quòd extenditur procedere, etiam ſi contra Baronem primogenitum à fratre ſecundogenito peteretur vita militia, vt per *Andr.in conſtit. Regn.Comitibus; nam debet tantùm remanere primogenito, vt poſſit viuere, ſicut primogenitus, & vt Dominus feudi, dignitate non diminuta, vt dicit Frect. de ſubfeud.*34.*autor.lib.*2.*fol.*225. *De qua re latiſſimè tractat Petrus Gregorius in eius vtili tractatu de vita, & militia.*

27 Item competit iſta exceptio Socero conuento à Nuru, nam non poterit exequi, niſi in quantum facere poteſt, *l.rei iudicatæ.* §.*ſocerb.ff.ſolu.matr.* dummodo dolo non ſit verſatus in promittendo dotem, ſciens illam ſoluere non poſſe. *Aufrer.in deciſ.Capel. Tholoſan.*259.*Alexan. et ibi DD.in l. maritum.ff.ſolu.matrim.et ibi de materia.Aret.in* §.*ſunt præterea, inſtit. de*



Digitized by Google

*actio.latè Præſ.de Franch.deciſ.*164. & an iſta exceptio habeat locum in caſu reſtitutionis dòtium, ſeruata forma conſuetudinis Neap. incip. vbi dos, vide ibi Addentes, & quando quis egeat, vel non, quomodo ſit iudicandum. *Aret.in* §.*item ſi quis.in ſi. inſtit.de action.*

28 Septima exceptio impediens executionem, eſt *retentionis rei pro meliorationibus*, competens alicui poſſeſſori, condemnato ad reſtituendam rem, videlicet, vt prius ſibi ſoluantur expenſæ meliorationum, quò caſu impediet ſententiæ executionē per dictam retentionem rei. quouſq; ei non fuerint ſolutæ.*l.& ſi in area.ff. de condit. indeb. l. in fundo.ff. de rei vendic.cum concor. alleg.per Capyc. deciſ.*17.*num.* 7. *Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ.*34.*num.*17. *Seſſa Aragonen. deciſ.* 71.*num.*1.*& ſeq.Peregrin. de fideicom. art.*50.*titu.de impenſ. par.* 3. *num.* 80. *Præſ.de Franch.deciſ.* 112. *num.* 1. Et 29 ampliatur, quòd poſſit retineri non ſolum ipſa res meliorata, ſuper qua eſt lata ſententia, ſed etiam alia res, forſitan illi vnita, *Peregrin.vbi ſupra num.*69.*verſ.quarto quæro.* Ratio eſt, quia res vnita aſſumit naturam rei, cui fit vnio, *Bart.in l.ſi conuenit.* §.*nuda.ff.de pigno act.* Secus verò ceſſante vnione, quia tunc retentio daretur tantum pro parte meliorata, & procederent adducta per *Borgnin. Caualca. in deciſ.*28.*ſub num.*5. & tunc ſententia mandans reſtitui rem, ſolutis meliorationibus, poterit mitti executioni in rebus non melioratis, iuxta tradita à *Paul.de Caſtr. in conſil.* 270. *lib.*1. *de quo meminit Tiraquell. de retract.conuent.*§. 2. *gloſ.* 1. *ſub num.* 11. vbi vide bene de his. Verùm vt iſta exceptio habeat locum in praxi, tria requiruntur.

30 Primò circa expenſas, quæ ſunt in triplici differentia, videlicet, aliæ ſūt vtiles, aliæ neceſſariæ, & aliæ voluntariæ.*l.*1.*ff.de impenſ.in reb.dotal. fact. l.certum.C.de rei vendic. Peregrin. vbi ſupra*, latè explicat *Conſil. de Georg. alleg.*1.*num.* 13. Et tam neceſſariæ, quā vtiles repetuntur, nam voluntariæ fiunt ad ornatum rei, & cauſa delectationis, & per conſequens de eis non habetur ratio, *DD.in d.l. in fundo ff.de rei vendic.* & illas ſolum deducit poſſeſſor, non per modum æſtimationis, ſed per abraſionem, ſic probat *tex.in d.l.in fundo, latè Aloiat. in l. impenſa, de. verbor. ſignif.* ſed intelligo iuxta declarationes relatas per *Menoch.de recuper.poſſeſſ.remed.* 15. *num.* 530. *& ſeq.*

31 Secundum requiſitum eſt, vt meliorationes, tempore executionis ſententiæ reperiantur liquidæ, & claræ, alias ſi in eorum liquidatione requiratur maior indago, præſtita cautione per victorem de illis reſtituendis, nō obſtante dicta exceptione, exequitur ſententia.*Peregrin.vbi ſupra num.*82. *Menoch, vbi ſupra, à num.*568. *verſ. vt ego, Borgnin.Caualc.d.deciſ.*28. *num.*6. *Pute.deciſ.*471. *lib.*2. *cum alijs allegatis per Ricc.collect.*150. & ſi partim reperiantur liquidæ, partim verò illiquidæ, pro liquidis competeret dicta retentio, quouſque nō ſoluantur, & pro illiquidis ſufficit dicta cautio, ex adductis per *Seſſ.Aragonen.d.dec.*71. *nu.* 11. Vel & ſi claræ, & liquidæ non ſint, ſed de proximò liquidandæ, puta, ſi ſuper eis ſit facta probatio, iuxta tradita per *Doctores in l. pretia rerum. ff. ad leg.Falcid.qua in vnum colligit Frāciſc.Marc.in deciſ.Delphin.*485.*par.*1. adhuc inducerent retentionem. Vel licet nō eſſent probatæ, & de eis conſtaret ex aſpectu, nam tunc, vel quòd iudex mittat expertum ad illas taxandas, vel ſecum ducat ſuper faciē loci, iuxta practicam relatam à *Marc. vbi ſupra, ſub num.* 11. adhuc impediunt executionem, *Bal.in l.*1. *nu.*28. *Cod de fruct. & lit expenſ.* & ita ſeruat Sacrum Conſilium, teſtatur *Vrſill. ad Afflict. in deciſ.* 205. *ſub num.*7. & ſecundum iſta procedit deciſio relata à *Capic.* 17. ponderando illa finalia

verba,

Digitized by Google

verba, videlicet, *Fuit decretum, quod vadat Commiſſarius, qui liquidet, &c.* Verùm, quando agitur de acceſſu, ſeu viſura loci, facienda per cauſæ Commiſſarium, tunc debet peti infra menſem, numerandum à die, quo fuit relata, & introducta cauſa, iuxta *Regiã Pragm.* 28. *cap. Illuſtriſs. Comitis Lemenſ. cap.* 25. & vide aliam pragm. in eam mentionatam.

32 Tertium requiſitum eſt, vt opponens dictam exceptionem, ſit bonæ fidei poſſeſſor, *cap. 1. §. ſi vaſſallus, hic finitur lex Corradi, cum alijs adductis per Ludou. deciſ. Peruſ. 34. num. 6. & 9.* quia, ſi eſſet malæ fidei, non poterit vti dicta exceptione retentionis, vt concludit *Gabr. conſ. 5. num. 112. lib. 5. cum alijs allegatis per Borgnin. Caualcan. in d. deciſ. 28. ſub num. 5.* niſi eſſent meliorationes neceſſariæ, quia illas benè poterit deducere *l. domum. C. de rei vendic. iuxta declarationes relatas per Menoch. in dict. remed. 5. recuper. poſſeſſ. num. 537. & ſequen.* nam ſi eſſent vtiles, competeret ei tantùm detractio, & abraſio, vt per *Menoch. vbi ſupra, nu. 540. & ſeq.* Quid autem ſi eſſent immodicè facta melioramenta an repetendæ, *Gaillus lib. 2. obſer. obſer. 12. num. 6.* dicit quòd non, quia non dicuntur vtiles, quæ tam magnæ ſunt, ne cogeretur dominus rem pro derelicto habere, *ex tex. notab. l. ſi ſeruus. ff. de pignor. act. & alijs per ipſum*

33 *Gaill. allegatis d. num. 6.* Sic etiam dicimus de emphyteota, qui priuatur re emphyteotica propter culpam, vel canonem non ſolutum, nam tunc pro meliorationibus non haberet retentionem, cum illas amittat. *Præſes de Franch. deciſ.* 191. & cur non ſic in colono, qui cecidit à re conducta propter canonem non ſolutum? *vide Iaſ. in l. 2. num. 8. C. de iur. emphyt. Menoch. vbi ſupr. num.* 551. Sic etiam in feudatario, qui priuatur feudo propter delictum, vel feloniam, nam tunc amittit meliorationes, *Guid. Pap. deciſ.* 199.

34 Viſis requiſitis pro coronide huius exceptionis ſunt tria videnda. Primò, an fructus percepti à re poſſeſſa poſt ſententiam, excomputentur cum expenſis, factis in dictis meliorationibus, & regula eſt, quòd ſic, *in l. ſumptus, & l. emptor. ff. de rei vend.* quæ ampliatur, etiã ſi ſententia eſſet lata conditionaliter, videlicet, ſolutis meliorationibus, & ideò tunc ly, *ſolutis*, explicat, id eſt, *compenſatis, Præſ. de Franch. deciſ.* 527. *num.* 11. nec eſt mirum, cum ſolutionis nomen includat omnem liberationis modum, vt dixi ſupra *num.* 5. & ſic etiam includit compenſationem, *Regens Rouitus in pragm. 24. num. 40. & ſequen. de feud.*

35 Verùm regula iſta limitatur, quòd non procedat in fructibus perceptis ex eiſdem meliorationibus. *Alex. conſ. 154. volum. 6. Bero. in quæſt. 22. Afflict. deciſ. 87. Capyc. deciſ. 197. & ſic deciſum refert Aragon. vbi ſupra num. 6.* quod ſatis notandum duxit *Borgnin. in deciſ. 28. num. 8. Præſ. de Franch. dec.* 705. ſic etiam non procedit reſpectu ratæ pecuniæ ſoluendæ per actorem, nam pro ea fructus lucrantur per reum condemnatum, quouſque ſoluta non fuerit, *iuxta deciſ. Gamm.* 96. De alijs verò ad materiam huiuſmodi compenſationis, vide *Ang. in l. diuortio. §. impendia, vbi Barboſam, & cæteros, ſolu. matr. Peregrin. vbi ſupr. num. 64. Neguſant. de pignor. 5. par. 5. memb. col. 2. & ſequ. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 20. vol. 7. verſ. vel in hoc. Bero. conſ. 79. num. 62. lib. 2. Ludouic. d. deciſ. 34. num. 20. & deciſ. 58. num.* 12. Sed qualiter pro iſta materia probabitur quantitas fructuum perceptorum, videndus eſt *Bald. in l. 1. num. 16. C. de fruct. & lit. expenſ. & in l. fundum. C. de rei vend. Curt. iun. conſ. 19. vol. 2. Petr. Beninten. in deciſ. Bonon.* 64.

36 Secundò eſt videndum, qualiter ſit facienda æſtimatio dictarum meliorationum? *Borgnin. vbi ſupra in hoc breuiter ſe expedit,* dicens, *quod ſemper ad vtilitatem illius, qui tenetur, meliorationes*

Digitized by Google

*rationes reſtituere, aſtimari debent, adeo, quòd tempus, quo minus expenſum fuit, aut minus res valet, attendi debet*; & ibi exemplificat, & allegat, quod ego verum puto, quando eſſet poſſeſſor bonæ fidei, cõuentus à domino, rei ven dicatione, *Anna ſing.* 182. Vel ſit hæres grauatus fideicommiſſo, & feciſſet meliorationes in re ſubiecta reſtitutioni; nam tunc etiam procedit dicta diſtinctio circa æſtimationẽ, quoniam quòad hoc d. bonæ fidei poſſeſſori comparatur, *Præſ. de Franch. deciſ.* 105. Secus verò eſt in poſſeſſore, conuento à creditoribus Domini actione hypothecaria, nam tunc debet fieri æſtimatio meliorationum, attento tẽpore reſtitutionis, etiam quòd minus fuiſſet impenſum, *de Franch. deciſ.* 38. *verſ. Item aduertendum, & deciſ.* 456. *num.* 3. *&* 4. Ratio eſt, quia tunc dictus poſſeſſor reputatur, & ſtat loco domini, ſed in fauorem domini conuenti hypothecaria, deductio fit iuxta pretium faciendum tempore reſtitutionis. *Ann. d. ſing.* 172. *ergo, &c.* & dicto argumento vtitur *Præſ. de Franchis d. deciſ.* 456. *ad qua vide benè de Pont. conſ.* 52. *vol.* 1.

37 Tertiò eſt videndum, qualiter ſit faciendum appretium expenſarum erogatarum? & de eo ſtandum eſſe relationi expertorum, dixi infra in remedio iuris offerendi, & ſignanter in iſtis terminis non attenditur perceptio fructuum, quando appretium fit circa arbores, quia illa prouenit ex fertilitate territorij, & in eorum plantatione nullus eſt quaſi labor, vt dicit *Rolan. à Vall. conſ.* 28. *lib.* 1. *vbi de materia.* Hinc Sacrum Conſilium ex ſtylo taxat vnum carolenum pro quolibet populo, ſeu pioppo plantato, vt dicit Præſes, & practicatur. Cæterùm quomodo valor rei probetur, ſed quid de meliorationibus factis poſt ſententiam, & condemnationem? vide *Mutam in deciſ. Sicil.* 51.

38 INſuper eſt hic aduertendum, an ſupradictæ exceptiones impedientes executionem ſententiæ, poſſint opponi coram executore, & executor debeat, & poſſit de illis cognoſcere: videndi ſunt *DD. in l. à Diuo Pio. ff. de rei vendic. Loffred. in conſ.* 47. *col.* 3. *nu.* 8. *& ſequen.* & ibi vide, quando executor dicitur ſimplex, vel mixtus, & etiam *Dec. in conſ.* 198. *col. fin. & de materia vide Vital. in tracta. clauſ. fol.* 27. *& latiſſimè Menoch. de arbitr. iud. q.* 38. *& colligit Ricc. in coll.* 748.

39 VLtimò pro coronide huius materiæ eſt ſciendum, quod interdùm poſt ſententiam ad impediendam eius executionem cõparet tertius, & ſub prætextu eius formalis intereſſe prætendit impedire executionem: de qua re multa ſunt exempla, & ſignanter in uxore, petente ſe aſſecurari propter vergentiam viri ad inopiam ex beneficio. *l. vbi adhuc. C. de iur. dot.* & proinde impedire executionem ad inſtantiam creditorum viri: quo caſu non poterit, vt latè per *Theſaur. deciſ. Pedem.* 207. Sed contrarium videtur tenere *Caſſan.* de quo meminit *Anna ſing.* 596. Verùm tam in iſto, quã in alijs caſibus, quando iſte tertius cum effectu oſtendit, & docet aliquo modo de ſuo intereſſe, & quòd læderetur per executionem, tunc præſtita cautione de reſtituendo, etiam reſpectu prætenſorum per ipſum tertium, exequitur ſententia, vt praxis ſeruat, ſumpta ex *tex. in l. is à quo. ff. de rei vendic. & teſtatur Fely. in cap. veniens, il ſecundo, de teſtib.* Nam tunc ex quò eſt cautus per dictam cautionem, poterit de nouo agere pro ſuo intereſſe, vt dicit *Præſ. de Franch. in deciſ.* 289. *num.* 2. Reliqua ad hanc materiam huius tertij comparentis proſequitur *Afflict. in deciſ.* 15. *&* 235. *Boer. deciſ.* 79. *Beninten. deciſ. Bonon.* 67. *num.* 12. *& deciſ.* 75. *nu.* 6. *& Borgn. Caualc. deciſ.* 10. *Ludouic. in deciſ. Peruſ.* 26. *latè Conacr. pract. quæſt. c.* 16. *& nouiſſimè colligit Ricc. coll.* 1354 *Amatus var. reſol. reſol.* 84. *n.* 26. *lib.* 2.

DE

Digitized by Google

## DE REMEDIO APPELLATIONIS, impediente executionem sententiæ.

## CAP. IV.

### SVMMARIVM.

1 *Appellatio an extinguat, vel ſuſpendat iudicatum.*
2 *Attentatum dicitur, quod fit, pendente appellatione, & de materia remiſs.*
3 *Attentatum quando ſit reuocandum, explicatur, & nu. 4.*
5 *Appellationis materia remiſsiuè.*
6 *Appellatio quando propriè dicatur.*
7 *Decretatio Præſidis S. R. C. de verbo faciendo, quando ſit præſentanda.*
8 *Appellatio qualiter ſit interponenda in praxi, & quid ſi ſententia partim eſt in fauorem, partim verò contra. n. 9.*
10 *Appellatio facta ab vno ex condemnatis, an prodeſt alteri? & de materia remiſs. num. 11.*
12 *Appellationis renũciatio ab vno ex condemnatis facta, an officiat alteri.*
13 *Appellationi quonam pacto intelligatur renunciatum, latiſſimè explicatur, & nu. 14.*
15 *Appellatio an poſſit fieri ad aliquem Iudicem, omiſſo medio, & quando, latè enucleatur in praxi, & num. 16. 17. & 18.*
19 *Iudex appellationis, quis ſit, quando appellatur à ſententia lata à Iudice conſtituto ab Eccleſia habente iuriſdictionem inter laicos. Item à concluſione facta ab vno ex Sedilibus huius Ciuitatis Neap. nu. 20. Quid ſi condemnati habeant diuerſos Iudices. num. 21. Quid in ſententijs latis in Regijs Audientijs infra ſummam. nu. 22. Quid à decretis latis in Magna Curia Vicar. & in qua ex quatuor Aulis Sac. Conſ. eſt committenda. n. 23. Et quid ab actibus factis à Prorege huius Ciuitatis. nu. 25.*
26 *Tropeæ Ciuitas nobilis, & aliis eſt prærogatiuis decorata.*
27 *Octauii Cloritii laudes.*
28 *Appellatio infra quot dies ſit facienda, & quid in ſententiis M. C. V. nu. 29. & de iure Regni. nu. 32.*
30 *Copia proceſſus infra quod tempus ſit præſentanda coram iudice, ad quem, & quid in Sac. Conſ. ſeruatur, caſu quo poſtea præſentetur. n. 31.*
33 *Appellationi quando non deferatur, plures enuntiantur caſus.*
34 *Sententia aſſiſtentiæ, non obſtante appellatione, exequitur quoad caput adiudicationis, & quando, ibid.*
35 *Reclamatio datur à ſententiis S. R. C.*
36 *Reclamatio non proſequitur, niſi facta prius executione ſententiæ, & quando. num. 39. & quid ſi eſſet penes victorem. num. 37. & quid ſi pars aduerſa ſit paſſa dari terminum abſque executione. nu. 38. & quid ſi Victor ſit adeò pauper, vt nequeat præſtare cautionem. num. 40. & quid tunc praxis ſeruet. n. 41.*
42 *Reclamare an poſſit principalis, ſi procurator omiſit.*
43 *Recurſus ad ſuperiores, in quo ſit reclamationi ſimilis, & quãdo concedatur, & ab illa differat. ibid.*
44 *Appellatio à duabus ſententiis conformibus non datur.*
45 *Conformes quænam dicantur ſententiæ latiſs. explicatur exemplis.*
46 *Appellatio non datur à ſententiis M. C. V. continentibus ſummam ducat. 150. & quando, declaratur nu. 47. & 48.*
50 *Appellatio deſerta, ſententiæ executionem non impedit, & quot modis ſic dicatur. n. 50. & 51.*
52 *Fatalia quando non currant.*
53 *Stylus S. R. C. quod procedatur in reclamatione non obſtante curſu fatalium, quomodo intelligatur, & refertur deciſio.*
54 *Appellationis cauſa eſt eiuſdem naturæ, ac prima inſtantia.*
55 *Teſtes, ſeu articuli iidem producti, ac in prima inſtantia, an poſſint produci in cauſa appellationis, & quando, latè declaratur.*

1 VIdimus ſupra de exceptionibus impedientibus executionem ſenten-

ſententiæ, ſequitur videndum de remedijs,& primo de appellatione, ex qua non ſolum ſuſpenditur iudicatũ, *l.1.in fin.ff. ad Turpill.* Sed extinguitur habito reſpectu ad præſens,vt dicit *Bal.in l.tale pactum,qui procurauit.ff.de pactis*,& ideo tunc cauſa dicitur conuerti ad terminos litis conteſtatæ *l.demum.C.de appell.* Adeo quod ceſſat præſumptio: quæ eſt pro ſententia,niſi denuò iuſtificetur,ad *tex.in l.*
3 *Herennius.ff.de euict.* Hinc eſt, quod appellatione interpoſita,partes iudicis a quo quieſcunt, cùm quieſcat eius iuriſdictio,*Abb.in cap.fin.num.6. de ſequeſtr.poſſ.& fruct.* Et ideò quicquid fit ab eo,dicitur attentatum, vt in tot.tit.nil nouari appellatione pẽdente in pandectis,quod ante omnia reuocatur a iudice ad quem, vt ibi. De cuius materia remitto me ad tradita per *Couar.pract.quæſt.cap.23.& 24.& Lancellot. in amplo tractatu de attentat. et Affl.dec.98.*

Solum duxi notandum,quòd hæc proxima dicta de attentatis intelliguntu;quãdo verſantur circa ea,quæ executionem ſententiæ reſpiciunt, nam tunc non ſolùm ſunt reuocanda, ſed etiam,ſi ſumus in actu irretractabili, impunè poteſt à partibus reſiſti, ad tradita per *Catal.in tract.de indul. cap.40.num.6.* Secus verò quòad alia non tangentia ſententiæ executionẽ, nam omnia alia poteſt facere,quæ poterat ante ſenteutiam. *Praeſ.de Frãch. deciſ.370.num.15.* Immò omne grauamen a ſe illatum, poterit corrigere,ne corrigatur ab alio.*Reg.Rou.in rubr.de appell.num.10.*& ideò eius interlocutoriam poterit reuocare, etiã quòd habeat vim diffinitiuæ, *Capyc. deciſ.1.num.23.quem ſequitur Viu.dec. 54.nu.9.cum concor.*& conferunt pro materia dicta ſupra in *cap.2.par.3.*

4 Secundò intelligenda ſunt prædicta de attenratis, quando agitur de appellatione a ſententia diffinitiua, non ſic ab interlocutoria, niſi poſt inhibitionem factã iudici a quo, iuxta diſpoſitionem *cap.non ſolum, de appellat.Thom.Triuiſ.in deciſ.Venet.6.nu. 7.lib.1.*& circa inhibitionem, vide collecta per *DD.in cap. Romana. §.ſi etiam,de appell.in 6.& per* Riccium *in coll.*204.

5 Cæterùm de iſta materia appellationis,videlicet,quæ ſit,& quando validè interponatur in praxi, latè *Carauit.ritu 236.Lancell.in d. tract. de attentat.art.50.Acdr.in cap. 1. §.ſin autem, quo temp.miles. in vſib.feudor.*& regulariter quilibet,& a quolibet iudice poteſt appellari.*Reg.Rou.in dict. rubr.à num.1.*& ſic etiam ab omnibus ſententijs, & de aliquibus meminit *Ricc.in collect.166.& 167.* Et licet de dicta materia latiſſimè adſint tractatus,& practici abundè ipſam pertractent,breuiter tamen notabo.

6 PRimò, quòd proprie appellatio eſt a ſententia diffinitiua; ab interlocutorijs verò,vel alijs actibus,vt ſunt cõcluſiones,nominationes Collegiorum, ſeu Vniuerſitatum,& ſimilium,dicitur prouocatio,*Muſcatell.in pract.ſecundæ inſt.gloſ. ſententia. num. 61.& ſequen.* quòd eſt notandum in materia ſtatuti,loquentis de appellatione,vt per *Abb.in cap.fin.de ſequeſtr. poſſ.& fruct.num.2.*& ſatis differt appellatio vna ab altera, nam prima valet,& ſi non contineat cauſam, ſecus ſecunda, cum appellatio ab interlocutòrijs requirat expreſſionem grauaminum,benè *Muſcat.vbi ſupra nu. 49.& ſequen.* niſi eſſent interlocutoriæ, quæ haberent vim diffinitiuæ, *Bellam.concl.417.Triuiſ.in d.deciſ. Ve-*
7 *net.4.nu.14.* Verum indifferenter ſeruatur in praxi,quòd à decretis etiam interlocutorijs Magn.Cur. Vicar. recurritur ad Præſidem S. R. C. à quo obtinetur, attenta qualitate negotij, decretatio, quòd Magna Curia verbum faciat in Sac. Conſil. vbi diſcutitur de iuſtitia decreti lati,& ſi reperiatur in eo grauamen,ipſo emendato,iterum cauſa remittitur ad Magn. Curiam, vt poſſit procedere ad diffinitiuam,

Digitized by Google

nitiuam. *Reg. Rou. in pragm. 9. de offic. S.R.C.* & dicta ſupplicatio, cum decretatione de verbo faciendo, debet præſentari in proceſſu eodem, vel ſequenti die, quo fuit decretata, vt in *pragm. 50. de offic. S.R.C.* & quando dictus Præſes eſſet abſens, impeditus, vel ſuſpectus, tūc Regiæ decretationes fiunt per Sac. Conſil. in aula vbi reſidet Decanus, & ſic ſeruamus. *Regens Tap. in Ius Regni, & propriè in pragm. 8. eod. tit. de off. S.R.C. lib. 2.*

8 SEcundò principaliter noto, quòd appellatio poteſt fieri ſolùm per verbum, *Appello*, tàm in ſcriptis, quàm orerenus. *l. 2. de appell.* Sed hodie ſeruatur, vt fiat in ſcriptis, ſicut in Romana Curia ſeruari teſtatur *Veſtr. in pract. Cur. Rom. lib. 7. num. 28. & ſequen.* Imò optima praxis eſt, quando ſententia continet plura capita, ex quo tot ſententiæ dicuntur, *gloſ. in cap. 2. de ordin. cognit. cum concor.* non ſic ſimpliciter appelletur, ſed cum illa clauſula, videlicet, *Appello à partibus, & capitulis, quatenus contrà me faciunt, quatenus verò in fauorem accepto.* Quia operabitur talis appellatio actum ſuſpenſiuum iudicati in illis, quę ſunt contra appellantem, & in reliquis poterit peti executio ſententiæ, vt benè examinat *Boer. deciſ. 73.* vbi de aliis ad hanc materiam. *Veſtr. vbi ſupra num. 29. & 30.* Sed ſanè intelligas, quando

9 dicta capita ſententiæ ſunt diuerſa, vt loquuntur proximè citati DD. ſecus verò, quando ſunt connexa, nam tūc plura capita reputantur vnum, & per conſequens nō poterit ſententia pro parte acceptari, & pro parte reprobari, vt ex *l. in hoc iudicio. ff. famil. erciſc. & aliis deduxit Menoch. de arbitr. iud. caſ. 93. lib. 2. num. 27.* & quando capitula dicantur diuerſa, & ſeparata, benè *Bal. in l. ampliorem. C. de appellat. & latè per eundem Menoch. vbi ſupra caſ. 95. lib. 2.*

10 TErtiò noto, quòd appellatio facta ab vno ex condemnatis, prodeſt omnibus, eandem cauſam habentibus, ita ſummat illum *tex. in l. 1. C. ſi vnus ex plurib. Mattheſil.* dicens de illo titulo eſſe hodie caſum in *cap. penult. extra de appellat.* & iſta regula procedit, etiā ſi ſententia contineret multa capitula, ſed eſſent annexa, vel connexa, per *tex. in l. emptorem. C. de appell.* vt benè *notandum relinquit Præſ. de Franch. in deciſ. 467.* Reliqua ad hanc materiā diſcurrit *Bart. in l. ſi quis ſeparatim. §. quod eſt reſcriptum, & in l. à ſententia. ff. de appellat. Dec. in cap. vna ſententia, de appellat. Aymo. conſ. 278. col. 15. Loffred. conſ. 8. num. 12. Couar. pract. quaſt. cap. 15.* Et perſecutio vnius, an proſit alteri, *Bal. l. 1. in fin. C. ſi in com. ead. cauſ.*

12 Sed è contrario, an ſi vnus ex condemnatis renuntiauerit appellationi, noceat talis renuntiatio alteri? benè *Bal. Alberic. & cæteri in l. 2. C. ſi vnus ex pluribus. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi quis ſeparatim. ff. de appell. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 89. num. 3. & de aliis plenè Maſcatel. in d. pract. ſecunda inſt. gloſ. poteſt.* Et quid ſi adſit appellationi adhæſio? benè *de Pont. in conſ. 6. & 7. vol. 1.*

13 Dubium tamen eſt, quando appellationi intelligatur tacitè renunciatum? de qua re multi ſunt caſus, & ſignanter quando quis petit dilationem ad ſoluendum id, ad quod fuit per ſententiam condemnatus; nam tunc videtur appellationi renuntiare. *l. ad ſolutionem. C. de re iud.* quod ampliatur etiam, ſi dicta dilatio petatur a procuratore, nam tunc etiam intelligitur appellationi renunciatū in præiudicium domini, vt ſingulariter notauit *Hippol. in ſing. 186.* ſed latè de materia dicti textus, vide *Soccin. conſ. 220. col. fi. volum. 2. & Capell. Tholoſ. deciſ. 194. & latè Gabr. concl. 3. titu.*

14 *de appell.* Item renunciatum cenſetur appellationi, omni actu ei contrario, qui fit ab appellante coram iudice a quo, iuxta *regul. tex. in cap. ſolicitudinem de appellat. cum concor.* dummodo ſit actus ille à parte aduerſa acceptatus, vt notat *Io. Lopez in repet. cap. per*



Digitized by Google

*ueſtras,notab.4.ſuper tex.nu.43. mihi fol.237.extra de don.inter vir. & uxo.* Reliqua circa renũtiationem appellationis,diſcurrit *Felyn.in cap.ex parte.§. appellatum,de reſcript. & congerit Ricc.coll.902.*

15 QVartò principaliter noto, quòd appellatio debet fieri ad ſuperiorem iudicem,ad quẽ iuxta tradita per *Papienſ.in form.appellat.à ſent.diffin.in princ.num.9. verſ. inde quæretur.* adeò, quòd, omiſſo medio, non valeret.*cap.dilecti de appell.Specu. eodem tit.§.nunc tractemus,verſ. ſi verò.nu.5.Triuiſ.deciſ.Venet.7.tom.1.* Sed iſta regula fallit multis modis colle-16ctis per *Ricc.coll.* 903. & ſignanter ex præheminentia Magn.Cur.Vicar. ad quam poteſt appellari a ſententijs Baronum,& aliorum inferiorum,omiſſis medijs, vt ſtatuitur in *ritu* 52. niſi adeſſent in medio iudices ſecundarum, & tertiarum cauſarum, ex priuilegio, vel conſuetudine,vt ibi aduertit *Carauit. num.3.* Immò tunc,ſi de facto appelletur ad Mag.Curiam, iudices ipſius remittunt cauſam iudici ſecundarum,& tertiarum cauſarum,quibus competit, iuxta diſpoſitionem *tex.in l.Imperatorem ff.de appel.* quem ad hoc propoſitum allegat *Caraa.in rit. 236. num.9.* & quando remiſſiò fit iudici ſecundarum cauſarum,& adfinaliter tertiarum,tunc non poterit præfigi terminus pro expeditione cauſæ ab ipſa Magna Curia, quia iſta comminatio ſpectabit ad iudicem tertiarum cauſarum, ex adductis per *Ann.in ſingul.269.& alijs allegatis per doctiſſ.Thorum in compen. dec.verſ.remittẽs cauſam tom.1.* Aliud 17 exemplum, quando appellatur à ſententijs latis a Delegato Regis, cuius iudex ad quem,erit Mag.Cur. omiſſo alio medio,vt dicit *Afflit.in conſt. Regn.ſtatuimus,col.5.* Quid in delega-18to a Sac.Reg.Conſil.vide *Gramm.deciſ.9.* Cæterùm quid a ſententia lata a Delegato Ordinarij, vel ſubdelegato,ad quem appelletur,vide *tex.in cap.ſuper quæſtionum.§.porrò, ubi Innoc.de offic.& poteſt.iudic.deleg.Bar.& DD.in l.1.§.fin.ff.quis,& à quo appell. & per glo.in l.1. C.ne quis, in ſua P ract. Papienſ. vbi ſupra. Franc.Marc. deciſ. Delph.*419.

19 Hinc enim aduertendum eſt circa aliquot caſus,in quibus dubium eſt, cuius ſit iudex appellationis; puta, a ſententijs,latis a Iudicibus, conſtitutis ab Eccleſia,poſſidente iuriſdictionem inter laicos in hoc Regno acquiſitã inueſtitur a Rege,vel aliquo modo permiſſo,an tunc ſit appellandum ad ipſum Regem,vel Summum Pontificem? vide *Capyc.deciſ.127. num.2. Guid.Pap.deciſ.*515.*& latiſſime diſcurrit Regens de Ponte in deciſ. Collater.2. per tot.* Item a concluſionibus, factis 20 in aliquo Collegio, vel Sedili nobilium, ſi in Tribunali, ad quod poteſt appellari,adſit Conſiliarius vnus,uel plures de dicto Collegio,& Sedili,ad quem ſit appellatum? *Regens Rou.in pragm.1.de ſuſpect.official.num.34.vbi de intellectu l.1.§.ſolent,quando appell.* 21 *non ſit neceſſe.* Item ſi plures eſſent condemnati,& appellaſſent ad diuerſos iudices, coram quo ſit procedendum,vide *Thom.Triuiſ.deciſ.Venet.7.nu.8.& ſequen.cauſar.ciuil.*& ibi,quid ſi condemnatus habeat plures iudices,ad quem appellabit, & cui detur electio,& infra quod tempus debeat fieri,& ſemel facta electione, an inde locus ſit pœnitentiæ. *Anna ſingul.30.* 22 *Reg.Rou.d.pragm.1. num.24.* Item a ſentẽtia,lata ab aliqua ex Regijs Audientijs,ſpecificatis in *pragm.7.de off. S.R.C.* quando continet ſummam ducatorum 50. appellatur ad Gubernatores,qui procedere debent cum cõſilio Doctoris, partibus non ſuſpecti, 23 vt ibi.Item a ſententijs Magn.Curiæ Vicar.appellatur ad Sacrum Conſ.& cauſa committitur à Præſide vni ex Regijs Cõſiliarijs quatuor Aularum, niſi de aliquo incidenti ante diffinitiuam fuerit præuia decretatione ſe verbo faciendo, vt dixi ſupra num.

facta

facta relatio in Sacro Conſilio, nam tunc alicui ex Conſiliarijs eiuſdem Aulæ, vbi facta eſt dicta relatio, debet a Præſide cauſa appellationis committi, iuxta diſpoſitionem *Reg. Prag. de qua meminit Præſ. de Franch. deciſ.*
24 528. & ibi de eius intellectu. Item a ſententijs, latis in Sacro Conſilio ex eius præheminentia appellatur, ſeu reclamatur ad eundem, & eius Iudices, verum cauſa committitur alteri, ſed eiuſdem Aulæ, *Præſ. de Franch. d. deciſ.* 528. *in fin.* Item a ſententijs Sac. Conſ. appellatur, ſeu recurritur ad Proregem huius Regni, & Collaterale Conſilium, vt in dies obſeruatur.
25 Et demum à ſententijs, latis in Collaterali Conſilio, recurritur ad Catholicam Maieſtatem, immò etiam ab actibus extraiudicialib. factis a Prorege, recurritur ad Regem, vt per Doctores *in d. cap. ſuper quæſtionum. §. porrò.*
26 Hinc cum fuiſſet ab Illuſtriſſimo Comit. Lemenſ. vendita Ciuitas Tropeæ Illuſtriſs. Principi de Scylla, habito recurſu ad Regem, ab ipſo fuit declarata nulla, & inualida dicta venditio, & quod reſtituatur ipſa Ciuitas in poſſeſſione Demanij, vt patet ex litera Regia ſub die 6. Decemb. 1613. regiſtrata in Cancellaria, patrocinante V.I.D. Aloyſio Lauro, de dicta Ciuitate eius Patria benemerito, & alijs, qui quidem vltra multa inconuenientia, quæ ex dicta venditione proueniebant noſtro Inuictiſs. REGI narrarunt infinita, & antiquiſſima priuilegia ab eius prædeceſſoribus conceſſa dictæ Ciuitati: Similiter vetuſtatem, pulchritudinem, & nobilitatem, prout dicit *Marinus Frecc, in tract. de ſubfeud. lib. 1. tit. de prouinc. & ciuitatib.* Reg. *ſub num.* 48. ibi, *Epiſcopus Tropienſis vetuſta Ciuitas Herculis portus, nobilis, pulchra, & locus amænitate inſignis.*
27 In hac Ciuitate nonnullæ familiæ præclaræ, & antiquiſſimæ nobilitatis floreſcũt, & Galupporum ab hinc ſpatio mille annorum publica documenta teſtantur.

28 Qvintò principaliter noto circa tempus, quòd appellatio debet fieri infra decem dies, decurrendos à die intimationis, vel latæ ſententiæ. tam diffinitiuæ, quam interlocutoriæ, *Angel. in l. à ſententia, §. ſi quis in princ. ff. de appellat. cum alijs allegatis per Regent. Ronit. deciſ.* 16. *nu.* 1. *&* 2. ſecus in Sac. Conſ. & quando, idem *Reg. Ronit. in pragm.* 5. *nu.* 4. *&* 5. *de appell.* Quid ſi pars fuiſſet præſens tempore lecturæ, vel fuiſſet cõtumax in tota cauſa, *Muſcatell. gloſ. poterit, in pract. ſecunda inſtan.* & ibi de materia, quid in domino, an poſſit appellare infra decem dies à die notitiæ, ſi procurator omiſerit, *Gramma. in add. ad deciſ. Afflict.* 344. dicit, quod ſic, & refert deciſionem, & quod dominus poſſit reſtitui aduerſus negligentiam procuratoris, qui non curauit appellare, quando non eſt ſoluendo, fundat *Gaill. obſer.* 45. *lib.* 1. *pract. obſer.* Etiam appellatione interpoſita infra dictum tempus, appellans habebit annum ad ipſam proſequendam, vel ex cauſa biennium, *iuxta tex. in auth. ei qui. C. de tempor. appellat. Carauit. rit.*
29 169. *num.* 8. Verum, ſi ſententia eſſet lata a Magn. Cur. Vic. non ſolùm appellatio debet fieri infra dictum tempus decennij, ſed obtineri inhibitoria in forma a Conſiliario cui cauſa fuit commiſſa, vt ſupra, alias elapſo decennio, procederetur ad executionem ſententiæ, & in iſta obſeruantia
30 ſtat Magna Curia. Aduertas etiam, quòd, vltra dictum ſpatium decem dierum, dantur alij quinquaginta dies ad præſentandum copiam proceſſus coram iudice ad quem, vt in *conſt. Regn. appellationum tempora,* quã poſt *Afflict.* ſatis dotarunt multis additionibus Conſiliarij de Bottis, & Tapia. & ſi non præſentetur copia infra dictum ſpatium, declarabitur ap-
31 pellatio deſerta: Verùm, ſi ante dictam declarationem producatur copia ex antiquo more Sacri Conſilij, reuidebitur cauſa ex eiſdem actis.



Digitized by Google

*Afflict.deciſ.243.col.fin.circa fin.* Hinc
32 ſi benè numeras, hodie appellās habet duos annos, & ſexaginta dies, ſi vult ad proſequēdam dictam appellationem, dummodo appellet vltimo die decendij, nam, ſi antea, puta, ſecunda, vel tertia die, tūc amittit reliquos contentos in dicto ſpatio, ſed an poſſit variare, & vti tota dilatione? diſcurrit *Reg.Rouit.in pragm.26. de feu. num.*20.*& ſeq.& num.*50. *&* 52. *verſ. quò verò,&c.*

33 SExtò principaliter noto, quòd huic remedio appellationis regulariter defertur, vt notat *gloſ.& DD.in l. qui reſtituere.ff.de rei vendic.* fallit tamen in multis caſibus, quos congerit *Reginel.ad conſtit.Mediolan.cap.vnico*, §. *vnico.gloſ.*2.*& Benint.deciſ.Bonon.*17. *Reg.Tap.in Ius Regn.tit.de appellat. & proprie in ritu* 256.*Ricc.collect.*1245. & ſignanter a ſententia lata virtute confeſsionis iudiciariæ. *Carauit. ritu* 187.*num.*5. Item a decretis latis in cauſis ſuſpicionis officialium, ſeruata forma Regiæ pragm. quam declarat *Praeſ.de Franch.dec.*408. Item a ſignificatorijs, & condemnationibus factis a commiſſarijs, deputatis per Collaterale Conſilium contra debitores Vniuerſitatum, quia tunc, attenta Regia pragmat.exequitur, præſtita cautione, non obſtante appellatione, ſeu reclamatione, *Præſes de Franch. deciſ.* 347.*Muſcatell.in gloſ.ſententia, num.* 173.*& ſeq.Reg.Rouit.in pragm.* 5.*nu.* 48.*de adminiſtr.Vniuerſit.* Verum in multis alijs caſibus, & ſi detur appellatio, non tamen operatur actum ſuſpenſiuum executionis ſententiæ, de qua re plura ſunt exempla, videlicet in ſententia, lata ſuper momentanea poſſeſsione, nam tunc non operatur appellatio effectum retardandæ executionis, *Hieronym.Ceuell.in tract.commun.opin.contra communes quaeſ.*15.*& in aliis relatis à Ricc.in collect.* 168. ego tamen aliquot magis frequentiores notabo.

34 Primò, quando ſententia eſſet aſsiſtentiæ affirmatiuæ, quæ non obſtante hoc remedio appellationis, mandabitur executioni, quoad caput adiudicationis, iuxta formam *pragm.tertię de appell.* reſpectu ſortis principalis, ſecus intereſſe dicit *Anna ſingu.*294. ſic etiā ſi eſſet notoriè iniuſta, ſecundnm *Annon.commen.*133.*ſed vide Regen.Rouit.ibid.num.*10. *&* 12. Quid è conuerſo in ſententia negatiua, per quam reuocatur aſſiſtentia? benè *Paſth.de virib.patr.poteſt.cap.*8.*par.*1.*num.*145.*& ſequ.* vbi vide de dicta cautione prſtanda à paupere, vel diuite, & de clauſula conſtituti, & præcarij, requiſita in huiuſmodi iudicio, & de alijs colligit *Ricc.coll.*175.

35 Secundus caſus eſt, quando ſententia eſſet lata in Sac.Reg. Conſilio Neapolitano, nam ex quo ſubſtinet vices antiqui Præfecti Prætorio, vt per *Afflict. deciſ.* 383.*ab ipſa non appellatur.l.vnic.Cod.de ſentent. Præfect. Prætor.Pugnatar.in pragmat.*4.*de falſ. teſtib.num.*175. Sed tantum reclamatur, ſeu ſupplicatur, verum non ſuſpenditur executio.*Afflict.deciſ.* 231. *Capyc.deciſ.*28.*in fin.& dec.* 202.*n.*15. *Ann.ſing.*476. in cauſa ciuili, immò
36 non proceditur in cauſa reclamationis, niſi facta reali executione rei principalis, contentæ in ſententia, præter expenſas, non obſtante Regia pragm. de qua *Affl.in deciſ.*231. & hic eſt ſtylus S.R.C. vt idem teſtatur in *deciſ.*
37 358.*in fin.* Verùm quando poſſeſsio rei exequendæ eſſet penes victorem, tunc poterit committi, & procedi in cauſa reclamationis, vt declarat *An-*
38 *na in alleg.*63. Item proceditur in reclamatione, abſque reali executione, quando pars victrix paſſa eſt dari terminum ad non poſita ponendum, & non probata probandum, & ſit incæptum examinari, quia tunc intelligitur etiam paſſa, vt cognoſcatur de iuſtitia cauſæ, *Surd.deciſ.*24.*num.*9. maximè, ſi fuiſſet proceſſum vſque ad citationem ad dicendum, niſi per viā reſtitutionis in integrū a minori vincenti

centi

Digitized by Google

centi peteretur prius exequi,& ei eſſet vtile, vt deciſum refert *Preſes de Franch.deciſ.*290.

39 Sed ne erres in praxi, dicta executio fieri debet, præſtita prius cautione per victorem penes acta de reſtituendo executum in cauſa retractationis,dummodo reclamatio ſit facta infra decem dies,vt in *pragm.* 5. *de off.S.R.C.& benè explicat Marant. tit. de appell.num.*11.*& ſeq.verſ. reclamatio,& verſ.ſupplicatio,Muſcatell.in glo. poteſt,num.*44.*in pract.ſecunda inſt. & nouiſſimè* Reg.*Rou.in pragm.* 5.*de offic.* S.R.C.*num.*1.*& ſequen.& in deciſ.* 21. *num.*17.*cum ſeq.vſque ad nu.* 22. *verſ. ſic idem*. & tunc dictum decendium ad hunc finem currit a die ſententiæ,

40 vt dicit *Afflict.deciſ.*344.*ſub num.* 4. Et ſi victor ſit pauper, & non reperiat dictam cautionem, vide adducta per

41 *Paſch.vbi ſupra.* Verùm tunc Sacrum Conſilium ſeruat, quando ſententia fertur ſuper ſtabilibus, quòd loco fideiuſsionis bona executa remaneant obligata cum præcepto de non vendendo,&c.Si uerò ſuper pecunia,tūc mandat fieri emptionem ſtabilium, vel annuorum introituum cū Regia

42 Curia,Sed reclamare an poſsit principalis infra decem dies a die ſententiæ,ſi procurator omiſit,& tunc reclamatio pariet etiam effectum præſtandi dictam cautionem,*Thor.in compen. deciſ.in verb. reclamare an poſſit principalis,& Ricc.coll.* 12. & quando victor eſt clericus,vel abſens,præſtatur iſta cautio per viam expromiſsionis, quia eo caſu expromiſſor non poterit opponere aliquam exceptionem,præſertim declinatoriam fori, quia, expromiſſor dicitur, qui pro non obligato promittit. *l. ſi quis accepto. ff.de cond.ob cauſam, cum aliis allegatis per Reg.Rou.deciſ.*19.*num.*5.*&* 6.qui teſtātur de praxi,& allegat ritum M.Cur. 194.vbi ponitur forma huius expromiſsionis.

43 Hic etiam aduertas,quòd,quando ab aliqua ſententia nō poteſt appellari, datur recurſus ad ſuperiorem, qui ſimilis eſt dictæ reclamationi; nā per eum non impeditur executio, vt per *Iaſ.in l.naturaliter,* §.*nihil commune,num.*8.*de acquir.poſſeſſ.Menoch.de arbitr.iud.q.*70.*num.*23.*lib.* 1. & conceditur quando adeſt læſio, etiam leuis,& non tantum leuiſsima,ſicut voluit *Bologn.in add.ad conſ. Ananiæ* 34. *num.*14.quia ibi verè diuinat,vt dicit *Menoch.vbi ſupra,ſub nu.*27. Et quòd in criminalibus concedatur à cauſis, in quibus non appellatur, refert deciſum *Minad.deciſ.*27.*latè Preſes de Franch.deciſ.*148. Et quid ſi eſſet iudicatum cum clauſula, appellatione remota, vide *Gratian.deciſ.*51. reliqua de materia, *vide Hippol.in pract. crim.* §.*opportunè, num.* 52. *& ſequen.* & qualiter concedatur, ponit practicam *Reg.Tap. in Ius Regni in cap. plerunque,ſub tit.de ſenten.in ſcript.proferen.num.*4.*lib.*3.& latiſsimè in quibus differat, vel conueniat cum dicta reclamatione,& de materia latè *Valaſc. in deciſ.Luſitan.*51.*tom.*1. regulariter tamen conceditur fiſco in cauſis, in quibus de iure cōmuni competebat appellatio,verum eſt petendus infra decē dies inſtar appellationis,& procedit in decretis latis ab inferioribus tribunalibus,vt eſt M.C. & Reg.Audientia,ſed aduerſus decreta, a quibus non datur appellatio, ſed tātum reclamatio,tunc infra biennium poteſt pèti,& ſic obſeruatum in S.Conſ. refert *Reg.Rouit.deciſ.*14. *& deciſ.*16. *num.*5.*verſ.ex hoc eodem die,&c.*

45 Tertiò hoc remedium appellationis non operatur actum ſuſpenſiuum executionis ſententiæ,quando ipſam præcederet alia conformis,quod procedit,tam in Magna Curia, iuxta declarationem *Afflict.dec.*28. quam in Sacr.Conſil.nam tunc eſt imponendū perpetuum ſilentium, *iuxta dict. Reg.*

45 *pragm. quintam.* Sed conformitas iſta debet eſſe in ſubſtantia,licèt differat in modo,*Theſaur.deciſ. Pedemon.*228. Hinc ſi ſententia confirmans fuiſſet

lata

lata ex diuerſa ratione, & cauſa, ac fuit prima, tunc non dicitur conformis, vt explicat *Reg.Rou.in pragm.62. de off.S.R.C.* Quid ſi eſſet lata vna ſententia pro actore, ſecũda pro reo difformis, & tertia conformis primæ, quod tunc etiam ſit imponendũ perpetuum ſilentium ex *deciſ.Zabar.in clem.1. de re iud.* fuit determinatum in Sac.Conſ.*teſt. Præſ.de Franch. dec.* 135. Quid ſi vna eſſet circa negotiũ principale, & altera circa determinationem appellationis, an dicantur cõformes? vide *Corn.conſ.14.& 45. vol. 1.& conſ.74.vol. 2.* Quid ſi inter eas adeſt laudum? *Gratian. deciſ. March. 82.& latè de alijs ad materiam poſt Couarr.pract.quæſtio.cap.25,& Gabr. in concl.1.de excep.rei iud.fol.270. vide Reg.Rouit.in d.pragm.5.& 62.* Item à cauſis poſſeſſionis nõ appellatur quò ad effectum ſuſpẽſiuum, vt poſt *DD. in l.1.cap.ſi de mom.poſſ.fuerit appel. & Bart.in l.2.ff.de appell.recipien.latè tractat Marant.in eius ſpecul.par.6.tit. & quandoque appellatur, num.* 305. *& ſeq.* Verum S.Conſ. indifferenter ſeruat, quod ſi cauſa poſſeſſionis eſt modici præiudicij, & agatur de momentanea poſſeſſione, de qua propriè loquitur d.l.1.tunc non admittitur appellatio, ſecus quando agitur de magno, ſeu notabili præiuditio, tunc enim admittitur appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum, & ſic obſeruatum in S.C. refert *Reg.Sanfel.dec.94. lib.1.*

46 Quartò non operatur hoc remedium in ſententia, lata a Magna Curia, quando eſſet infra ſummam ducatorum 150. ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, de qua latè *Muſcatell. d. gloſ.ſententia, num.133.et 134.* Quam

47 intelligas etiam, quando ſententia non ſpecificat quãtitatem, ſed ſolum ſpeciem, ſeu factũ æſtimabile ipſam. *Præſ. de Franch. in deciſ.380.* etiam quod lite pendente recipiat maiorẽ æſtimationem, *Borrell.in ſumma deciſ.*

48 *tit.41.tom.1.num.8.* Item ſi ſumma eſſet ducatorum 150. tantùm, quia tunc cauſa intelligitur etiam eſſe infra ſummam, niſi cum intereſſe liquidando ſors principalis ipſam excederet, de quo & alijs ad materiam, benè *Reg.Rou.in pragm.3.§.fin.de offic. Sac. Reg.Conſ.num.8.et ſequ.et plura congerit Ricc. coll.183.*

49 Quintò expirat hoc remedium appellationis, quãdo ab appellante deſeritur, quod vno ex tribus modis contingit. Primò ſi infra dictum ſpacium decem dierum non fuerit appellatum, de quo, poſt alios vide con

50 geſta per *Ricc.coll.732.par.4.* Secundo modo, ſi infra dictum ſpatiũ quinquaginta dierum non fuerit præſentata copia proceſſus coram iudice ad quem, ſeruata forma conſtitu. Regni

51 appellationum tempora. Tertio modo ſi omnia prædicta ſint adimpleta, ſed tamen appellatio non ſit proſequuta infra dictum annũ, vel ex cauſa biennium, *iuxta d.tex.in authen. eis qui, C.de tempor.appell. De qua etiam vide Afflict.in d.conſtita. num.29.verſ. et ſcias.* dixi à die executionis ſententiæ, quia iſtud biennium non incipit currere niſi à dicto die, etiam ſi duraret executio per mille annos, vt per *Grammat.deciſ.13. et Præſ. deciſ. 696.* & ſic in praxi obſeruari teſtatur *Reg. Rouit.deciſ.21.num.15.in fine*, immò ſi actor tacuerit per mille annos in exequenda ſententia, ſemper duraret facultas reclamandi, & porrigendi ſupplicationem Spectabili Præſidi S. C. pro obtinenda commiſſione, & pluries ſeruatum in S.Conſil. dummodo in mandato de parendo, vel alia ſcriptura adſint illa verba, *reclamat in forma*, vt obſeruant periti procuratores, teſtatur nouiſsimè *Regens Sanfel. deciſ.6.per tot. et propriè ſub num.* 18. *verſ.executa poſtmodum ſententia.* Verum poſt compilatum proceſſum in cauſa reclamationis ſi per annũ continuum, vel ex cauſa biennium, apparet non fuiſſe expeditas citationes ad dicendum, tunc ſolet Sac. Conſil. declarare obſtare lapſum fatalium,

*Reg.*

*Reg. vbi ſupra in principio d. deciſio. 6. nu. 2. et 3.* de his omnibus tribus modis ſatis dilatat fimbrias *Muſcatell. in pract. 2. inſtan.* Eſt tamen aduertendũ, quod quando a ſententia appellatur, & ſimul principaliter dicitur de nullitate, vt indifferenter procuratores dicunt per *tex. in d. l. ſi expreſſim. ff. de appell. et ibi DD.* tunc deſerta cauſa appellationis non diceretur deſerta cauſa nullitatis, *Bal. in l. eos. §. nec temerè. C. de appell. Scacc. de appell. q. 17. lim. 2. num. 125.* cum alijs adductis per *Giurbam conſ. crim. 18. art. 1. et propriè num. 7.*

52 Solùm circa tertium aduertas, q dicta fatalia interdum non currunt, vel non obſtant, de quibus, & alijs benè *Reg. Rou. in pragmat. 1. de appell.* Et interdum appellans ab eorum curſu excuſatur, vt per *Bart. in l. et ſi Praetorem. §. 1. ff. quib. ex cauſ. maior.* puta, ſi reperiatur carceratus, vt deciſum refert *Reg. Tap. in Ius Regni, et propriè in rit. 135. num. 6. ſub tit. de epiſc. et cleric. verſ. vbi autem, de alijs vide Muſcatell.*

53 *ubi ſupra in glo. conceduntur.* Item licet ex antiquo more Sacri Conſilij, cauſa reuideatur ex eiſdem actis, nõ obſtante curſu fatalium, *Affli. dec. 78. Gramm. deciſ. 13.* intelligitur tamen quando eſt porrecta ſupplicatio, cauſaque commiſſa, & adimpleta adimplenda, alias ſecus, quia ut legitimè procedi poſsit in cauſa reclamationis, debet omnino infra bienniũ porrigi ſupplicatio Spectab. Praeſid. S. C. & obtineri commiſſio cauſae uni ex Conſiliarijs eiuſdem aulae, & coram eo compilari proceſſus, iuxta obſeruantiam relatam per Reg. Rouit. deciſ. 21. num. 19. Vnde in cauſa Magnif. Laurae de Anna reclamantis a ſententia lata in fauorem Magnifici Franciſci Caraccioli, & non curantis porrigere ſupplicationem reclamationis poſt triennium a die executionis ſententiae, fuit per Sacr. Conſilium, iunctis aulis, referente Conſiliario Petro Paulo Theodoro, deciſum, reclamationem fuiſſe deſertam. Actuar. nun Cioffus. etiã quod inſtetiſſet ad hoc ſibi concedi reſtitutionem in integrum; nam viduis non conceditur aduerſus lapſum tempus fatalium, *Praeſes de Franch. dec. 284.*

54 Vltimò pro coronide huius materiae noto, quòd coram Iudice ad quem proceditur ſecundùm naturam, quae erat cauſa in prima inſtantia, ideſt, vel ſummariè, vel ordinariè, *Praeſ. de Franch. deciſ. 520.* Benè

55 verum eſt, quòd ſemper datur terminus ad non poſita ponendum, & non probata probandum, in quo an poſſint repeti ijdem teſtes, ac fuerũt producti in prima inſtantia, vel alij de nouo, de omnibus latè *Farinac. in q. 66. nu. 304. & q. 75. nu. 358. de teſt.* & quando poſſunt produci ijdem teſtes, vel articuli, benè *Gutier. lib. 1. pract. quaeſt. q. 75.* & quod poſsint probari, eadem cũ primis, vel cõtraria primis, & quid in minori Eccleſia, & muliere? *Affl. & ibi Addent. in deciſ. 216. & in conſt. Iuriſperitorum, & ibi Addentes, Rol. conſ. 45. vol. 2.* Et indifferenter poſſunt probari cõtraria illis, quae allegata ſunt in prima inſtantia, dummodo, ſuper illis non fuerint teſtes examinati, vel interrogati, *Couarr. pract. quaeſt. cap. 18. num. 6. verſ. non poterit.*

## DE REMEDIO RESTITVTIONIS in integrum, impediente executionem ſententiae.

### CAP. V.

#### SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam datur, quamuis denegatur appellatio.*

2 *Reſtitutio in integrum, an peti debeat cum ſpetiali mandato.*

3 *Reſtitutio in integrum, an impediat executionem ſententiae, nu. 4. & 5.*

6 *Reſtitutio in integrum quibus competat*

Re-

7 *Reſtitutio in integrum abſque læſione non conceditur,& quanta eſſe debeat.*

8 *Reſtitutio in integrum quonam tempore ſit petenda.*

9 *Quadriennium, quod conceditur ad petendum reſtitutianem in integrum, quando concedatur,& à quo tempore currat. nu.10.& 11.*

12 *Reſtitutio in integrum conceſſa vni, an proſit litis conſortibus. nu.13.& 14.*

15 *Reſtitutio in integrum, vt concedatur maiori, quæ requirantur cauſæ. nu.16.& 17.& refertur deciſio. n.18.*

19 *Reſtitutio in integrum in cauſis minimis conceditur.& quomodo res minima dicatur? nu.20.*

21 *Vniuerſitas quamuis minima habet reſtit. in integr.*

22 *Reſtitutio, an operatur aduerſus duas ſententias conformes. nu.23.*

24 *Reſtitutio non datur aduerſus ſententiam trãſactam in rem iudicatam. Quid ſi ſit inceptum exequi. nu.25. Quid in aſſiſtentia? nu.26.*

27 *Reſtitutio ſecundo loco, an ſit concedenda aduerſus decretum, quo fuit hoc remedium reiectum.*

1 DIxi de remedio appellationis, ſed quia ipſo deficiente, vel prohibito permittitur remedium *reſtitutionis in integrum*, vt notant *DD. in clem.1. de re iud. Rebuff. ad Gall. conſtit. art.1. gloſ.1. num.42. titu. de reſtitu. Sforz. Odd. in tract. de reſtit. in integr. par.1. quæſt.15. art. 5.* & ſic non valet argumentum, non conceditur appellatio, ergo nec reſtitutio, vt ad hoc propoſitum dicit *Petr. Beninten. deciſ. Bonon.79. ſub num. 9.* Sed an requiratur ſpeciale mandatum ad petẽdum hoc remediũ, vel ſufficiat, quòd procurator ſit effectus dominus litis? quòd ſic, tenet *Capell. Tholoſ. deciſ.53. vbi Aufrer.& Barbat. in cap. nonnulli. §. ſunt & alij. num.26. extra de reſcrip. vbi de materia,& latiſſimè in tit. partic. Specul. cum add. Bal.* Contrarium vero habetur proc. eorum felicis memoriæ de reſtitutione in integrum, vbi expreſsè voluit ad petendum reſtitut. in integrum requiri ſpeciale mandatum, nec ſufficere generale, *Glo. d. cap. eorum verbo mandatum,& in l. illud. §. ſi talis. ff. de minor.* Romanus ſingu. 227. *num. 1. Burſat. conſ. 61.& latè Sforz. Oddus de reſtit. in integrum. q.31. num.* 48. Saluari enim poſſent hæ opinionũ contrariæ, cum diſtinctio *glo. in c. quia ad augendum. §. fin. de procurat. in 6.* s. quod quia aut petitur reſtitutio prædicta, & requiritur ſpeciale mandatum, aut incidenter, & ſufficit generale, *Gratianus diſcept. for. cap. 337. num.24. Sforz. Oddus vbi ſupra, addentes ad deciſ. Rotæ Rom. de reſtit. in integrum deciſ.1. num.2. in nouis, et deciſ.9. num.6.* ideò ſolùm, quòad praxim noſtram pertinet, notabo.

3 PRimò, quòd nulli dubium eſt ex hoc remedio impedit executionem ſententiæ, *per tex. in l. ſi cauſa cognita. Cod. de tranſact.* quòd procedit, etiam ſi eſſet ſententia Principis, & Sac. Reg. Conſ. *Afflict. deciſ.356. nu.4. et ſequen. et hoc iure vtimur in praxi,* dicit *Præſ. de Franch. in deciſ.702. nu. 1.* dummodò interueniant requiſita, quorum.

4 Primum eſt, quòd abſit malitia, & animus calumniandi ad differendam executionem, per *tex. in l. ſi Marcellus. ff. de re iud. Afflict. in d. deciſ. num. 5. et in conſtit. obſcuritatem. col.2. in fin. Præſ. de Franch. in deciſ.86. nu.8.* Exem-

5 plum eſt in *cap. ſuſcitata, de reſtit. in integrum*, vbi fuit denegata reſtitutio, quia aderat præſumptio contra monaſterium, petens illam, *Capell. Tholoſ. deciſ.54. Minad. deciſ.4. num. 14. Mynſing. cent.1. obſer.48.* & quãdo animus iſte calumniãdi abſit in petendo hoc remedium, non poteſt determinari certa regula, ſed remittitur arbitrio iudicis. *Præſ. de Franch. in deciſio. 702. ſub num.5.* cuius arbitrium non debet in hoc regulari, ex leui præſumptione, vt dicit *Benint. in deciſ. Bonon. 85. colum.4. ſub num.14. verſ. Baldus verò.* Sed ex probabilibus coniecturis, inter

Digitized by Google

ter quas illa in primis attenditur, ſcilicet ſi producatur aliqua ſcriptura, ex qua euidenter apparet de iuſtitia petentis præſens remedium, & ſic ſeruat praxis. *Præſ. de Franch. in d. deciſio. 86. num. 8. et 9. Ann. in repet. cap. 1. nu. 239. et ſeq. de vaſſ. decrep. ætat. cum alijs allegatis per Thor. in compen. deciſ. verſ. reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam Sac. Conſ. tom. 1.*

6 Secundum requiſitum eſt, vt perſona, petens hoc remedium, ſit priuilegiata, videlicet, minor, Fiſcus, Eccleſia, Vniuerſitas, & alij, de quibus *Marant. in tit. de appell. num. 78. & ſequen. poſt Specul. hoc tit.* §. 1. & de Fiſco, & Rege, *vide Luc. de Pēn. in l. 3. C. de propoſit. ſacr. cubic. li.* 12. Et de Vniuerſitate, Villa, & Caſtro DD. & præſertim *Bal. in l. Reſpublica, C. quib. ex cauſ. Iacobus Rebuff. in l. fin. Cod. de vend. reb. Ciu. lib.* 11.

7 Tertium requiſitum eſt, vt adſit læſio, & allegetur in libello, *Afflict. in conſt. appellationum tempora, prope ante nu.* 40. & probetur, prout intelligitur *tex. in l. nam ſi poſtea. §. minorum. ff. de iur. iuran. dicit Capel. Tholoſ. in deciſio.* 389. Sed quanta eſſe debeat, & in Eccleſia ſufficiat in tertia parte? *Præſ. de Franch. deciſ.* 248. Sed regulariter remittitur arbitrio Iudicis, vt ibi *Præſ. & tenet Guttier. pract. quæſt. lib. 4. quæſt. 70. num.* 1. qui ſi ſatis minimam illam inuenerit, de ipſa non habebit rationem, ſecundum diſpoſitionem *l. ſcio. ff. de reſt. in integr.* de cuius intellectu benè *Pinell. in repet. l. 2. ff. de reſcind. vend. par. 1. c. 2. nu. 25. & ſeq.* & ad dignoſcendam hanc læſionem ſufficit ſummaria cognitio læſionis, vt docet *Mynſing. cent. 4. obſer.* 21.

8 Quartum requiſitum eſt circa tempus, nam à minore peti debet infra 18. annos, quia vſque ad hoc tempus minor ætas in Regno conſideratur, vt *in conſtit. minorum iura*, & procedit et in Barone, cuius alio reſpectu minor ætas eſt terminata in 14. annis ætatis ſuę, vt benè diſcurrit ſecūdū morem *Conſil. de Georg. alleg. 16. per tot.* Sed, licèt ſit diminuta minor ætas in Regno, ex quo erat vſque ad 25. annos de iure communi, remanſit tamē illibata reſpectu quadriennij, quod datur vltra minorem ætatem ad petendum hoc remedium reſtitutionis.

9 *l. fin. C. de temp. in integr. reſt.* In quo quatriennio aduertatur, quòd adeſt nuda poteſtas illud petendi, adeò quod præſupponitur ante læſionem interueniſſe, ideſt, infra tempus minoris ætatis, vt explicat *Gomeſ. var. reſol. tit. de reſt. minor, ſub num.* 8. *verſ. item quæro in quantum.* Sed quid ſi fuerit hoc remedium petitū infra quatriennium, & non ſit proſequutum infra illud? DD. dicunt, quod ſi eſſet elapſum dolo aduerſari, vel iuſto impedimento, petenti non officit, quominus poſſit, & poſtea proſequi, quia tunc initium attenditur, *Bar. in l. 3. ff. de minor.* & cum iſta diſtinctione trāſit *Afflict. deciſ.* 210. Dubium tamen in hoc faciunt DD. præter minores, in alijs priuilegiatis, puta, in Fiſco, Vniuerſitate, & Eccleſia, iſtud quatriennium à quo die incipiat, & a die cōtractus, ſeu læſionis reſoluit *Gomez. vbi ſupra num.* 8. Quod ſanè intelligas, quando non adeſt enormiſſima læſio, alias eſſet poteſtas perpetua, maximè in Eccleſia, petendi reſtitutionem in integrum, videlicet, vſque ad 30. annos, vt tenet *Guttier. pract. quæſt. quæſt. 69. num. 18. lib.* 4. & in quibus aliis cauſis non operetur lapſus quatriennij in Eccleſia, congerit *Ricc. collect.* 1004. *par.* 4. Item intelligas generaliter, da
11 ta ſcientia; nam, data ignorantia, non currit dictum quatriennium, ſed vſq; ad centum annos poterit hoc remedium implorari ex celebri doctrina *Bald. in l. falſum. C. ſi ex falſ. inſtr.* quā ſatis commendat in praxi *Theſaur. deciſ. Pedemon.* 133. Sed quando ſententiæ intimantur, vt in M. Cur. non poteſt allegari ignorantia, & ſic ab illo die currit quatriennium. Verùm, ſi ſententia contineret terminum, puta, ad

Mm

ta, ad ſoluendum, tunc currit non a die ipſius, ſed à die, quo completur terminus, & hoc dictum magis placuit, *Innoc. vt dicit in cap. coram felicis, de reſtit. in integr. in prin.* & quod reſtitutio petita infra quatriennium ad hæredes transmittat eſt abſolutum per *tex. in l. fin. C. de temp. in integr. reſtit. Miſing. obſer. 19. cent. 4. in fi. Affl. conſt. minorum intra nu. 4.* Inſuper inſurgit aliud dubium, hic videlicet, quando quis eſt cum effectu minor, & tamen maiorem ſe aſſerit, maximè cum iuramento, an hoc remedio vti valeat? & quodnam regula elicitur *ex rub. C. ſi minor. maior. differ.* niſi fuerit ad faciendam hanc aſſertionē dolo aduerſarij Ductus examinata ætatis ratione, & cauſa cognita, vt bene aduertit *Mynſing. centuria 4. obſer. 20. num. 3.* & ibi de alijs huc pertinentibus.

12 SEcundò noto, an hoc remedium conceſſum alicui perſonæ priuilegiatæ, proſit alijs litis conſortibus? & regula eſt, quod non: in *l. 2. Cod. ſi vnus ex plur. appell. verùm glo.* ibi limitat, quando ſententia eſſet lata ſuper re indiuidua, per *tex. in l. ſi communē, ff. quemadm. ſer. amitt. & ipſam recitat Matheſ. ibi alia, & ſimilis glo. in l. 1. C. ſi in com. cauſ. in integ. reſtit. poſt.* Quòd
13 verū fatētur ibi DD. qn̄ cū indiuiduitate rei adeſt connexitas, adeò quod executio non poſſit fieri contra vnū inſolidum, ſine omnium offenſione, & præiudicio, prout ita intellexit *Florian. in l. loci. §. ſi fundus. ff. ſi ſeruit. vend. de quo meminit Aufrer. in addit. ad deciſ. Cappel. Tholoſ. 55. verſ. adde, quod; ſi reſtitutio*, & ſic receptum eſſe in praxi teſtatur *Afflict. in deciſ. 213. ſub num. 3.* ibi, *Fuit per Sacr. Conſilium concluſum, quòd in indiuiduis, & conne-*
14 *xis beneficium*, &c. Hinc verum eſt, quòd, ſi minor obtinuerit reſtitutionem aduerſus ſuam confeſſionē, tunc & maior litis conſors debet reſtitui circa ea tantum, quæ cohærent confeſſioni minoris, vt dicit *Innoc. in cap. auditis, extra de reſtit. in integr. allegat tex. in l. ex cauſa. ff. de minor. cum concor.* Sed an hoc beneficium reſtitutionis, conceſſum principali proſit fideiuſſoribus, & hæredibus, vide latè *Aufren. in d. deciſ. 55.*

Reſultat ex his dubitandum, quando res deducta in iudicio, dicatur indiuidua? & *Afflict. in d. deciſ. 213.* dicit, quòd ius hypothecæ eſt indiuiduum, & ideò tunc reſtitutio trahitur ad litis conſortes, quando bona poſſidentur pro communi, & indiuiſo, idem dicit in decimis, *Aymon. conſil. 206. num. 10.* ſed late de his *Sforz. Oddus de reſt. q. 46. art. 5. par. 1. Borrell. in ſumm. deciſ. tit. 56. num. 34. tom. 1.*

15 TErtiò noto, quòd hoc remedium interdum cōceditur etiam mulieribus à iure expreſſis. *gloſ. in l. vt poſſint. C. de iur. & fact. ignor.* & indifferenter maioribus ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, vt in *tit. ff. ex quib. cauſ. maior. cum alijs allegatis per Marant. in d. tit. de appell. num. 82.*
16 quæ cauſæ multæ ſunt, vt ibi, & alios collegit *Ricc. in collect. 893. ſuper l. 1. d. tit.* & ſignanter ſi cōdemnatus poſt ſententiam, alleget reperiſſe inſtrumenta, ex quibus eſſet eliſa prætenſio victricis, vel ſi in promptu oſtendat habuiſſe iuſtum impedimentum ad proponendum eius iura ante ſententiam, vel ſaltem demonſtret cauſam, ſuper qua eſt fundata ſententia, de quibus vide *Afflict. in conſtitu. obſcuritatem, colum. 2. num. 4. Curt. conſ.*
17 *28. 1. vol.* Verùm quòd dixi de inſtrumentis nouiter repertis, intellige cum grano ſalis, videlicet, quando ex eis liquidè conſtat, quòd, ſi fuiſſent ante ſententiam præſentata, vtique ſententia non ſic eſſet lata, tam tunc ceſſat omnis præſumptio calumniæ, vt dicit *Anna. in d. cap. 1. nu. 243. verſ. & ego conſidero de vaſſal. decrep. ætat.* & ſic procedunt deciſiones, ab ipſo relatæ ibi *num. 239. & ſeq. & adducta à Præſide de Franch. in d. deciſ. 86. nu. 8. & 9.* maximè ſi eſſent ſcripturæ in aliquo

Digitized by Google

aliquo proceſſu, idem *Anu. ſing.* 603. & ideo probata abſentia per Baronē Franciſci de Beneuento fuit ei conceſſa reſtitutio in integrum, ob ſcripturas nouiter repertas, vt eſt videre ex decreto lato per Sac. Conſil. referente Reg. Conſil. Andrea Prouenzale die 24. Maij 1641. in proceſſu intitulato Io. Andreæ Gābacortæ cum Illuſt. Marchione Calaciæ, penes Act. de Figliola. Cæterùm, quando eſſent inſtrumenta, ex quibus non clarè conſtaret de iniuſtitia ſententiæ, praxis ſeruat præſens remedium non impedire executionem, vt teſtatur *Anna. vbi ſupra, nu.* 237. *&* 238. & ſic etiam
28 proceſſit deciſio Collateralis Conſilij, facta relatione per Reg. Conſil. de Olzignone pro Vniuerſitate Bari, & Mudugni, *in qua eſt prouiſum exequendam eſſe ſententiam, non obſtante reſtitutione petita ab Vniuerſitate Bitonti, ex cauſa inſtrumētorum nouiter repertorum in proceſſu penes de Scannapeco, nunc de Simeone*, & ſcripturas fuiſſe nouiter repertas qualiter probetur. *Alex.* dicit iuramento producentis in *conſ.* 118. *num.* 9. *volum.* 2. *Guid. Papa deciſ.* 244. *num.* 3.

29 QVartò, & Vltimò noto, quòd in multis caſibus præſens remedium reſtitutionis non impedit executionem ſententiæ, quos poſt *Marant. in d. tit. de appell num.* 108. *& ſeq. & Affl. & ibi Adden. in deciſ.* 356. *congerit Riec. coll.* 188. quibus addo, quando res, vel ſumma, deducta in iudicio, eſſet ſatis minima, & parui momenti, *arg. tex. in d. l. ſcio. ff. de reſtit. in integr.*
30 & talis res dici poteſt ad hoc propoſitum, quando plus expenderetur in examine, an debeatur reſtitutio, quā ipſa importaret, maximè quòd in praxi, quando petitur in Sac. Conſ. ſupplicatur Præſidi, & ab ipſo obtinetur decretatio, quòd fiat verbum, an ſit deferendum petitæ reſtitutioni, *Praſ. de Franch. deciſ.* 702. *ſub num.* 2. & ad hoc arguit ex *tex. in l. mediterraneæ. C. de annon. & tribut. cum alijs, Pinell. in cit. l.* 2. *par.* 1. *num.* 28. *verſ. aliudque*
21 *exemplum.* Verum iſtud de minimare, & ſumma non procedit in parua Ciuitate, & Vniuerſitate, quia, vtcunque ſit habebit, concurrentibus requiſitis, hoc beneficium, & in iſta opinione reſidet *Bal. in l. Reſpub. C. quibus in*
23 *cauſ. maior. in integr.* Item hoc remedium non impedit executionem ſententiæ, quando ipſam præcedunt duę aliæ conformes, *Alex. in l.* 4. *§. condemnatum. ff. de re iudic.* cuius opinio ſatis placuit *Couarr. pract. quæſt. cap.* 25. *ſub nu.* 7. *verſ. mihi verò.* Ludibrium enim eſſet tot ſententiæ cum tanto diſpendio, labore, & tempore habitæ, niſi exequerentur, non obſtante hoc remedio reſtitutionis, *Beninten. in deciſ. Bonon.* 85. *ſub num.* 14. *verſ. & licet aduerſus tres ſententias*, & ſic in praxi receptū refertur *deciſ. Auenio.* 2. & licet aduerſus illas adhuc dicatur cōpetere præſens remediū, ad *tex. in l. minor autem. §. denique ff. de minor. & in clemen:* 1. *di re iud. cum concor. & ſic deciſum refert Capell. Tholoſ.* 54. aliud tamen eſt competere aduerſus probationes omiſſas, vt loquitur dicta deciſio, & alia adducta à *Ricc. collect.* 883 *circa med.* aliud ad impediendam executionem, vt nos loquimur, vel melius, quod admittatur reſtitutio aduerſus tres ſententias, non nego, ſed intelligitur, conſtito prius de iniuſtitia ipſarum, per prædicta, vt voluit in ſpecie *Aufrer. in ſupra cit. dec. Tholoſ.* 389. *quem ſequitur Petr. Rebuff. in d. tract. de reſtit. num.* 22. nec per hoc aſſerit ex ea impediri executionem ſententiæ, de qua eſt quæſtio. Ego verò li-
23 mito prædicta, quando euidenter conſtaret de iniuſtitia ipſarum ex lectura publici inſtrumenti, vt dixi *ſupra nu.* 5. vel ſi executio eſſet irretractabilis, vt aduertit *Aufrer. in d. deciſ.* 54. *verſ. crederem dicendum. Et vide in d. deciſ. Auenion.* 2. & quando dicantur conformes, dixi *ſupra de appell. nu.* 45.
24 Item quid in ſententia, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam, an hoc

remedium impediat eius executionem? examinat *Benint. in d. deciſ. Bonon.* 85. *Franciſc. Marc. deciſ.* 53. *&* 54. *par.* 2.

25 Item quando eſt incæptum exequi pro ſententia, hoc remedium reſtitutionis, non eſt aptum impedire executionem pro reliquis; *Gratian. & ibi Adden. deciſ.* 172. *Maſtrill. deciſ. Sicil.* 30. *cum alijs cumulatis per Ricc. collect.* 1182. *par.* 4. Quid in ſentẽtia aſſiſtentiæ? benè *Paſchalis de viribus patriæ poteſtat. cap. nono, par. prima, num.* 148.

Item in iudicio remedij capitulorum Regni, aduerſus regale præſidiũ obtentum huiuſmodi reſtitutio non conceditur, vt latè probat *Taſſon. in eius tract. de antefato* . . . . . . . . Et ego obtinui in fauorem Io. Berardini Toſcani, contra Monaſterium S. Franciſci Ciuitatis Taranti, decretum eſt in proceſſu penes Actuar. Sacr. Conſil. de Scacciauento.

27 Et tandem pro coronide huius materiæ, ſi denegatur petita reſtitutio in caſibus prædictis, an detur alia reſtitutio? *Innocen. in d. cap. coram felicis, num.* 2. *verſ. item ſi poſtea de teſt. dicit, quod non.*

## DE REMEDIO NVLLITATIS, impediente executionem ſententiæ.

## CAP. VI.

### SVMMARIVM.

1 *Nullitatis remedium impedit executionem ſententiæ, & nu.* 2. *&* 4.

3 *Sententia Sacr. Conſ. nunquam expreſſè declaratur nulla. ſed per verba æquipollentia.*

5 *Nullitates ſunt opponendæ incidenter, & quando ſic intelligantur oppoſitæ, ibidem.*

6 *Nullitas, quæ impediat executionem trium ſententiarum conformium.*

7 *Nullitates oppoſitæ principaliter, quando impediant executionem ſententiæ.*

8 *Nullitates an poſſint opponi coram iudice ad quem.*

9 *Nullitates debent hodie proponi in ſcriptis cum ſubſcriptione Aduocati, & aliis ſolemnitatibus. ibi.*

10 *Nullitates debent in S. Conſ. præſentari cum depoſito. num.* 12. *Et quid in ſententiis latis in M.C.V. vel aliarum? nu.* 13. *& pęnitens an euadat à pęna. n.* 11.

14 *Nullitates debent eſſe contra expreſſos caſus ll. vt impediant executionem ſententiæ S.C. & quando ſic dicantur, num.* 16. *&* 17.

15 *Sententia lata contra mortuum, quando ſit nulla.*

18 *Nullitates hodie infra quod tẽpus ſint proponendæ, & nu.* 19. *&* 20.

21 *Nullitatis remedium, quando non operetur ſuſpenſionem ſententiæ.*

27 *Clauſulæ*, dico de nullitate, & ſi qua eſt appello, *quid operetur, deſerta appellatione,*

23 *Appellatio, vel reclamatio non datur aduerſus decretum reijciens nullitates oppoſitas, & quid tunc ſit faciendum.*

1 TErtium remedium in ordine quo impeditur executio ſententiæ, eſt nullitatis. *l.* 4. *§. condemnatũ. ff. de re iud. l.* 1. *quando prouoc. non eſt neceſſ. clem.* 1. *de ſequeſt. poſſ. & fruct. cum concord. adduct. per Ann. in repet. cap.* 1. *num.* 244. *verſ. tertium remedium nullitatis de vaſſ. decrep. ætat.* Hinc eſt, quod oppoſita dicta exceptione ſunt ligatæ manus Iudicis, & conſequenter non poterit procedere ad vlteriora, alias eſſet noua nullitas, *Vant. de nullit. tit.* 6. *num.* 16. *cum alijs allegatis per Giurbam deciſ.* 70. *num.* 7. Verum in Sac. Conſ. vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta indifferenter ſeruatur, quod tunc de iſta exceptione habeatur ratio, quando ſunt fundatæ ſuper meritis cauſæ; & non cortice verborum, *Vant. vbi ſupra cap. fin. num.* 108. *Rom. conſ.* 499. *volu.* 1. & ſic etiam ſeruari in Senatu Luſitaniæ, refert *Gamma deciſ.* 724. *nu.* 1. *quem ſequitur*

*Giurba*

Digitized by Google

*Giurba deciſ.*70. *num.* 2. immò conſideratis meritis cauſæ, ſi nullitates ſũt notoriè ſubſiſtentes, ſolet Sac.Conſil. ex officio procedere ad ſuſpẽſionem decreti, & ſic paſſim fuit ſeruatum apud peritos, ex doctrina *Rom. conſil.* 51.*in fin. vbi addent.* Hinc licet aliqui hoc remedium vocent exceptionem, eſt potius defenſio, & conſequenter in dubio à ſtatuto prohibente poſſe opponi exceptiones aduerſus ſententiam, non intelligitur reiecta, *Bart. in l.*1.§.*& parui.ff.quod vi, aut clam, Aſinius Flor. in prax. de ord. iud. c.*31.§.31 *de quo cum alijs meminit Menoch. lib.*2.
3 *præſump.*48.*nu.*25. Verùm Sac.Conſ. ex quodam reſpectu, quatenus ſententia, tam in eo lata, quam ab inferiore, eſſet nulla, nunquam expreſsè ſic ipſam declarat, ſed tantùm pronunciat non eſſe exequendam, prout apud peritos ſeruari teſtatur *Anna in d. cap.* 1.*de vaſſ. decrep. ætat. num.*245.*&* 246. Reliqua ad hanc materiã ſatis abundè cumulant practici, ſolùm remanſit diſtinctè notandum, quòd quinque copulatiuè debent cõcurrere, vt hoc remedium habile ſit hodie ad producendum actum ſuſpenſiuum executionis ſententiæ Sac.Conſ.

5 PRimum requiſitum eſt circa modum, videlicet, vt dicatur incidenter, & non principaliter, & incidenter dicitur non ſolùm quando opponeretur aduerſus executionẽ ſententiæ, vt dicit *tex. in l. ſi cum nulla. ff. de re iudic. cum concord alleg. per Pract. Papienſ. in for. appell. à ſenten. diffin. glo. fore, & eſſe nullam, verſ. vlterius reuoco in dubio, num.*3. Sed copulatiuè, quòd nullitas, vel nullitates, quæ opponuntur, appareant ex eiſdem actis, inſpectione proceſſus, & reuolutione chartarum, nulla alia penitus extrinſeca probatione requiſita, ita explicat *Bart. in l. ſi expreſſim. ff. de appellat. & alij, quos allegat Vant. de nullit. in ritu. quot. & quibus moll. in indic. num.* 32. *verſ. ſed ſi nullitas, & ita praxis recipit, Afflict. in conſtit. dilationes, nu.*24. *& in deciſ.*385. *vbi Vrſill. & cæteri adden. num.*1. *Reg. Rou. in pragm.* 5. *num.* 17. *&* 22. *verſ. & debet opponi, de offic.*
6 *Sac. Reg. Conſ.* Immò, quando ſic incidenter dicitur, & conſtat de nullitatibus non ſolùm vnius, ſed trium ſententiarum conformiũ impeditur executio; benè additio ad *Lanfranc. in praxi cap.*4. *de exceptio. ſub nu.*15. *verſ. amplia iſtud dictum, fol.*36. *Gabr. concl.* 4. *tit. de citat. Minad. conſ.*20. *num.*5. *& alij, quos refert Couarr. pract. quæſt. cap.* 25. *num.*2. *verſ. primum igitur,* maximè ſi nullitates verſentur circa defectũ iuriſeictionis. *Thom. Triuiſ. dec. Venet.* 68. *par.*1. Multa enim habet iſta nullitas priuilegia, & ſignanter non intelligitur reiecta a ſtatuto, reijciente expreſsè nullitates, vt ſingulariter dixit *glo. in d. clem. vnic. de ſequ. poſſeſſ. & fruct. & notauit Hyppolit. in ſingul.* 10. Verum quæ dixi de conformibus, intelligas, quod prima ſententia confirmata in meritis habetur pro vna, vt nouiſſimè edocet *Hodierna Iuuenis,* maximè expectationis in *additio. ad Surd. deciſ.*70. *num.* 2. item declara, quod, quando dicitur de nullitate primæ ſententiæ, etiam ex defectu iuriſdictionis, quæ iam reperiatur confirmata ex alijs duabus validis, latis à iudice competenti. Ratio eſt, quia tunc dicta nullitas, quæ poterit opponi aduerſus dictam primam ſententiam, eſt euacuata ab iſtis ſecundis, à quibus, tanquam ipſam confirmantibus, capit vires prima ſententia, & ſic in praxi fuiſſe receptum teſtatur *Tho. Triuiſ. in deciſ. Venet.*52. *lib.*1. *cauſ. ciuil.* Sed hoc tantò procedit in noſtra praxi, quoties à parte grauata fuiſſet interpoſita appellatio a prima ſententia, ſed non proſequuta, nam tunc ſequendo alia ipſam confirmans, non poteſt dici de nullitare primæ, vt diſponitur per *d. Reg. prag. Illuſtriſſ. Comi-*
7 *tis Lemenſ.*28. *cap. ſub c.*19. Similiter intelligas prędicta procedere, qñ agitur de impedienda exequtione ſẽtẽtiæ retractabilis, at ſi erit irretractabilis,

bilis,aliter dicendum eſt,imò & tunc dicendo de nullitate principaliter, & ſi eius diſcuſſio requirat maiorem indaginē,adhuc impeditur eius executio,vt arbitrati ſunt *Bal. in l.ab executione.C.quando appell.non recip. cum alijs adductis per Vant.vbi ſupr.nu.31. & Menoch.de arbitr. iud. quæſt.97. nu. 7.lib.1.Reg. Rouit.in d.pragm. 5.nu.8.* Et quando principaliter dicitur de nullitate, porrigitur libellus formiter & dato termino in cauſa, recipiuntur hinc inde probationes,vt per *DD.ſupra relatos num.5.* Sicut quando dicitur de nullitate ſententiæ iam executæ,quo caſu dicitur principaliter , & per conſequens porrigitur libellus, & datur terminus, vt deciſum refert *Anna in ſing.22.*& quotidie ſeruatur. Sed ſanè intellige,quando nullitates, quæ proponuntur indigent exteriori probatione , ſecus ſi de eis conſtaret ex reuolutione cartarum ex eiſdem actis ; tunc enim abſque termino debent recipi,& diſcuti, & ſic ſeruamus indifferenter in S.Conſ. teſte *Regente Sanfel.dec.96. vbi poſt Vant.allegat notabilem deciſ.Rotæ Rom.5.ſub tit.de litis conteſt.* Dubium tamen circa hoc verſatur,an allegans nullitates,poſſit illas proponere coram iudice ad quē, ſuperiore iudicantis inſtar appellationis ? & quod ſic , tenet *Pract. Papienſ.in forma appell. à ſent. diff. verbo fuiſſe,& eſſe nullam,nu. 7. verſ. deinde quæritur .* & ſi ſententia declaratur nulla , an idem iudex ſuperior poterit deinde cognoſcere de meritis cauſæ ad inſtantiam victi? *. Giurb.in dec. Sic.70.* ex multis concludit quod nō, ſequitur *Reg.Sanfel.dec.95.lib.1.*

9 SEcundum requiſitum eſt circa ſollemnitatem , videlicet, vt nullitates proponantur , & explicentur in comparitione,*Ann.d.alleg.22. nu.20. & in cap.16.d.pragma.Illuſtriſ. Comitis Lemenſ.*& in qualibet ipſarum deſcribantur etiam leges , contra quas exiſtūt,& deinde ſub illis ſe ſubſcribat Aduocatus cauſæ, vt nouiſſimè eſt diſpoſitum per *Reg. pragmat. Illuſtriſs Cardinalis de Borgia,tunc in præſenti Regno Locumtenentis , ſub die 18. Nouembris 1621.* Et licet circa hoc derogetur diſpoſitioni *pragmat. dicti Illuſtriſ.Comitis,ſub cap. 24.* remanſit tamen illibata circa pœnam,in ea explicatam reſpectu dicti Aduocati,caſu quo nullitates eſſent euidenter calumnioſæ,& ad finem differendi executionem ſententiæ .

10 TErtium requiſitum eſt , vt inſimul cum dicta comparitione, vbi ſunt allegatæ nullitates, præſentetur depoſitum ducatorum duodecim,ſi ſententia ſit infra ſummam ducatorum mille,ſi verò illam extenderet ducatorum 60. pro pœna ſoluenda Regio Fiſco, caſu quo nullitates non militarent, vt eſt diſpoſitum in *Regia pragm.5.§.quamplurimum, de off.S.R.C.Sed hodie 24.& 90.per nouiſs. pragmat.* Sed quid ſi ſententia non contineret aliquam ſummam,ſed eſſet circa alia,puta,nobilitatem ? vide ibi *Reg.Rou.*vbi dicit, quod recipiuntur nullitates abſque depoſito , & ſic pluries fuiſſe deciſum in S. C. teſte

11 *Sanfel.deciſ.96.nu.2.lib.1.* Verùm , ſi antequam diſcutiantur nullitates, allegans illas ſe pœnituerit, euitabit pœnam,& ei reſtituitur depoſitum,vt tenet *Ann. in d. cap.1. de vaſſ.decrep. ætat.cap.249.ad quod allegat Iſern.in cap.1.verſ pęnam,quæ ſint regal.* Nec

12 eſt in praxi obliuioni tradendum, quòd,quando grauatus eſſet pauper, poterit allegare paupertatem,& ſupplicare Proregi , quòd dignetur mandare, non obſtante depoſito , recipi nullitates , à quo obtinetur decretatio, quòd Sac. Conſ. ſuper allegata paupertate prouideat,& tunc per Sacrum Conſ.datur terminus,& probata paupertate ab allegante ( nam ei incumbit.*Dec.conſ.120.num.3. vt latè per Couar.var.reſol.lib. 2. cap.6.* licèt remittatur Iudicis arbitrio determinare,quis dicatur pauper.*glo.in auth. præterea.C.vnde vir.& vxor.*) fit prouiſio

uiſio, q recipiātur nullitates abſq; de-
13 poſito, & ita ſeruatur in dies. Sed hoc requiſitũ de depoſito ſanè intelligatur, quòad ſnĩas S.R.C. Secus verò reſpectu aliorum Tribunaliũ, puta in ſententia lata in Magn. Cur. ponderando verba *d. pragmat. 5. §. quamplurimum, de offic. Sac. Conſil.* quæ loquitur tantum in Tribunali Sacr. Conſil. ibi, *Aduerſus omnes ferè ſentẽtias eiuſdem Sac. Conſ. de nullitate opponi*, & ibi. *Quod, quando contigerit aduerſus ſententias*, ſeu *ſententiam præfati S. Conſ. &c.* & ſic millies ſeruaui.

14 QVartum requiſitum eſt, circa qualitatem nullitatum, videlicet, quòd ſint contra expreſſos caſus legum communium, vel municipalium, vel contra tenorẽ publicæ ſcripturæ authenticæ, & in actis præſentatæ, ante prolationem ſententiæ, vt in *d. pragm. 28. capit. propriè cap. 20.* & ſub nomine legis municipalis comprehenditur ſtatutum, *Minad. d. conſ. 20. Borgnin. Canalcan. deciſ. 11. num. 1.* Item cõſuetudo. *Balb. deciſ. 166.* Item ſtylus alicuius Curiæ. *Guid. Pap. deciſ. 242.* Item determinationes S.R.Cõſ. quæ faciunt ius in Regno. *Affl. deciſ. 96. num. 11. benè adducta à Grauat. in add. ad pract. Veſtr. cap. 1. lib. 6. num. 17.* Sed intellige, *vt dixi ſupra in præambulis huius 3. par.* Et de iure communi, quando ſententia dicatur lata contra caſus legum, & conſequenter ſit nulla, multos caſus recenſet *Præpoſit. & Philipp. Franch. in cap. dilecto, de appell. Specul. in tit. de ſententia. §. iuxta. Borgnin. Canalc. in repert. ad eius deciſio. verſ. ſententia. Pract. Papienſ. in form. ſenten. diff. ſub gloſ. Nos Bernardinus, verſ. impugnatur autem per viam nullitatis, & nouiſſimè colligit* Riec. coll. 341. *& 747. Thor. in compen. deciſ. ver. ſen-*
15 *tentia, & ver. nullitates.* Et ſignanter pro caſu magis occurrenti ſententia eſt nulla, quando eſt lata contra mortuum. *l. in ſumma. ff. de re indic. cum ſimil.* Sic etiam è cõuerſo in fauorem mortui erit etiam nulla, de quo eſſe text. *in l. de qua re. §. abſentem. ff. eod.* dicit *Caſtrenſ. in d. l. in ſumma, Marant. in eius ſpec. par. 4. diſt. 16. & par. 6. verſ. ſententia, num. 107.* Fallit tamẽ iſta poſitio multis modis, & ſignanter ſi ex pluribus condemnatis vnus eſſet mortuus; nam tunc ſentẽtia reſpectu viui ſubſtinetur, & erit exequenda, *Pacian. de probat. concl. 26. num. 39. lib. 1. Gayl. obſer. 109. lib. 1.* Sed intellige, quando ſententia contineret capita ſeparata, ſecus ſub vno capitulo, vel re indiuidua, ſeu connexa eſſet prolata, quia tunc reſpectu omnium erit nulla, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 162. num. 24. & 26. lib. 1. Puteus deciſ. 323. alias 355. lib. 1. Gabriel. conſil. 56. num. 9. lib. 1.* & ſic obſeruatum in Sacro Conſil. refert *Capic. Lacro dec. 83. num. 11.* Sed quando dicatur ſententia indiuidua, vel non, licet contineat capita diuerſa, explicat *Monter. deciſ. Areg. 5. num. 67. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 93.* aduerte tamẽ in praxi, quod ſi ſententia eſſet prolata contra plures inſolidum, vel eſſent obligati inſolidum, adeo quod iudicium intẽtatũ ex ſe poterat ſubſtineri contra vnum, tunc procedit doctrina prædictorum Doctorum, quod mortuo vno ſuſtinetur contra alios, *Cancer. var. reſol. d. tit. de ſentent. & eorum execut. lib. 3. cap. 17. nu. 321. cum ſequen.* & ſic ſeruamus in S. Conſ. *ad Gizzarel. dec. 12. & Capic. Latro dec. 82. num. 15. cum ſequen.* Verum S.C. in caſibus, in quibus etiã reſpectu mortui declarat ſententiam nullam, cognito, quod tempore prolationis erat mortuus, & non compilationis proceſſus, mandat iterum eſſe procedendum ad expeditionem cauſæ ex eiſdẽ actis, *Præſ. de Franch. dec. 245. Peregr. de iure fiſci lib. 7. tit. 4. nu. 7. Reg. Capic. Latro d. deciſ. num. 19.* Sed quid dicendum de actis, quæ fiunt cum hærede, non tamen citato tanquam hærede, ſed alio titulo, acta valebunt, & ſic ſeruatur in praxi ex doctrina *Gammę dec. Luſitaniæ dec. 324. num. 2.* quia in

Regno

Regno proceditur ſola facti veritate inſpecta, niſi eſſet Prælatus alicuius Eccleſię, vt dixit *Reg.Rou.in d.prag.5. n.29.* vel eſſet cōdēnatus procurator in damnū hæredis, quando principalis eſſet mortuus, vt per *Iacob.poſt alios in l.nulla.C.de procur.notauit Præſes de Franch.deciſ.* 245. *clarius Molfeſ. in conſ.3.num.6.& 45.cum ſeq.* at ſi eſſet lata cum falſo procuratore, ſecus erit niſi in beneficium minoris, *de Mauro*
16 *alleg.4.num.7. vol.* 2. Item lata à Iudice incompetenti, & quando, explicat *Mar.Medic.deciſ.Senenſ.exam.32.* & quando S.Conſ. vidit notoriè ſententiam eſſe nullam ex defectu iuriſdictionis, tunc admittit nullitates abſque depoſito, & ſic apud peritos iudices pluries obſeruari. Itē ab eo, qui iudicauit in aliqua maiori ſumma, quam eſſet eius poteſtas, & iuriſdictio. *l.ſi idem cum eodem. §.fin. de iuriſdict.omn.iud.cum concord.Rebuff. ad Gall.conſtit.titu.de ſenten.prouiſ.art.* 2. *glo.4.Cancer.var.reſol.cap.17.lib.3.tit. de ſenten.& eorum exec. nu.333.* Hinc inferunt, quod ſententia lata plus debito eſt nulla in totum, ex *Bart. in l.ſi non ſortem.§.centum.ff.de cond.indeb.* ſic in duobus Cōſiliarijs, qui nō poſſunt iudicare, niſi infra ſummam ducatorum ducentorum, vltra verò ſecus, vt ſtatuit Regia Pragmatica, & conſequenter eſt nulla eorum ſententia, vt deciſum refert *Ann.in d.cap.1. nu. 247.de vaſſ.decrep.ætat.* & ſic paſſim
17 ſeruatur. Item ſi eſſet ſententia Sac. Conſ. lata ſub nomine Regiæ Maieſtatis, nam tunc non ſufficit, quod ſententia ſit contra caſum legis, & iuris poſitiui, ſed naturalis, & procedunt adducta ab *Afflict in deciſ.* 283. *& in conſtit.appellationum tempora, ſub num. 28.verſ.ſed iuxta hoc quæro, cum aliis benè adductis per eruditiſſ. Thorum in compen.deciſ. verſ. ſententia nulla an debeat.* Et de nullitate ſententiæ latæ per colluſionem, vide poſt *Ann. conſ. 13.Viſcont.in eius concl.ver.colluſio.*

18 QVintum requiſitum eſt circa tempus, nam ſi agitur de nullitatibus concernentibus acta, & proceſſus, tunc nō poſſunt proponi ipſorum nullitates poſt ſententiam ſecundum diſpoſitionem *prag. 9.§.27.de cauſ.decidend.& in d.cap.17 d.pragm.28.cap.* Et in hoc intelligatur de actis ſubſtantialibus? *Reg.Rouit.in d.pragm.9.* Et quando nullitas ex defectu citationis, cuius vigore fuit proceſſum in contumaciam, tunc de iſta nullitate eſt ſubeunda ratio, etiā poſt ſententiam, & ſic debere intelligi d.Regiam pragm. teſtatur ibi *Reg. Rouit.* & obſeruaui apud peritos iudices, quos eſt ſatis rationi conſonū. Item ſi agitur de nullitatibus, circa ſententiam interlocutoriam, etiam habentem vim diffinitiuę, tunc ſtatuitur tempus ad illas proponendas, videlicet, ſex dierum poſt illius intima
19 tionem, vt in *cap.8. d.pragm.* Si verò agitur de nullitatibus aduerſus ſententiam, de quibus nos loquimur, diſtinguo: aut proponuntur principaliter per modum actionis, & tunc licèt de iure communi erat tempus triginta annorum, *Bart.in l.ſi expreſſim.ff.de appell.Angel.in l.ſicut. num.* 10. *C.de præſcript.triginta, vel quadraginta annorum, Lanfran.in d.praxi, tit.de interloc.& appell.ſub num.45.verſ.adde hic.* Hodie tamen eſt limitatum, & ſolùm datur decennium decurrendum à die intimationis ſententiæ, *vt in capit.21. d.pragm.28.capit. Reg.Rouit.in d.prag. 5. num. 26. de offic.Sac.Reg.Conſ.* Aut
20 verò dicitur de nullitate per modum exceptionis, & tunc tempus non ſtatuitur a dicta Regia pragmatica, & per conſequens relinquitur ſub diſpoſitione iuris communis, ſecundum quod exceptio eſt perpetua. *l.purè.§. fin.ff.de dol.& met.* ergo quando petitur executio, tunc poteſt dici de nullitate excipiendo, & ſi elapſi ſint dicti decem anni, prout ſic interpretata eſt praxis dictam Regiam pragmaticam, ex adductis à *Gratian.dec.Marcb.151. & Ru-*

Digitized by Google

& Ruginell. ad Conſt. Mediol. §. 2. cap. 2. Surd. deciſ. 277. num. 27. poſt Angel. in conſ. 269. & Albenſ. conſ. 192. num. 12. inſuper aduerte, quod de actis factis pro executione ſententiæ non loquitur dicta Regia pragmatica, & ſic de illis poteſt dici de nullitate, & requiritur depoſitum, & ſic indifferenter ſeruamus.

21 Vltimò pro coronide huius materiæ eſt aduertendum, quòd interdum iſtud remedium nullitatis non operatur, & ſignāter, quando eſt dictum de nullitate, & poſtmodum fuit tranſactum cum pacto, quòd ſi infra aliquod tempus non ſoluatur, id, quod ſententia continebat, poſſit exequi, nam tunc, non facta ſolutione, ſi petatur ſententiam exequi, non poterit opponi de nullitate, Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit, ſecunda lectura, §. ſecundò quæro, Cod. de pact.

22 Item ſi fuit dictum de nullitate principaliter, & cum clauſula, Et ſi qua eſt appello, nam tunc, terminata cauſa appellationis, ſi in ea fuerit etiam diſceptatum de nullitatibus, erit præcluſa via huic remedio, ex doctrina Pau. de Caſtr. in l. 1. col. 3. ante num. 3. verſ. item cenſetur, C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. poteſt enim Iudex ad quem, cognoſcere de nullitate ſententiæ. l. ſi expreſſim. ff. de appell. l. quidam. ff. famil. erciſc. Sed an tunc e conuerſo ſuccumbens in diſcuſſione nullitatis poſſit proſequi remedium appellationis, & vigore dictæ clauſulę tenet, quod ſic, Paul. de Caſtr. in l. contra maiores, C. de inoffic. teſtam. num. 3. Et ratio eſt, quia dicta clauſula operatur, vt quodlibet remedium ſit intentatum principaliter, & de per ſe, & ideò tunc, deſerta cauſa appellationis, non erit deſertū præſens remedium nullitatis, vt dicit Affl. in conſt. Regn. appellationum tempora, ſub num. 36. verſ. & pro deciſione huius dubij. Hoc idem operatur illa clauſula, qua appellatur, videlicet, Appello, & æquè principaliter de nullitate dico, nam tunc, ex quo videtur intentatum hoc remedium nullitatis principaliter, deſerta cauſa appellationis, non erit præcluſa via huic remedio nullitatis, & ita ſeruari in praxi teſtatur Grammat. in conſ. 164. quem ſequitur, & obtinuiſſe refert Viu. in Sylu. commun. opin. in 551. opin. incip. nullitas. nu. 6.

23 Et tandem a decreto, in quo declaratur non obſtare nullitates oppoſitas, non poteſt appellari, vel reclamari, vt eſt diſpoſitum in d. Reg. pragm. ſub cap. 23. & ideo Præſes Sac. Conſ. tunc mandat fieri verbum, & ita ſeruatur; ſecus verò à decretis affirmatiuis, videlicet, obſtare nullitates, de cuius ratione, vide in d. pragm. Excell. Comitis Lemenſ.

## DE REMEDIO IVRIS offerendi, impediente executionem ſententiæ.

### Cap. VII.

### SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi quando impediat executionem ſententia.*
2 *Ius offerendi, an competat poſſeſſoni iniuſto.*
3 *Ius offerendi, an detur aduerſus ſententiam, latam ſuper aſſecuratione, vel reſtitutione dotis, & nu. 4.*
5 *Oblatio quantitatis contenta in ſententia, vt impediat executionem qualiter eſſe debeat. nu. 6. & 7.*
8 *L. pecuniam. C. de iure fiſci, an procedat in dote, refertur deciſio, & nu. 9.*
10 *Oblatio quonam tempore ſit facienda, vt impediat executionem ſententia, & num. 14.*
11 *Dominiū quando acquiratur per adiudicationem factam cum conſignatione poſſeſſionis, nu. 12.*
13 *Appretium, & adiudicatio debent fieri, audita parte.*
15 *Appretium qualiter fieri debeat in praxi, remiſſiuè.*
16 *Adiudicatio facta plus debito, quid differat*



Digitized by Google

*ferat à facta pro minori valore, quam res adiudicata valebat, ibid.*

1 QVartum remedium eſt iuris offerēdi, competens alicui poſſeſſori, conuento hypothecaria, vel iudicio aſſiſtentiæ, qui tūc offerendo ſoluere in pecunia, quantitatem, contentam in ſententia, euitabit executionem ſuper re in iudicio deducta, & ab ipſo poſſeſſa, iuxta *tex. in l. ſi fundus. §. in venditione. ff. de pignor. & l. Paulus. in fin. C. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. cum concord. & ſic in praxi receptum teſtatur Affl. in dec. 199. in fin.* modo fiat oblatio abſque controuerſia, *Anna conſ. 57. nu. 6. & 7.* Et ampliatur, etiam ſi iſte poſſeſſor
2 eſſet iniuſtus, vel ſi creditor victor recuſaret recipere oblatam pecuniam, vt per *Loffred. in conſ. 32. colum. 9. num.* 14. Item ampliatur competere
3 re etiam præſens remedium aduerſus ſententiam, obtentam a muliere pro reſtitutione eius dotium, ſoluto tamen matrimonio, quia tūc propriè dicitur vera reſtitutio, & in iſta opinione reſidet *Cyn. Barto. & cæteri in l. ſi cum tibi. C. qui potior. in pignor. habean.* & aduertit additio ad *Pract. Papienſ. in forma libelli in actione hypothecaria, gloſ. ſatisfacere, verſ. offeren-*
4 *di*, quòd ſecus eſſet aduerſus ſententiam aſſecurationis dotium, quia tūc non eſt vera reſtitutio, & ex ea non acquiritur dominium, vt aliàs dixi, & per conſequens tunc non operatur hoc remedium, *Afflict. in d. deciſ. 199. & latè explicat Præſ. de Franch. in dec. 54.* Verùm vt præſens remedium (vltra ea, quæ tractat *Moreſius in tract. part. de creditore offerent. & Mariſcot. in lib. 2. var. reſol. reſol. 36.*) operetur dictum actum ſuſpēſiuum executionis ſententiæ, duo copulatiuè requiruntur.

5 PRimum requiſitum eſt, vt oblatio ſit de integra quantitate, contenta in ſententia, nam particularis oblatio non prodeſt. *l. quamdiu. C. de diſtract. pignor. cum concor. alleg. per Pract. Papienſ. in d. verb. ſatisfacere, cir-*
6 *ca princip.* Quod ampliatur, etiam ſi prætenderetur a poſſeſſore rem tantum valere, quantum obtulit. *Præſ. de Franch. in deciſ. 38. nu. 1. & in hoc Sacrum Conſilium ſequitur opinionem Nerguſantij contra Aymon. in conſ. 168. vt idem Præſ. fatetur in dec. 54. in fin.* Sed
7 hoc limitatur in poſſeſſore, qui meliorauit dictam rem, nam tunc poterit ſolùm offerre pretium, & valorem rei, & eius æſtimatio fieret, attento tempore, quo non erat meliorata, vt benè per *Præſid. de Franch. in d. deciſ. nu. 5.* ſed intelligo de iuſto poſſeſſore, nam iniuſtus teneretur offerre totum creditum, alias non auditur *gloſ. in l. mulier. ff. de diſtr. pign. & ſic fuit deciſum in Sac. Conſil. in cauſa Dominæ Antoniæ Carbonellæ, cum Marcello Terracina, anno* 1579. *Actuar. Roppul.* Item dicta oblatio non poteſt fieri in alijs bonis mobilibus, vel immobilibus, etiam melioris conditionis, quia in hoc caſu non procedunt termini *Auth. hoc niſi. C. de ſolutio.* de quibus dixi ſupra de executione ſententiæ, nam vt aduertit *Papienſ. in d. glo. ſatisfacere, verſ. ſed hic inſurgit*, debet præciſè fieri in
8 pecunia, immò in pecunia libera, alias non valeret oblatio, nec victor teneretur illam recipere, puta ſi eſſet pecunia dotalis, cuius natura eſt, vt poſſit ab vxore in ſubſidium auocari contra recipientem, etiam ſi conſumpta reperiatur, iuxta diſpoſitionem *tex. in l. pecuniam. C. de iure fiſci*, quæ, licet loquatur in Fiſco, habet locum etiam in dote, prout interpretati ſunt DD. & ſic in praxi receptum eſt, & millies deciſum, tàm in Magna Curia, quàm in Sacro Conſil. *& ſignanter in cauſa inter Solentium Graſſam, cum Dominico Vaſſallo, & alijs, referente integerrimo Conſil. Auguſtino Caranita, anno* 1578. *Actuarius cauſa Gal-*
9 *derius*. Sed an habeat locum diſpoſitio *d. l. pecuniam*, in quolibet alio creditore ex cauſa onèroſa, vide *Ioann. Fabr.*

*Fabr. in §. ſi quis in fraudem. col. 16. in princ. inſtit. de action. & Grammat. in quaſt.* 1. collata poſt eius deciſiones. Sed cadit hic notabilis quæſtio, videlicet an conuentus condemnatus ad certam quantitatem cum tertijs ac intereſſe liquidandis valeat impedire executionem pro quantitate liquidanda, dicendo, quod intendit vti iure offerendi, facta prius liquidatione tertiarum, & intereſſe prætenſorum, & cum fuiſſet facta huiuſmodi oblatio, & oppoſita hæc exceptio liquidationis pro parte Illuſtr. Ducis Croſiæ vti tertij poſſeſſoris iure aſſiſtendi conuenti in cauſa quam habebat cum Barone Laurentij, qui mediante ſententia S. Conſ. obtinuit aſſiſtentiam ſuper terram Petræ Paulæ iam expoſitæ venalis pro quantitate capitalis decreto eiuſdem S. C. referente Conſiliario de Coſtantio, fuit prouiſum, quod procedatur ad liquidationem contentarum in ſententia S. Conſ. vt prouideri poſſit ſuper comparitione præſentata per Illuſt. Ducē Croſiæ ſub die 12. Septembris 1642. fol. 290. & iterum facto verbo, fuit confirmatum decretū fol. 295. penes Carbonū, quia offerendo quantitatē liquidam, & certam adhuc res remaneret ſub hypotheca pro quantitate liquidanda contra intentionem iuriſconſult. *in l. paulus, la prima. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſolu. & l. ſi fundus. §. ſi venditor. ff. de pignor. cum concord.* & propterea non eſt præter terminos iuris ex quātitate illiquida impedire executionē rei liquidæ, vt per *tex. in l. ſeruus quod. §. bone. ff. de cond. furtiua, & doctrinam Bart.* docet *Carauita in ritu* 177. *num.* 29. *verſ. aut pars illiquida*, *quem ſequitur Milanenſ. deciſ. Sic.* 1. *num.* 28. *verſ. ex qua tex. lib.* 1. & addo aliam rationem, videlicet, debitor, & creditor ſunt correlatiui, & proinde eadem diſpoſitio tam in vno quā in alio. *l. fin. ff. de accept. cum concor.* Ergo ſicut creditor non poteſt cogi ad recipiendas diminutas ſolutiones, *quamdiu. ff. de diſtract. pignor. cum concord.* ergo nec debitor ad ſoluendum diminutè ob incommodum retinendi rem obligatam, vt ſupra, debet igitur creditori imputari, ſi fuit negligens, vt conſiderat *Muta deciſ. Sicil.* 19. *ſub num.* 13. Reliqua ad materiam vide per *Capyc. & ibi Addent. in deciſ.* 78. *Cephal. conſ.* 186. *lib.* 1. & *Couarr. pract. quaſt. c.* 29. *col.* 6.

10 Secundum requiſitum eſt circa tempus, videlicet vt fiat oblatio antequam ſit factum appretium, & adiudicatio victori, ſuper re, deducta in iudicio, nam poſtea huic remedio erit præcluſa via, *Afflict. in deciſ.* 187.
11 & *Capyc. in deciſ.* 41. Ratio eſt, quia ex dicto appretio, & adiudicatione eſt iam translatum dominium illius rei in poſſe victoris, & conſequenter non eſt amplius agendum de offerēdo. *Gramm. deciſ.* 51. *nu.* 4. quod quidem ſanè intelligas, quando cum effectu fuit proceſſum ad actum adiudicationis cum conſignatione poſſeſſionis, ex dictis per *Ancharan. in*
12 *conſ.* 353. *num.* 3. Hinc eſt, quòd, quando ab appretio expertorum appellatur, vel reclamatur, vt dicit *Afflict. in deciſ.* 188. *num.* 4. debet committi reuiſio, & interim dictum appretium nil operabitur circa translationem dominij, vt benè aduertit *Præſ. de Franch. in deciſ.* 145. *in fine:* & facta reuiſione ſi reperiatur diuerſitas a primo appretio, quid faciendum? docet *Troyſ. in pragm.* 4. *num.* 3. & *ſequen. de*
13 *ord. iud.* vbi vide de iſta materia. Et ex his aduerte, quòd, cùm appretium & adiudicatio ſint actus præiudiciales, debet omninò audiri in illis poſſeſſor conuentus, aliàs eſſent nulli, *Balb. in deciſ.* 180. & per conſequens nec ei officerent, quominus poſſit vti hoc iure quandocunque, *arg. tex. in l.* 1. *C. quor. bon. cum gloſ.*

14 Item opportunum eſt tempus vtendi hoc iure pendente appellatione, *Afflict. deciſ.* 187. *num.* 2. ſeu reclamatione, *Capyc. deciſ.* 202. *num.* 12. *verſic.*



Digitized by Google

*num poſſit*, & interim fructus ſunt ſequeſtrandi, *ad Afflict. in deciſ.* 188. *rum ibi notat.* & ſic nouiſſimè in iudicio aſſiſtentiæ refert deciſum *Regens Sanfel. dec.* 117. *lib.* 1.

15 Sed hîc quæri oportet pro coronide huius tituli, qualiter fieri debebat appretium? & docet *Præſ. de Franch. in deciſ.* 54. *& Conſiliar. de Georg. in ul.*
16 *leg.* 1. & ſignanter aduerte, quod nullum eſt appretium, & ſucceſſiuè adiudicatio, eius vigore facta plus debito, nam tunc eſt reuocanda in totum. *Bart. in l. certi conditio.* §. *quando. ff. ſi cert. pet.* ſecus ſi eſſet facta pro minori valore, quo res ipſa valebat, quia tunc erit valida pro iuſto, & cōſequenter ſolùm quoad ſuperfluum veniret reuocanda, ita diſtinguit *Capyc. deciſ.* 41. *num.* 9. *Reg. Rouit. in prag.* 2. *de appellat. num.* 22. Sed fructus cuius erunt, quando reuocabitur dictū appretium? videndus eſt *Afflict. dict. deciſ.* 188. *& ibi Modern. Adden.* & an caſu, quo eſſet nulla adiudicatio poterit creditor iure retentionis retinere rem loco pignoris quouſque ſatiſfiat? *Curtius de feud. par.* 2. 6. *quaſt. prin. nu.* 14. & dicit, quod ſic.

## DE REMEDIO CESSIONIS bonorum, impediente executionem ſententiæ.

### CAP. VIII.

### SVMMARIVM.

1 *Ceſſio bonorum eſt remedium, quod impedit executionem ſententiæ, & de eius materia remiſſiuè nu.* 3.
2 *Renunciatio, quæ fit huic remedio, quid operetur, & nu.* 16.
4 *Ceſſio bonorum quando fieri poſſit, etiā quod debitum ſit negatum. nu.* 5.
6 *Ceſſio bonorum, quando denegatur. num.* 7.
8 *Quinquennalis dilatio, vt impediat executionem ſententiæ, quæ requirantur.*
9 *Quinquennalis dilatio à quonam poſſit obtineri, & nu.* 10.
11 *Lite pendente ſuper quinquennali dilatione petita, an poſſit fieri à Iudice ſuperſeſſoria in exequendo.*
12 *Quinquennalis dilationis materia remiſſiuè.*
13 *Ceſſio bonorum quonam modo fiat in Ciuitate Neap. & in alijs Curijs.*
14 *Ceſſio bonorum ignominioſè facta, an liberet totaliter cedentem. nu.* 15.
16 *Cedens bonis, qualiter ſuper bonis inde quæſitis patiatur executionem.*
17 *Cap.* Odoardus, *exceptio ſimilis eſt ceſſioni bonorum, & impedit apud clericos executionem ſententiæ, & de materia remiſſiuè.*

1 ADhibitis his omnibus ſupra examinatis remedijs ad impediendam executionem ſententiæ, & nō ſuffragantibus, ſi ſententia lata eſt in actione perſonali, ne victus debitor maceretur in carceribus, & luat in corpore, cùm non habeat in ære, *iuxta regul. tex. in l.* 1. §. *ſi. ff. ne pæn. cum concord.* poterit tandem deuenire ad vltimum, & miſerabile remedium ceſſionis bonorum, quo caſu impedit executionem ſententiæ ſecundùm *Bald. in l.* 1. *Cod. qui bon. ce-*
2 *der. poſſ.* Et ampliatur, etiam ſi huic beneficio ceſſionis bonorum fuiſſet cum iuramento renunciatum, *vt late poſt Guid. Pap. in deciſ.* 212. *diſcurrit*
3 *Theſaur. in deciſ. Pedemont.* 36. Item etiam ſi debitum prætenderetur ex cauſa intereſſe debiti ratione delicti priuatæ perſonæ, vt poſt multam diſputationem refert deciſum idem *Theſaur. in deciſ.* 182. Et licet de iſta materia tractat. partic. *Bruni*, & plenè ſcripſerit *Menoch. de arbitrar. iud. caſ.* 183. *lib.* 2. *& aliqua per Ioan. Maria Nouar. in collect. ſuper pragm. Reg.* 52. *&* 53. tamen vt vendicet ſibi locum præſens remedium, praxis, ad duo aduertit.

4 PRimò, vt victus, petens hoc remedium, vel quòd oſtendat iuſtam

ſtam habuiſſe litigandi cauſam, vt dicit *Bald. ad l.* 1. vel quòd debitū confiteatur, vt notat *gloſ. & DD. ibi, Angel. in §. fin. de action. num.* 8. *Afflict. in deciſio.* 389. *latè Rolan. à Vall. conſ.* 7. *volum.* 2. Verùm, quia vtrumque eſt difficilis probationis in praxi, nam quòad primum, lata ſententia contra vnum, oritur præſumptio iniuſtam habuiſſe cauſam litigandi. *gloſ. in Authen. generaliter. Cod. de epiſcop. & cleric. verſ. iniuſte, & in l.* 1. *Cod. de fid. inſtrum. lib.* 10. *in verb. omni.* Quòad ſecundum, plerumque conuentus ne-
5 gat debitum. Ideò praxis, quæ ambagitates aufugit, tradit in hoc cautelam, vt appelletur à ſententia, & pendente illa (cum ex ea iudicatum extinguatur) fiat confeſſio debiti, & cōſequenter petatur hoc remedium, nā tunc conceditur, & impedit executionem ſententiæ, vt deciſum refert *Affl. in dec.* 296. *in fin.*

6 SEcundò eſt aduertendum, ſi iſte victus conuentus antea ſit admiſſus ad quinquennalem dilationem, nam tunc ex communi concluſione Doctorum, & in praxi recepta eſt præcluſa via huic remedio, vt per *Afflict.*
7 *in deciſ.* 378. Quod verum fateor reſpectu creditorum ante dictam dilationem, reſpectu verò creditorum poſtea contractorum, tunc, non obſtante dicta quinquennali dilatione conceſſa, poterit vti victus iſto remedio. Ratio eſt, quia iſti, tanquam futuri creditores, non includuntur in dicta dilatione conceſſa, *argum. l. Aurelius. §. Titius. ff. de libert. legat. & clem.* 1. *de cenſib. vt benè per* Rebuff. *vbi ſupr. nu.* 18.
8 Sed pro vberiori intelligentia eſt ſciendum, quod dicta exceptio quinquennalis eſt de iure communi introducta. *l. quoties. C. de precib. Imper. offeren.* & eandem vim habet impediendi executionem ſententiæ, ex doctrina *Bald. in l. ſi filiusfamilias, in vltimis verbis, ſi cert. peta.* dummodo concurrant requiſita, & primò, quod maior pars creditorum conſentiat, *Afflict. cum ibi notat. in deciſio.* 288. & maior pars intelligitur non ex numero perſonarum, ſed ex quantitate debiti. *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. & l. maiorem. ff. de pact.* & ſi adeſſet æqualitas, tàm circa numerum perſonarum, quàm quantitatem, tunc creditorum dignitatem inſpiciendam eſſe, tenet *Petr. Vander. in tractat. de priuileg. creditor. cap.* 12. *verſ. quid igitur ſi & par. ſit. vel cum Bart. in l. cum ſolito. C. qui bon. ced. poſſ.* dicamus, quod tunc ſententia benignior mittitur, quaſi dicat, quod concedi debeat. Reliqua ad hunc concurſum colligit *Ricc. coll.* 66.
9 Secundum requiſitum eſt circa habilitatem perſonæ, petentis dictam quinquennalem dilationem, nam ſi eſſet depoſitarius, nequit illa gaudere, *Præſes de Franch. deciſ.* 141. *& Concordantes allegat Thor. in compendio deciſio. verſic. exceptio quinquennalis,* ſic etiam ſi eſſet mercator decoctus,
10 *Boer. deciſ.* 215 *colum.* 3. Item fideiuſſor, nam dilatio conceſſa principali non extenditur ad ipſum, *Barzan deciſ.* 77. licet in contrarium appareat per S. C. deciſum, vt refert *Thorus in comp. deciſ. verbo dilatio quinquennalis, tom.* 1. Item iſta quinquennalis dilatio non opitulatur debitori, etiam habenti opportunum concurſum, niſi latum ſit ſuper ea decretum, & licet interdum Iudices, lite pendente ſuper ea, concedunt ſuperſeſſoriam debitori, illa iure non cauetur, vt aduertit *Regens Rouit. in pragmat.* 1. *box*
12 *titu. de ceſſ. bonor. num.* 3. Reliqua de iſta materia, & in quo differat iſta dilatio quinquennalis ab annali, & de alijs, diffuſè *Petrus Rebuff. ad Gallic. conſtit. in tract. de liter. dilator. art.* 1. *glo.* 1. *tom.* 2. *& colligit Ricc. coll.* 8.

13 VLtimò pro coronide huius materiæ eſt aduertendum circa modum, & ſolemnitatem, quæ fit dicta ceſſio bonorum, nam Neapoli ante foras palatij Magn. Cur. Vicariæ adeſt lapis marmoreus, ſeu columna ſuper quam aſcendit ille, qui bonis eſt

Digitized by Google

eſt ceſſurus, & ibi ſtat aliquo temporis ſpatio, & irridetur à pueris, & proinde reputatur apud omnes actus ſatis ignominioſus, adeò quòd ſi pro debito fiſcali proueniete ex delicto, & dolo, regulariter non concedatur huiuſmodi remedium, tamē propter hūc actum idem fiſcus tolerat, & permittit talem debitorem eſſe admittendum ad illud, vt eſt exemplum in perſonam Hieronymi Spatæ, in cauſa Act. Regiæ Cam. Amendolæ, de qua teſtatur *Regens Ronit. decis. 86. num. 7. verſ. ſed quia*. Alia ſolemnitas extat Papiæ, de qua teſtatur *Menoch. de arbitr. iud. caſu 183. ſub num. 14 lib. 2.* & ibi vide qualiter cedat bonis vniuerſitas. *num. 16. & ſeq.* & de multis alijs modis, quibus fiat iſta ceſſio, & ſignāter in Curijs ſpiritualibus, & in Sacro Palatio Apoſtolico, benè *additio ad Angel. in §. fin. de action. verſic. cedere bonis. & Thorus in compen. deciſ. verbo Doctor an admitti par. 3.* & de ceſſione bonorum more nobilium, vide *Thorum vbi ſupra*.

14 Et hæc quidem ſatis aduertenda ſunt, nā ex eis dependet deciſio quæſtionis, an poſſit exequi ſuper bonis, poſtea quæſitis ab illo, qui bonis ceſſit, *iuxta tex. in l. qui bonis. Cod. qui bon. ced. poſſ.* nam quando iſta ſolemnitas, quæ adhibetur in hoc remedio, eſt ſatis ignominioſa, & vituperat cedentem, vt puta, ſi fiat, percutiendo lapidem natibus, iuxta conſuetudinē Curiarum Ciuitatis Lugduni, tunc certè, quòd in totum eſt liberatus cedens. *Guid. Pap. deciſ. 343. quem ſequitur Menoch. in d. caſ. 183. ſub num. 22. verſ. illud tamen annotandum erit.* Vnde,

15 cum non ſit multum vituperoſa ſollemnitas in noſtris Curijs, conſequens eſt, vt procedat regula *d. text. in l. qui bonis, & attendatur opinio Couarr. cap. 16. num. 6. in fin. lib. 2. varia. reſolutio. dicentis*, ex hac exceptione, nec naturalem, nec ciuilem obliga-

16 tionem tolli, & ſic ſeruatur. Verùm tamen fateor, quòd tunc ſuper bonis poſtea quæſitis, poterit exequi aduerſus debitorem in quantum facere poteſt, niſi adſit renunciatio huic remedio ceſſionis bonorum, nam licèt renunciatio non operetur effectum carcerandi debitorem, vt ſupra dixi *nu. 2.* operabitur tamen hunc effectum, quòd abſque metu illius exceptionis in quantum facere poteſt exequatur, vt dicit *Angel. in d. §. fin. de actio. prope ante num. 25. Matthesil. in d. l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. num. 7. Guid. Pap. in deciſ. 211. num. 1.* Reliqua de iſta materia,

17 vide per *Menoch. vbi ſupra*, & ſignanter, quòd iſtud beneficium procedat inter laicos, nam inter clericos adeſt ſimile beneficium, *cap. Odoardus de ſolutionib. vt ibi num. 29.* & illo etiam apud eos impeditur executio ſententiæ. *Puteo. deciſ. 56. & latè de materia Genuenſ. in pract. Cur. Archiepiſ. cap. 3. & colligit Rota. coll. 12. & Papon. in eius Arreſt.*

FINIS.

Digitized by Google

# DE CONCVRSV, ET PRAELATIONE CREDITORVM

## PARS IV.

## PRAELVDIVM.

### SVMMARIVM.

1. *Frequens, vtile, & neceſſarium in Foro, Opus de Concurſu, & Pralatione Creditorum.*
2. *Creditor propria auctoritate, & ſine figura iudicij poteſt ſuum debitorem decoctum, & fugitiuum arreſtare, & carcerare.*
*Etiam die feriata. Quid ſi debitor eſſet Clericus; & de aliena Iuriſdictione, & num. 12. Quid in credito ſub conditione.*

FRequentiſſima, & non minus vtilis, quam neceſſaria in Praxi eſt illa Creditorum altercatio, inter ſe ſe, de potioritate, & prælatione in communis debitoris decocti (vulgò falliti) bonis pugnantium; quam indies praticamus in noſtro S.C. Volui igitur
1 poſt eiuſdẽ Senat. Praxim, præcedenti Tractatu luculẽter explicito, & nouis etiam Additionibus illuſtrato, aliquas de hac re Diſputationes annectere, eaſque breuiſſimas, & ad Praxim tantummodo accõmodatas. Propterea omiſſis iis, quæ Doctores ſuorum Tractatuum initio inutiliter cõgerere ſolent, ad rem ipſam practice quoad fieri poteſt explicandam accedo. Quoties ergo debitor creditorum mole depreſſus, & decoctus incipit latitare, & fugam arripere, & creditores recurrunt ad Iudicem, inſtãdo pro arreſto debitoris, ſequeſtro, & venditione bonorum. Tunc
2 ad arreſtum, & carceratione debitoris de fuga ſuſpecti ſine figura iudicij veniẽdũ; cũ etiã propria auctoritate eo caſum per creditorẽ poſſit arreſtari, animo illum ducendi ad Iudicem; vt docet Iuriſconſult. in *l. ait prætor*, §. *ſi debitorem, quæ in fraudem cred.* & late explicat *Manſon. in tract. de cauſis execut. lib. 1. ampliat. 4.* etiam quod eſſet dies feriata, *Guid. Papa dec. 215.* idem *Manſon. ibid. ampliat. 1.* & 2. Quid autem ſi debitor eſſet clericus, vel de aliena iuriſdictione, an poſſit arreſtari per creditores, vel ceſſionarium creditoris, vide cit. *Manſon. ampliat. 21. eod. lib.* & quid in credito ſub conditione *ampliat. 25.* Aliaque curioſa, ſcituque digna ad hanc materiam, nimis docte ſcripſit Dom. *Alexander Venriglia*, Aduoc. Neap. eruditiſs. mihi perquam carus, Apollini perquam notus, contra quoſdam ſuos debitores.

### ARGVMENTVM.

Iudex certioratus de fuga, & decoctione debitoris, quid facere debeat, Graduationis confectio

ſectio. Quomodo ſit facienda. Ea peracta, ad quid procedendum. Graduationis Iudicium indiuiduum: Qui de Concurſu, & Prælatione Creditorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex debet ſe ſummarie certiorare de fuga, decoctione, & mutatione ſtatus debitoris. Et per aliquas coniecturas. Quæ coniecturæ, & circumſtantiæ decoctionis remittitur Iudicis arbitrio. Et aliquæ explicantur.*

2 *Iudex inſtructus de viribus patrimonij decocti, ad bonorum ſequeſtrum procedat. Et cur. Vbi Prax. S.C. refertur. Quid quando decoctus, eſt aliquo Titulo inſignitus, ſcilicet eſt Dux, Marchio, n. 12.*

3 *Decoctio non poteſt ſolui, etiam ſi ſolutioni eſſet adiectus dies. Litteræ Cambij, etiam acceptatæ, nō ſunt decocto ſoluendæ poſt acceptationem.*

4 *Decocti Patrimonio datur Curator. Praxis S. C. mentio.*

5 *Ordinatio Creditorū Graduationis: Quomodo ſit facienda. Creditores qualiter graduandi.*

6 *Graduatione facta, proceditur ad venditionem bonorum decocti. Et an procedendum ad venditionem bonorum dotalium, nu. 11.*

7 *Contractus vigore graduationis intelliguntur reſciſſi. Graduatio vim Sententiæ habet.*

8 *Sententia non tribuit ius prælationis, ſicut tribueret ante Graduationē. Limita, prout num. 9.*

9 *Graduationis Iudicium eſt indiuiduum.*

10 *Per graduationem, num poſſit impediri liquidatio Inſtrumēti via Ritus M. C. Et obligationis accuſatio, ad inſtantiam alicuius creditoris. Refertur Praxis Sac.* Conſil.

13 *Quæ ſolemnitates requiruntur in decreto venditionis bonorum decocti.*

14 *Qui de Cōcurſu Creditorum egerint.*

DEbitor Creditorum mole depreſſus (vulgo fallitus) & decoctus, incipiendo latitare, vel fugam arripere, creditores recurrunt ad Iudicem inſtando pro ſatisfactione. Tunc bonus, & prudens Iudex debet ſe
1 certiorare de fuga, & decoctione, & mutatione ſtatus debitoris, per aliquas coniecturas, quæ ipſius Iudicis arbitrio remittuntur, vt poſt *gloſ. in l. fideiuſſor, §. vlt. qui ſat. dar. cog.* aduertit ibi *Bald. & Iaſ. num. 25. Alex.* & alij in *l. 2. ff. ſol. matrim.* Et potiſſima erit coniectura, quando perpenſis facultatibus debitoris, tam reſpectu mobilium, quam immobilium, recognoſcat non poſſidere tot, & tanta bona, quæ ſolutione debitorum ſatis, ſuperque ſint, vt per *Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 87. num. 13. verſ. Animaduertant ergo, &c.* & ibi de iſta materia per totum: ex cuius dictis colligitur partes Iudicis eſse in hoc caſu diligenter perſcrutari circunſtātias decoctionis, per ſummariā Relationem Creditorum, & alias diligentias, ex quibus vere, & bene inſtructus de viribus patrimonij. Ante omnia procedat ad ſequeſtrum omnium bonorum debitoris decocti, vt

ſit

2 ſit cautum creditoribus circa illorum
conſeruationem, *l. Fulcinus in princ.*
*verſ. Prætor ait,& in* §.1. *per totum, ff.*
*quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* per quem *tex.*
ſic indifferenter inoleuit frequentiſ-
ſima Praxis Sacri Conſilij, & pro-
ceditur huiuſmodi ſequeſtrum, te-
ſte *Reg. Rouito in pragmat.3. num.12.*
*verſ. inoleuit,&c. de ceſſ. bonor.* & ratio
eſt, quia iſte debitor decoctus iam
mutauit ſtatum, & detecta eſt pau-
pertas, *Marta vot.84. num.8. Gratian.*
*diſcept. forenſ.708. num.24.* Ideò ſi eſ-
3 ſet adiectus dies ſolutioni, per muta-
tionem ſtatus non poterit ei legitimè
ſolui, *l. cum quaſi, ff. de ſolut.* Stracc. de
*decoct. par.3. nu.*100. cenſetur etenim
reuocatum mandatum de ſoluendo,
adeoquod Literæ Cambij etiam
acceptatæ, non ſunt ſoluendæ deco-
cto poſt acceptationem, quod eſt no-
tandum, per *tex. in l. cum quis, ff. de ſo-*
*lut.* cum latè adductis per *Ann. conſil.*
82. cum ibi additis à *num.* 11. *vſque*
*ad fin. verſ. tertio principaliter,&c.* &
ratio eſt, quia iſte decoctus priuatur
adminiſtratione eius bonorum,& Iu-
dici intelligitur collata, *l. rogaſti,* §. *ſi*
*fugitiuus, vbi gloſ. & DD. ſi cert. pet. l.*
*libera, ff. de pecul. Soccin. conſ.78. nu.2.*
*volum.4. Bald. conſ.249. volum.1. verſ.*
*iſti Falliti, Medic. conſ.98. n.25. Stracc.*
4 *de decoct. par.3. per tot.* Eiuſque patri-
monio datur Curator, vt illud valeat
oſtẽdere aduerſus Creditorum calũ-
nias, *l. de curatore, ff. de curator. dand.*
& ſic indies ſeruatur in Sac. Cõſ. teſte
*Præſ. de Franch. dec.55. num.2. Thor. in*
5 *vot. deciſ.15. num.37.* Deinde imme-
diatè ordinatur formiter Graduatio
omnium Creditorum, & committi-
tur vt plurimũ Scribæ Cauſæ, qui au-
ditis omnibus Creditoribus, & dicto
Curatore procedat ad dictã gradua-
tionem, ponendo quemlibet in ſuo
loco, attenta prioritate temporis, iux-
ta doctrinam *Bart. in l. pro debito, C. de*
*bon. auth. Iudic. poſſid.* cum alijs allega-
tis per Salernitan. in deciſion. 60. nu. 1.
Sed intellige de hypothecarijs, nam

Chirographarij ponuntur omnes vl-
timo loco, videlicet, qui habet actio-
nem perſonalem tantum, nam inter
eos ceſſat prioritas temporis, & ad-
mittuntur per concurſum pro rata
crediti vniuſcuiuſque, diſtribuenda
per æs, & libram, iuxta *tex. in l. quid*
*autem,* §. *idemque, verſ. eleganter, ff. de*
*donat. inter vir. & uxor. l. ſi hominem,*
§. *fin. ff. depoſiti,* & ſic ſeruamus in S.C.
teſte *Reg. Rouit. dec.45. num.11.* prout
de obſeruantia in alijs Senatibus, te-
ſtatur *Papon. Arreſt. lib.18. arreſt.28.*
quem ſequitur *Cxiuell. dec. Dolan.27.*
Et aduertatur, quod licèt adſint non-
nulli creditores, qui licet ſint poſte-
riores in tempore, ſunt tamen potio-
res in iure: de iſtis non poterit iudi-
care Scriba, ſed erunt Iudicis partes
hoc diſcernere, & proinde eſt hoc
ſpecificè prouidendum, vt tales col-
locentur in tali gradu: Quod decre-
tum debet fieri, cauſa cognita, audi-
tis omnibus intereſſe prætendenti-
bus, quia agitur de intereſſe illorum,
qui ſunt prius in tempore, & ſic ſer-
uamus quotidie. Peracta deinde gra-
6 duatione prædicta, cõfirmatur ea per
decretum Iudicis mandãtis eſſe pro-
cedendum ad venditionem omnium
bonorum dicti debitoris decocti ad
hoc, vt iuxta graduationem poſſint
Creditores ſatisfieri de eorum cre-
ditis, per tradita à *Bart. in l. cum vnus*
*ff. de bon. auth. Iud. poſſ.* quem ad hoc
allegat *Milan. dec. Sic.2. num.16. lib.2.*
& Creditores annuorum introituum
7 graduantur etiam pro ſorte princi-
pali, quia omnes contractus vigore
graduationis intelliguntur reſciſſi, ac
ſi tales eſſent declarati per ſenten-
tiam S.C. quia ipſa graduatio habet
vim ſententiæ, & proindè proceditur
ſic executiuè, vt benè probat *Reg.*
*Rouit. in d. pragm.3. de ceſſ. bon. & in*
*conſ.37. num.2.* ſequitur *Thor. in d. vot.*
*dec.15. num.34. vſque ad 40.* Ad iſtam
venditionem proceditur etiam reſpe-
ctu bonorũ, ſuper quibus aliqui cre-
ditores (forſan putantes ex eorum

Oo dili-

Digitized by Google

diligentia eſſe preferendos) obtinuerunt ſententiam aſsiſtentiæ, nam formata graduatione, omnes creditores,
8 inſtar ſententiæ S. C. habent æquale Ius exequutiuum, vt ſupra, & ſic ſententia non tribuit ius prælationis, ſicut tribueret ante graduationem de iure communi, per *tex. ſing. in l. ſi quis ex multis ff. de noxal. actio.* & ſic ſeruamus in S. C. & *Thor. in d. vot.* 15. *n.* 35. refert deciſionem factam ad relationem M. C. in cauſa Antoniæ Anforæ cum Curatore Patrimonij Gaſparis
9 Maimoni decocti. Eſt enim iſtud Iudicium graduationis indiuiduum, & propterea omnes creditores afficit: tam ſi comparuerunt, quam ſi non, *Capiblanc. de Baron. tom.* 1. *cap.* 59. *n.* 7. Verum hæc intellige quando Creditor obtinuiſſet ſententiam ſimpliciter non adhuc exequutam, alias ſi eſſet exequutioni demandata, & mediante decreto adiudicationis fuerit immiſſus in poſſeſsionem, tunc ſunt diuerſi termini, & propterea creditores anteriores tenerentur agere via ordinaria iure auocationis, & procedunt adducta per *Giurb. dec. Sicil.* 61. *num.* 3. *& Coſtam conſ.* 54. *nu.* 31. Etſi creditor, qui habuit adiudicationem, & poſſeſsionẽ rei hypothecatæ erit anterior, tunc poſterioribus competit ius in illo pluri, quo res ex beneficio temporis reperitur augmẽtata, ex deductis per *Præſ. de Franc. deciſ.* 456. *&*
10 *Maſtril. dec.* 79. *nu.* 8. Inſuper hic aduerte, quod per iſtum concurſum, & iudiciũ graduationis non poteſt impediri liquidatio inſtrumenti, ſeruata forma Ritus M. C. ad inſtantiam alicuius Creditoris, qui penes acta graduationis voluit comparere, quia reſpectu ipſius contractus, non eſt reſciſſus, per ea, quæ tradit *Milanenſ. in deciſ.* 2. *num.* 17. *lib.* 2. auctoritate *Petr. de Greg. in comment. ſup. bull. de ann. redd.* Hinc videmus in S. C. quod in hoc caſu, Cõmiſſarius cauſæ graduationis, prætextu litis pendentiæ non procedit ad inhibitionem, maxime, quod ex *pragmat.* 47. *de off. mag. Inſtit.* eſt expreſse prohibitum Officialibus expedire prouiſiones inhibitoriales M. C. quoties agitur de incuſatione obligationum, & liquidatione inſtrumẽtorum. Attamẽ quando agitur de exequendis literis exequutorialibus expeditis vigore inſtrumenti liquidati, vel obligationis incuſatæ, tunc Iudex graduationis poterit ordinare, quod creditor adeat S. C. & compareat penes acta graduationis, vbi totum patrimonium debitoris ſtat ſub Iudice, etſi ante contingerit per relationem M. C. cauſam diſcuti in S. C. in aula, vbi reſidet Cõmiſſarius cauſæ graduationis, ſolet prouideri, quod remaneat in ipſo S. C. coram eodem cauſæ Commiſſario, & ſic procedit praxis relata à *Thor. in d. vot.* 15. *n.* 30.
11 Diximus, quod bona huius debitoris decocti venduntur inſtantibus creditoribus. Sed quid dicẽdum de bonis dotalibus, quando ipſa vxor eſſet obligata cum viro, & concluditur, quod non, ex doctrina *Bart.* communiter recepta in *l.* 1. *§. cohæredem. ff. ad leg. falcid.* Sed hoc limita, quando debita eſſent contracta cum vxore, & conſtaret pecuniam eſſe conuerſam in vtilitatem eiuſdem, vel pro ipſa, & familia alenda, quia aliunde non potuerat vir alere, vt per *Roman. ſingul.* 210. *Cepoll. cau.* 246. Nec habenda eſt ratio, an maiores ſumptus fecerit, quam vires, & fructus dotis exegerint, quia cum vxoris ornatus, & moderata familiæ ſuſtentatio ad honorem pertineat, maritus tacite a iure licentiam habere videtur, vt honorifice vxorem, & familiam alat, ſecundum ſuæ qualitatis, ſeu nobilitatis conuenientiam, & ſecundum regionis morem, cum honor, & vita in Iure æquiperentur, dicit *Anton. Gamm. in dec. Luſitan.* 366. *in fin. verſ. nec obſtat, &c.*
12 Cæterum non eſt hic omittendum, quod ſi perſona iſtius decocti eſt nobilis, aut feudataria, aliquo titulo duca-

Digitized by Google

Ducatus,Marchionatus,vel ſimiliter decorata, quando proceditur ad ſequeſtrum, reſeruantur illi alimenta iuxta qualitatem perſonæ, & quantitatem bonorũ, ſicut dicimus in Clerico decocto,auctoritate *Menoch. lib. 2.de arb.Iud. caſ.183. num.8. & Guttier.de iuram.confir.num.17.* cum allegatis per *Rodriq. de concur. credit. par.1.nu.27.* Sed differt vnus ab alio in caſu alienationis, quia in Clerico, fructus beneficij non poſſunt totaliter alienari, niſi reſeruatis alimentis, ſed bona iſtius Nobilis poſſunt totaliter vendi abſque vlla reſeruatione alimentorum,& ſic ſeruamus indies: verum ſi aliqui creditores, qui concurrunt, careant aſſenſu, & debitor decoctus poſſideret bona feudalia, vel officia, tunc iſti creditores non poterunt procedere directe ad illorum venditionem, ſed inſtare apud Iudicem, quod cogantur vendere, & de pretio ſatisfieri, & facta deinde venditione, emptor poterit impetrare aſſẽſum,& ita ſumus in caſu, *Præſ. de Franch.dec.704.Medic.conſ.169.de Ponte conſ.137. 2.vol. Amat. conſ.49.* & idem dicẽdum,ſi dicta officia poſſiderentur à filio, vel ab alio tertio nominato,& inueſtito vigore ampliationis factæ à Rege, cum facultate nominandi vnum hæredem in illo, quia iſte nominatus acquirit cum qualitate hæreditaria,& proinde erit obnoxius creditoribus nominantis, maxime, ſi pro nominatione aliquid à nominante fuerit ſolutum, & hæc eſt Practica noſtrorũ Tribunaliũ, & pluries ſic fuiſſe deciſum in Collat. Cõſ.conſtat ex late adductis per *Reg. Rouit.conſ.105.& ſeq.vol.* vbi adducit doctiſſimas Allegat. Domini *Præſid. Cacacij*,viri omnium iudicio,ob mores, nobilitatem, inſignemq; doctrinam,nunquam ſatis laudati,& aduertatur,quod deciſio relata à *Dom.Reg. Hectore Capycio Latro in deciſ.6.* non eſt contraria, ex quo non eſt fundata ſimpliciter in nominatione, ſed quia creditores ſine aſſenſu non habebant officium obligatum,& conuenta poſſeditrix retinebat illud pro dotibus maternis,pro quibus de Iure competebat retentio, ex *Capyc.deciſ.11.& 119.* & proinde in pari caſu melior fuit conditio poſſidentis, *l.ſi debitor, ff.de pignor.* & iſta cauſa dedit formã dictæ deciſioni, vt dicit idem *Regens in d.deciſ.circa finem,verſ.Verum quia, &c.* Et confirmantur prædicta ex alia doctrina, & obſeruantia: nimirum in caſu, quo habens poteſtatem nominandi,non facta nominatione,moriatur: nam tunc ſuccederet in dicto officio hæres ab inteſtato ex vi dictæ qualitatis hæreditariæ,vt authoritate *Frecc.* & aliorum,deducit *Reg. Rouit. d.conſ.106. nu.1.* & procederet etiam ſi eſſet fœmina, quia tunc cenſetur habilitata exercere per ſubſtitutum, vt ſcripſi,& obtinui in Reg.Camera pro Laura Oliua.

13 Tandẽ pro coronide,eſt aduertendum, quod dictum decretũ,per quod ordinatur vendi omnia bona iſtius debitoris decocti, non exequatur adhibitis ſolennitatibus enuntiatis à *Carauit.rit.170.& 180.* Sed ſufficit, quod procedant legitimæ ſubhaſtationes iuxta ſtylum Curiæ,de quibus mentionem fecimus ſupra, auctoritate,*Neguſ.de pignor. 1.par. 4.membr. num.125.in fin.* & oblatio erit notificanda creditoribus,& alijs,qui forſitan fecerint oblationes minoris quãtitatis, *l.licet,* vbi *Bald.ff.de in diem adiect.* & oblatio non recipitur, niſi pecunia præſenti, & ſic etiam ſolet exprimi in decreto,& quod non liberetur inconſulto S. C. vel cauſæ Cõmiſſario,& ita obſeruamus in Praxi *l. à diuo pio,§.ſed ſi emptor, verſic. oportet enim, ff. de re iudic.* & de ea teſtatur *Reg.Rouit.conſ.49.lib.2.nu.10.& per tot.conſ.* diſſerit de hac materia.

14 Reliqua de iſta materia, licet nulli tractauerint,nedũ in Titulis particularibus in Pandectis, & Codice, & præſertim *Ripa in l. priuilegia, ff. de*



Digitized by Google

*priu.cred.Neguſ.*& cæteri in *tract. de pign.* & nouiſſimè *Herman. Meirer. in tract.de pignor.* & propriè in *lib. 2. de priuil. cred.Vãderanus* in eod.*tract.de priuil.credit.Rodriq.d.tract. de concur. & prælat.cred.* ego tamen pro ijs,quæ magis in Foro verſantur breuiter hæc alia expendam.

---

## ARGVMENTVM.

Fraus quando præſumenda circà geſta,& alienata per debitores. Quæ actio circa prædicta detur. Decoctus nullam facultatem habet. Decoctus an poſsit cõſtituere antephatum. An confiteri poſsit dotes recepiſſe. Decocti contractus quoties dicatur confectus in fraudem, & ſimulatus. Decoctus,an poſsit donare,& alia facere. Decocti voluntas cuius ſit. Debitoribus, quæ ſint prohibita.

## *SVMMARIVM.*

1 *Fraus quando præſumenda circa geſta, & alienata per Debitorem, & n. 8.*

*Quæ actio circa prædicta detur, nu. 2. & d.n.8. & num. 12.*

3 *Idem eſt ſcire,ac ſcire debere. Intellectus ad* tex. *in* l.ſi debitori, ff. de his, quæ in fraud.

4 *Colluſio reddit nullũ Decretũ Iudicis.*

5 *Decoctus nullam facultatem habet.*

6 *Vir decoctus, an poſſit conſtituere antephatũ pro dotibus ſuæ Vxoris, ante decoctionem promiſſis.*

*Num confiteri poſſit dotes recepiſſe, & num. 7.*

7 *Quid ſi in illius bonis adeſſet Creditorum Concurſus.*

8 *Aequum, an ſit in lucro morari Donatarium, & Creditorem damnũ ſentire. Actio Reuocatoria, an detur futuris Creditoribus.*

9 *Donationis contractus quando, & quoties dicatur cõfectus in fraudem, & ſimulatas. Amplia num. 11.*

10 *Statutum optimum, diſponens, alienationes factas intra annum ante decoctionem, eſſe ſimulatas, niſi contrarium probetur.*

12 *Filius, an poterit concurrere cum futuris Creditoribus Patris pro legitima.*

13 *Decoctus, an poterit donare filiæ dotẽ, vel eius bona Genero cõtemplatione Matrimonij. An poterit donare illis omnia ſua bona, vel maiorem partem.*

14 *Hæreditas delata Furioſo, Infanti, & ſimilibus, adiri poteſt, à quo eorum bona adminiſtrantur.*

*Acquiſitio non poteſt fieri ſine volũtate, & animo acquirentis. Decocti volũtas, circa Velle, & Nolle, reſpectu acquiſitionis, & alienationis bonorum, eſt translata in Iudicem.*

15 *Debitoribus eſt prohibitum remittere eorũ Iura in præiudicium Creditorum. Traduntur variarum miſſionum exempla.*

16 *Quando Actio Reuocatoria, quæ in factum Pauliana dicitur, competat Creditoribus.*

Cap.

## CAP. II.

Licèt DD. multa dixerint circa ea, quæ à debitore in fraudem creditorum fiunt. Et ex quibus coniecturis præſumatur, vt de illis, nulla prorſus habeatur ratio, vt eſt videre apud Claſſicos in *tit. de his, quæ in fraud. credit.* & omnes caſus congerit *Iaſ. in §. Item ſi quis, inſtit. de act.* & *Luc. de Pen. n. 227.* enumerat in *l. quemadmodũ, C. de agric. & cenſit. lib. 11. & Ludouicus à Peguera* latiſſimè tractat in *Reſponſ.* poſt eius Deciſiones *Cathal. per totũ.*

1 Ego tamen, quæ inſtitutæ materiæ inſeruiunt; aduerto illud eſſe præcipuè notandum; Nẽpè tunc præſumi fraudem circa geſta, & alienata per debitorem, quando eſt decoctus, & eius bona ſtant ſub Graduatione, vt ſupra diximus, vel incipiat latitare, & non ſic liberè, vt prius videatur conſeruare. Tunc enim omnia per ipſum geſta ſunt nullius roboris, & per actionem Reuocatoriã, quæ in factum Paulia-
2 na vocitatur, eſt indultum creditoribus annullare, ad *text. in l. hac in factum,* & ibi *Bart. ff. de his, quæ in fraud.* & in hoc caſu dicta fraus operatur, vt nedum præſumatur reſpectu dicti debitoris, ſed illius, qui cum eo tractat, puta, ſi rem vendat Titio, nam Titius non poterit ſe excuſare de ignorantia; tenetur enim ſcire, quæ omnes ſciunt, & idem eſt ſcire, ac ſcire debere. Ideo non procedit diſpoſitio, *text. in l. ſi debitori, ff. de his, quæ in fraud.* qua cauetur per hãc Reuocatoriam poſſe annullari venditionem factam à debitore emptori ſcienti, nulla facta reſtitutione pretij, vt notat *Bart. in d. l.* & *Peguer.* vbi ſupra, *num. 23.* Idem dicendum, ſi colludendo cum emptore, paſſus ſit, mediante Decreto Iudicis, diſtrahi, ad *tex. in l. vel ei, §. ſexta, ff. quæ in fraud. Peguer.*
4 vbi ſupra. Colluſio enim reddit nullum Decretum Iudicis, vt latè fũdat *Ann. conſ. 104. per totum,* ſic etiam iure cauetur in liberatione, ſeu remiſſione iuris facta debitori, per *tex. in l. omnes, & l. pignus, ff. eodem,* nam decoctus nõ habet facultatem remittendi, nec de-
5 bitum ſoluendo, liberatur, licet non interueniant requiſita in *l. 3. C. de nouat.* notat *Iaſ. in d. §. Itẽ ſi quis in fraudem nu. 117. de act.* Et tandem in hoc caſu, quo bona debitoris ſunt poſita in Graduatione, ceſsãt ea, quæ à DD.
6 tradita ſunt in beneficium vxoris, vt valeat talis vir decoctus conſtituere antephatum pro dotibus ante decoctionem promiſsis, latè per *Alex. Trẽtacinq. reſolut. lib. 3. tit. de matrim. reſolut. 3. de Ponte conſ. 10. num. 32. lib. 2. Ant. de Alex. ad Conſuet. Neap. Quartam autem, verſ. Conſtituta, num. 16.* & ſimiliter reſtituere dotes, *Milan. deciſ. Sicil. 7. num. 22. Giurb. dec. Sicil. 16. per totum,* imò confiteri dotes receptas, licet præcedat promiſsio, *Theſaur. quæſt. 34. lib. 2.* & de Practica in S.C. teſtatur *Præſ. de Franch. dec. 677.* & *Molfeſ. ad Conſuet. Neapolit. p. 6 q. 2. num. 16. tit. de iur. dot.* Et licèt DD. dicant decocto hæc eſſe permiſſa, intel-
7 ligitur, quando iſte vir eſt decoctus, ſed non adeſt Concurſus Creditorũ, & conſequenter non eſt ei abdicata adminiſtratio, vt dixi, nam tunc omnis actus præiudicialis, creditoribus eſt prohibitus, etiam fauore dotis, vt per *tex. l. 2.* & ibi *gloſ. in l. proponas, ff. de his, quæ in fraud. &c.* notat *Vrſill. ad Affl. deciſ. 402. num. 6. in fin.* & in ſpecie attentis his terminis de confeſſione dotis receptæ, factæ præcedente promiſsione, aduertit *Bal. Nouell. de dot. par. 10. limit. 7. colum. 10. verſic. Aut quærimus,* dicens, die, quo eſt facta recipere talem confeſsionem hypothecam, nulla cõſiderata retrotractione à die promiſsionis, ſequuntur *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 20. Cancer. lib. 1. variar. reſolut. tit. de dot. n. 30. Fõtanel. de pact. nupt. clauſ. 14. gl. vnica, par. 1. num. 48.* & de obſeruantia teſtatur *Morlin. de legitima lib. 2. tit. 2. quæſt. 107.* & ſic etiã Deciſum in noſtra

ſtra M.C.V.& S.C. teſtatur *Hodiern. ad deciſ.Surd.* 55.*num.*9.*in fin.* Verum ſi mulier in concurſu compareat, & offerat docere de vera antecedenti promiſsione, ſaltem per iuris coniecturas, puta ſi conſtaret de ſolutione partis, tunc poterit ſuſtineri talis confeſsio, & retrotrahi ad diem promiſsionis, *Aimon conſ.*158.*num.*6. *&* 13. *&* 13.*& conſ.*197.& *Merlinus d.tract. de legit.* vbi ſupra *num.*17.& *Gratian. deciſ.*103.1.20.cum alijs adductis per *Hoder.in d.addit. deciſ.*55. *Surdi.* Et, vt hæc, quæ ſupra, firmauimus ſtent ſub ſolido fundamento. Amplia
8 nedum in debitore effectiuè decocto, ſed etiam in illo, qui contrahit cum nonnullis, & præuidendo decoctionem, antea donat omnia bona ſua, vel maiorem partem, nam eo caſu ſimiliter futuris creditoribus competeret dicta actio reuocatoria; & quamuis Iureconſulti aſſerant hanc actionem non dari futuris creditoribus pro alienatis ante obligationem per *tex.in l.ſi debitor,* C.*de priuileg.fiſci cum concord.* tamen intelligunt hoc procedere ſincera fide: ſecus in caſu propoſito, cum non ſit æquum in lucro morari donatarium, & creditores damnum ſentire, *l. ait Prætor,* §. *hac actio,ff.quæ in fraud.credit.* notabiliter *Bal.in rub.C.de reuoc.his, quæ in fraud. num.*8.*ver.pone,&c.* Hanc poſitionem
9 defendit, dicens tunc contractum donationis dici non ſolum factum in fraudem, & ſimulatè, ſed cum dolo dante ei cauſam, & exemplificat in illo, qui concipit in animo exercere artem cambij, mittendo pecuniam vltra mare, & timendo de periculis ante, ſecretè donauit omnia bona ſuo filio emancipato, ſequitur *Lud. Peguer.in deciſ.*49.*num.*5.*verſ.Secundo,&c.* qui ait hoc idem procedere in beneficium fiſci reſpectu illius, qui habet in animo committere delictũ, & priuandi cauſa Fiſcum eius bonis, quæ vice cõfiſcationis competerent, illa antea donat, vt ibidem per totũ, & ſignanter *num.* 8. *verſ. Ex quibus quidem,&c.* allegant *Fab.Bar.* & alios concord. Hinc optimum eſſe ſtatutum diſponẽs, alienationes factas in-
10 tra annũ ante decoctionẽ, haberi pro ſimulatis, niſi contrarium probetur, vt extat Bononiæ, teſtatur *Farinac.deciſ.*170. *num.*1. *inter deciſ.teſt. & crimin.* & ibi; quæ coniecturæ ſufficiunt ad hanc probationem dominij per generalitatẽ, *tex.in d.l.Lucius,* & aduertit *Pereir. in d.dec.Portugal.*49.
11 Et illa, quæ diximus procedere in donatione, eadem intellige in omni alio contractu operante translatio-
12 nem. Ac ex his facilè poteſt decidi quæſtio in fauorem filij, qui poterit concurrere cum futuris creditoribus etiam pro portione legitimæ, cum pro ea adhuc cõpetat reuocatoria actio, non obſtante alienatione facta à patre in eius fraudem, & excludendi ſtudio ipſum à legitima; nam abſque fraude, intelligitur tributa poteſtas patri proijcere patrimonium ſuum in mare, in præiudicium filiorum, vt aduertunt DD. in *d.§.ſi quis in fraudem inſt.de actio.* vt explicat *Ludouic.à Peguer.in d.reſp.num.*5. *ampliat.*2.
13 Item, huiuſmodi decoctus non poterit donare filiæ dotem, vel eius bona genero contemplatione matrimonij, attenta diſpoſitione *tex. in l.fin.§. genero,ff.quæ in fraud.* nam intercederet manifeſta fraus ad excludendos vrgentes creditores, cum ſufficiat tacita, quæ oritur iuris præſumptione, puta, ſi fieret donatio omnium bonorum, vel maioris partis, tunc enim nulla facta diſtinctione reſpectu fraudis ex parte dantis, vel recipientis, dicunt DD. competere creditoribus dictam actionem reuocatoriam, vt in *l. omnes,* §.*Lucius,ff.eod.Afflic.dec.*350. *num.*13. *Stracc.de decoct.* vbi ſup.*p.*3. *num.*28. *Praeſ.de Franch.dec.*69.*nu.*5. *Lanar.conſ.*90.*Medic.conſ.*107. & de obſeruantia in *Senat. Portugal.* refert *Pereir.deciſ.*49. ex hoc eodem fonte emanat alia reſtrictiua concluſio ad

*tex.*

Digitized by Google

*tex. in l. qui autem, ff. eodem*. Cauetur enim ibi edictum fraudatorium non vendicare ſibi locum, quando agitur de non acquirendo; vnde delata hæreditate debitori, non erit cogendus adire; verum quando ſumus in decocto, vt diximus, eius bona ſtant ſub Iudicis adminiſtratione, & remanet priuatus velle, & nolle, & conſequẽter hac facultate, vt probat *Camill. Medic. conſ. 98. num. 24. & 25.* & ſic eo caſu, tunc mediante ordine Iudicis
14 poterit Curator adire, ſicut diximus in hæreditate delata furioſo, infanti, & ſimilibus, quæ poterit adiri, à quo eorum bona adminiſtrantur, *l. ſi infanti, C. de iur. delib.* cum ibi notatis *Paul. de Caſtr. in l. legatum, num. 4. de legat. 1.* & conferunt adducta per *Anchar conſ. 101.* Ceſſat enim tunc obiectum de acquiſitione, quæ non poteſt fieri ſine voluntate, & animo acquirentis, ad *tex. in l. hoc iure, §. cum poteſt: de donat. cum concord.* quia voluntas decocti circa velle, & nolle, reſpectu acquiſitionis, & alienationis bonorũ eſt tranſlata in Iudicem, vt diximus. In alijs vero debitoribus, quibus nõ eſt interdicta bonorum adminiſtratio ſeruamus diſpoſitiones dicti *tex. l. quę autem*, cum ſit eis integrum non adire in præiudicium creditorum, ſecũdum adducta per *Præſ. de Franch. deciſ. 101.* quem ſequitur *Surd. deciſ. Senat. Pedem. 140.* Sed an tunc ſit tutus in conſcientia, DD. dicunt quod nõ, vt aduertit *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 271. num. 26. tom. 2. & Franc. de Petr. conſ. 59. num. 15.* quem refert *Regens*
15 *Capyc. Latro deciſ. 8. num. 14.* Cæterum attentis prædictis non acquiſitionis illa pro conſtanti ſequitur poſitio, nimirum eſſe penitus prohibitum debitoribus remittere iura, quæ habent in præiudicium creditorum, illa enim ſunt incluſa ſemper in generali hypotheca, & obligatione. Sed tota difficultas cõſiſtit in cognoſcendo, quãdo formaliter ſit hoc Ius quæſitum, quin debitor nequeat illud remittere? DD. multa conſiderant pro deciſione, vt eſt videre apud *Paſchal. de patr. poteſt. cap. 4. num. 170. cum ſeq. Cutel. de donat. contempl. matrim. reg. 284. cum ſeq. Fontanel. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 5. num. 100. & ſeq.* cum alijs enuntiatis per *Reg. Capyc. Latr. d. deciſ. 8. in fine*, & de Iure quæſito debitori ſine agnatione, puta ſi ex legis miniſterio deferatur; ſunt multa exempla, in quibus prohibetur iſta renuntiatio, vt in portione debita filijs, & de Iure Conſuetudinis Neapolitanæ, fundat *D. Capyc. Latr. in d. deciſ. 8.* & faciũt latè adducta per *Dec. conſ. 260.* vbi loquitur in renuntiante lucro dotis ex ſtatuto debito, & *Hodier. in l. hac edictali, quæſt. 35. C. de ſecundis nupt.* & de legitima debita filijs in bonis patris, pro qua dictum Ius quæritur filijs, cumulat *Fab. de Ann. conſ. 76. num. 1.* ſic etiam dicimus de Iure acquiſito in ſpecie, quod ſimiliter non poteſt renuntiari in præiudicium creditorum, puta in ſucceſſione, quæ competit dotanti in dotibus aſſignatis ſub pacto, quod redeat ad dotantem, ſi ſine filijs dotata deceſſerit, late fundat, & ita receptum in S.C. refert idem *Dom. Capyc. Latr. deciſ. 34.* & ſic in ſimilibus.

16 Supereſt hic pro corona, ſcire tempus, quo iſta reuocatoria competat creditoribus; & licet DD. variẽt; Alij enim dicunt poſſe intentari infra annum à die alienationis, per *tex. in l. ait Prætor, §. annus, ff. de his, quæ in fraud.* Alij contrarium, per alium *tex. in l. in eodem, §. hæc actio, ff. eod.* quos *Bart.* conatur concordare diſtinctionis fœdere, quem ſequitur *Peguer. in d. reſp. num. 50. & 65.* Verum *Iaſ. in d. §. ſi quis in fraudem, num. 7.* reliquit cogitãdum. Nos tamen in Praxi, hoc in caſu ſeruamus, hanc actionem cõpetere à die, quo eſt facta graduatio, tunc enim dicitur debitor non eſſe ſoluendo, & conſequenter ſine alia excuſſione ab illo tempore poterit intentari reuocatoria, auctoritate

*Io.*

Digitized by Google

*Io. Fab. in d. S. ſi quis in fraud. & Lanar. in conſ. 90.*

---

## ARGVMENTVM.

### Creditores quãdo Tempore Poſteriores, ſint in Iure Potiores; ac inter pariter Potiores quis præferendus.

*SVMMARIVM.*

1 Regulæ, qui prior in tempore, potior in iure, *limitationes, n. 1.*

2 *Mulier habet tacitam hypothecam pro dote ſuper bonis Viri ſui, nedum pro reſtitutione illius, ſoluto Matrimonio, ſed cõtra promittẽtem.*

*Amplia num. 3.*

4 *Mulier habens expreſſam poſteriorẽ, præfertur habẽti tacitam anteriorem. Secus habenti expreſſam.*

5 *Si reperiantur duo Inſtrumenta, eodem die confecta cum hypotheca bonorum, vnum dotis; alterum mutui, & non conſtat de prioritate, dos præferenda. Secus ſi de prioritate conſtaret.*

6 *Mulier præfertur Creditoribus priuilegiatis iure prælationis ex cauſa refectionis, & rei emptæ. An hoc eius prælationis priuilegium, vẽdicet ſibi locum in Dote cõfeſſata, n. 7. Quid in Dote ſoluenda viro ab vxore, vel ab alio dotante, num. 8. Quid pro bonis extra dotalibus, quæ paraphernalia, nu. 9. Quid in Donatione propter nuptias, num. 10.*

11 *Sponſa de præſenti an gaudeat prælationis priuilegio. Et num Sponſa de futuro. Quid in Matrimonio putatiuo, ſcilicet illegitimo, ſed bona fide contracto.*

12 *Prælationis priuilegium, an tranſeat ad hæredes extraneos, vel creditores mulieris. Et an competat reſpectu poſſeſſionis, n. 13.*

14 *Pupillus ſuper bonis emptis per Tutorẽ de pecunia pupillari, eſt præferendus Creditoribus habentibus priorem hypothecam. Intellige, num. 15.*

16 *Priuilegium prælationis quando, & qualiter competat Fiſco.*

17 *Hypotheca cum iure prælationis, quę competit Fiſco, pro pœnis ei applicandis, ex cauſa delicti, an, & quando competat ſuper bonis delinquentis.*

*Quid in Creditore cũ Aſſenſu ſuper pretio, & pecunia peruenta ex vẽditione bonorum Feudalium, vel Officiorum debitoris decocti, num 18. Vbi refertur Praxis, & Stylus Sacr. Reg. Conſil.*

*Aſſenſus Datæ non priuat Creditores prioritate contractus, nu. 19.*

20 *Ex venditione ſub haſta, facta ob Concurſum Creditorum de re emphyteutica, debetur Laudemium. Pro Laudemio competit hypothecaria. Laudemium eſt onus neceſſarium, ſine illius ſolutione non valet vẽditio. Debetur in ſignum ſubiectionis. Oritur à radice dominij directi.*

21 *Dominus directus tenetur præſtare Aſſenſum nouo emptori. Si plura Laudemia deberentur ex pluribus venditionibus, an omnia*



Digitized by Google

vltimus emptor teneatur ſoluere. Vbi cautela ijs, qui emunt ſub haſta, ad hoc vt non teneantur, vltra pretium, ad ſolutionem Laudemij.

22 Releuium debetur Regi ob mortem Feudatariorum. Eſt onus affixum rei Feudali. Debetur Regi, domino directo, in ſignum dominicæ poteſtatis, & ob nouam acquiſitionem, & inueſtituram. Ante omnia debet ſolui. Pro eo competit prælatio. Quæ ſumma debeatur pro Releuio.

23 Creditores Legatarij, & Fideicōmiſſarij, an, & quādo, & cur preferatur Creditoribus hypothecarijs.

24 Pro Legato annuo, an detur hypotheca. Quid pro fructibus rei legatæ. Vel pro fructibus legatis.

25 Hæres ſi conſumpſerit bona hæreditaria, pro concurrenti valore; propria eius bona; an erunt obligata Legatarijs.

26 A quo die Legatarius ſit graduandus.

27 Creditor pro impenſis funerum; an vociferatur Creditoribus habentibus hypothecam tacitam, & expreſſam anteriorem.

28 Intereſt Reipublicæ Mortuos ſepeliri. Nimia ſæuitia Mortuis ſepulturam denegare. Funera præferuntur doti.

29 Funeraria actio datur etiā aduerſus ſucceſſorem in Fideicommiſſo, & Maioratu.

30 Funerum impenſæ, quæ. Vbi cautela, ſeu proteſtatio, n. 31.

32 Fallentia Regulæ, Qui prior in tempore.

33 Mercibus venditis mercatori, qui ſtatim traditione facta, ſolum vertit; an perfecta ſit venditio, & dominium ſit tranſlatum, pretio non ſoluto; & in concurſu ſuper illa, venditor an præferendus.

34 Ex ſola traditione, in dubio; an cenſeatur habita fides de pretio.

35 Mutuans ad rem emendam; omnibus creditoribus; an anterior, vbi Cautela. Quid in Mutuante ad refectionem num. 36. Non entis, nullæ ſunt obligationes. ibid.

36 Creditor pro expenſis neceſſarijs recolligendorum fructuum cauſa; an potior in Concurſu.

37 Quid ſi expenſarum loco; fructus, opera, induſtria, & manibus coloni, fuerint collecti.

38 Prælationis priuilegium, an detur mutuanti frumentum, vel aliud ſemen colono, cum expreſſa, & ſpeciali hypotheca ſuper fructibus naſcituris. Quid ſi vendens, vel mutuans ſemen, eſſet dominus fundi, n. 39.

40 Prælationis priuilegium; an detur pro ſalario debito Aduocato, & Procuratori pro re defenſa, & recuperata eorum patrocinio. Quid ſi res; eſſet alienari prohibita per Fideicommiſſum, num. 41. Quid ſi eſſet Feudalis, & eſſet impoſitus cenſus ſuper feudo. num. 42. Quid pro ſalario Curatoris hæreditatis incenſis. num. 43. Quid pro ſalario debito Iudici; Et ſcholaribus pro ſtudio. n. 44.

45 Creditor pro paſcuis, & alimentis præſtitis animalibus; an præferedus

 dus

das Creditoribus anterioribus ſuper pretio peruento ex illorũ venditione. Quid pro ſalario debito Famulis, & Cuſtodibus Animalium. n. 46.

47 Creditor, qui pro penſione domus locatæ, ſuper bonis inuectis, & illatis; an præferendus omnibus alijs Creditoribus. Quid pro locatione vehiculi. nu. 48. Intellige, prout nu. 49. Vbi Praxis Neap. Tribunalium. Huiuſmodi Creditor; an præferendus vxori, habenti anteriorem hypothecam ſuper dictis bonis, n. 50.

51 Solutio locationis domus, an præſtet ad vxorem. Habitatio, an includenda in alimentis. Vbi Sac. Conſil. obſeruantia.

52 Creditoribus; quibus datur prælatio in agendo, datur retentio in excipiendo. Pro fida Herbarum, an poſſint retineri Animalia, quæ Paſcua ſumerunt, nu. 53. Hoſpes an valeat arreſtare viatorẽ pro expenſis ei adminiſtratis. nu. 54.

53 Creditores pari, vel æquali iure prioritatis priuilegiati ſuper vna re, cuius pretium omnibus nõ ſufficit, quæ, & qualis rei diuiſio facienda. Intellige n. 54. Quid quãdo non conſtat de prioritate, n. 55. Quid ſi concurreret Fiſcus, & mulier, n. 56. Quid ſi concurreret Fiſcus, & alius priuatus priuilegiatus, n. 57.

58 Creditor poſterior ſuccedẽs in locum Creditoris anterioris, & potioris. retinet omnia creditoris anterioris & potioris, Et q̃ requiſita in hoc concurrere debeant. Aduerte prout n. 54. Quid in Ceſſionario Iuris luẽdi, quod cõpetit venditori annuorũ introituũ, cùm pacto de retrouendendo, n. 60. Quid in Creditore probante veram numerationem, concurrente cum Creditore anteriori, habente tãtum cõfeſſionem eius crediti, quis præferendus in concurſu. n. 61.

## CAP. III.

DE Potioritate, materia agitur à DD. nedum in *tit. qui pot. habeantur*, ſed in particularibus Tractatibus diffuſè explicata; ego tamen nonnullos caſus frequentiores, quibus
1 valeant Practici faciliorem, de alijs habere cognitionem, ad limitationẽ regulæ (*qui prior in tempore, potior in Iure*) breuiter, & diſtinctè recenſebo, nam multis modis limitatur dicta regula, *qui pot. de reg. iur.* nimirum ex priuilegio, ſeu iuris diſpoſitione fundata in qualitate perſonæ, ac rei. Secundo acquiſitione, ſeu conſeruatione ipſius. Sub prima ſpecie, ſcilicet qualitate perſonæ poſſunt adaptari nonnulla exempla, & caſus, & ſignan-
2 ter dotis, nam pro ipſa mulier Iuris miniſterio habet tacitam hypothecã ſuper bonis viri, nedum pro reſtitutione, ſoluto matrimonio, ſed contra promittentem, *l. 1. §. vt plenius, C. de rei vxor. act.* cum ibi plene adductis, & ſufficit, quod ſit promiſſa dos in capitulis, & vir verſauice promiſerit ſe obligare mediante inſtrumẽto ad reſtitutionem, vt ab illo die promiſſionis habeat anterioritatem in concur-
3 ſu creditorum viri etiam ſuper feudalibus, quia aſſenſus legis intelligitur præſtitus ſuper tali promiſſione, vt latè refutata opinione Grammat. in *deciſ.* 103. concludit *Reg. Sanfelic. deciſ. 99. lib. 1.* & ex *deciſionibus Collat. Conſil.* ibi relatis hæc procedunt, etſi capitula matrimonialia nõ eſſent ſti-

pulata

pulata nec hypotheca adiecta, quia legalis ſufficit, cuius vigore, etſi poſterior ſit in tempore, adhuc erit potior omnibus creditoribus eiuſdem mariti habentibus tacitam anteriorem, *l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab.* §. *fuerat, inſt. de act.* & ſic ſeruatur in Praxi, prout refutatis contrarijs, teſtatur *Rodriquez in d. tract. de concur. cred. ar. 1. tit. de priu. dot. à num. 1.* cum

4 ſeq. Et ex his facilè deciditur, quod mulier habēs expreſſam poſteriorem præfertur habēti tacitam anteriorem ex *Salyc.* & alij in *d. l. aſſiduis, Alexand. Trentacinq. lib. 3. var. reſol. tract. de pignor. & hypoth. reſol. 9. num. 4. verſ. ex prædictis, num. 3.* ſecus habenti expreſſam, vt ex communi tradit *Salyc.* vbi ſupra, *Ripa in l. 2. §. 1. nu. 20. de priuil. cred. Neguſ. de pignor. 4. mem. nu. 10. Couarr. var. reſolu. c. 7.* & probatur ex inſig. doctr. *Bart. in l. 1. ſolut. matrimon.*

5 vbi cōcludit, quod ſi reperiantur duo inſtrumenta, eodem die cōfecta cum hypotheca bonorum, vnum dotis, alterum mutui, & non conſtat de prioritate, dotem præferendam eſſe infert, quod ſecus eſſet, ſi de prioritate conſtaret, ſequuntur hanc doctrinam *Dec.* & alij relati per *Rodriq. d. tit. de priu. dot. num. 15. ver. quapropter, &c.* & licet *Alex. Trentacinq.* videatur tenere contrarium eius opinio reſtringitur in bonis poſtea quæſitis, vt ibi in verſ. *ſi quis forte, & plus dico quod.*

6 Eſt adeo huiuſmodi priuilegium efficax, & potens, vt vigore ipſius, mulier nedum præfertur prædictis, ſed etiam creditoribus priuilegiatis iure prælationis ex cauſa refectionis, & rei emptæ, & licet ſit iſta poſitio a nonnullis DD. ſatis controuerſa, vt patet ex adductis per *Anton. de Amato in tract. variar. reſol. reſol. 3. num. 23. verſ. amplia tertio cum ſeq. lib. 1.* ipſe tamen ex clara diſpoſitione *text. in auth. his conſequens, de æquali. dot.* cōcludit in concurſu præferri mulierem creditori ad rem emendam, ſecus ad reficiendam, allegat *Fontan. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. 2. par. 9. num. 19. Roder. de an. redd. lib. 2. quæſt. 20. nu. 17.* in fine, & alios ſub *num. 27. verſ. Secus autem.* Sed aliqui indifferenter tradūt attenta diſpoſitione d. *auth. prælationem*, dari vxori pro dote, nedum ſuper re empta, ſed refecta, etiam ſi iſte creditor eſſet anterior, vt eſt *Reg. de Ponte dec. coll. 34. num. 6.* poſt *Aſſl. dec. 306. Couar. variar. reſol. cap. 7. num. 2.* & ſeq. *lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 23. num. 7. & tit. 26. nu. 17.* & ſeq. *de Caſtill. controu. iur. lib. 3. cap. 8. num. 27. Reg. Valenz. conſ. 56. in fin. Theſ. lib. 1. qq. forenſ. cap. 71. num. 7. & 8. Hartm. Piſtor. par. 3. qq. iur. q. 15. num. 12.* de communi teſtatur *Gait. de deb. decoct. cap. 4. q. 11. num. 1986.* & licet ex harum opinionum anfractu, examinatis rationibus pro vtraque parte indeciſā relinquerit hanc quæſtionem *Criſt. Mart. in dec. Senenſ. examinet 11. à num. 22. vſque ad 52. Cancer. tamen in tract. var. reſolut. lib. 1. cap. 9. tit. 10. de dot. & donat. propter nupt.* teſtatur fuiſſe in facti contingentia determinatum in fauorem vxoris, vt præferatur dotis creditoribus anterioribus ad refectionem, & ad rem emendam ſuper re refacta, & empta, & nouiſſimè ſic etiā deciſum in S. C. teſtatur *Reg. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 26. cent. 1.* Cæterum pro plena intelligentia huius materiæ, ſunt nonnulla alia breuiter notanda, & primo.

7 An huiuſmodi prælationis priuilegium vendicet ſibi locum in dote confeſſata? aliqui diſtinguunt, vt eſt videre apud *Trentacinq.* loc. cit. *nu. 9. verſ. Circa primum.* Sed magis tuta, & in Praxi recepta eſt negatiua quando mulier concurrit cum alijs creditoribus viri, & ideo neceſſe eſt, quod ſit approbata ſilentio creditorum, aliàs ſit coacta, alijs argumentis docere realiter fuiſſe ſolutum, vt poſt *gloſ. in d. l. aſſiduis, ver. data,* tradunt ibi *Bald. Alex.* & alij DD. cumulati per *Gail. lib. 2. pract. obſeru. obſ. 81. Gutier. de iuram. confir. par. 1. c. 25. Barboſ. d. l. 1. par. 6.*



Digitized by Google

*par.6.n.24.in fin.verſ.vltima, & quarta concluſio,&c.* quos ſequitur *Rodriq. d.tit.de priuil.dot.nu.28.& 29.* vt diximus ſupra.

8 Quid in Dote ſoluenda Viro ab vxore, ſeu alio dotante; certè quòd non datur huiuſmodi priuilegiũ prælationis, vt ex *Glo.in l.vnic.§. ſed vt plenius.C.de rei vx. act.* deducit *Trentac.vbi ſupr.nu.29.* Sic etiam pro

9 bonis extra dotem, quæ dicuntur paraphernalia, non datur iſta prælatio, licet detur tacita hypotheca, vt concludit *Glo.ſing.in l.ſi ego.§.dotis.ff.de iure dot.* cum alijs relatis per *Molin. de iuſt.& iur.tract. 2. diſput. 441. poſt Neguſ.de pign.4.memb.2 par.nu.64. &* alij, quos allegat *Rodriq.d.tit.de priu.*

10 *dot.nu.20.cum ſeq.* Sic ſimiliter dicendum in donatione propter nuptias: vt dicunt præcitati DD. quando mulier ageret ſuper bonis ſpecialiter hypothecatis pro illa, vt ex *Neguſant.loc.cit.nu.65.Abb.& Innoc.in cap. ex literis de pignorib.* deducit *Trentacin.vbi ſupra nu.23.*

11 Sed dicendum in ſponſa de præſenti, an gauderet hoc priuilegio prælationis. *Gloſ.in l.2.§.fin. ff.de priuileg. cred.* dicit, quod ſic, ſecus in ſponſa de futuro, ſequitur *Trentacinq. vbi ſupr.nu.21.ſub verſ. ſecunda eſt opinio, &c.* Quid in matrimonio putatiuo.i. illegitimo, ſed bona fide contracto cũ perſona libera. *Glo.in l.1.§.fin.* dicit, quod habet iſta mulier, quæ ſic contraxit pro dote tacitam hypothecam cum dicta prælatione, ſequitur *Trentacinq.vbi ſupr.n. 24.* poſt *Rolan.de lucro dot.priu.l.97.nu.2. & Neguſant. de pignor.memb.4.pat.2.n.46.*

12 Et tandem quæri poteſt, an huiuſmodi priuilegium tranſeat ad hæredes, extraneos, vel creditores mulieris? omnes concludunt, quòd non, vt eſt videre apud *Barboſam d.l.1.6.par. nu.13.ad fin.ff.ſol.matr.* dicentem *text. in auth.vt ex actione colk.7. & Rodriq. in d.tract.de concur.credit.tit.de priuil. dot.nu.16.verſ.Cæterum, &c.* Secus verò ad filios, quibus competit, ſicut eorum matri, vt ibi per *Rodriq. verſ. licèt ergo nu.11.* imo etiam ſi eſſet diuerſi matrimonij, *Neguſant. vbi ſupra nu.95.Trentacinq.vbi ſupr.n.48.verſ. ſecunda eſt opinio, &c.* & de his late *Chriſtof. Mart.deciſ. Senis. 66.nu. 71. & 72.*

Sed pro coronide huius materiæ, aduerte, quòd omnia prædicta procedunt, quando bona tranſeant apud Virum decoctum, & concurrit vxor cum alijs creditoribus; nam ſi reperiantur alienata in tertium, tunc ſunt diuerſi termini; & non pertinent ad

13 noſtram materiam. Et an competat, vel non iſtud priuilegium prælationis reſpectu poſſeſſionis, tractant diffuſè *Barboſ.in d.l.1.par.6.nu.19.& 20.poſt Strac.in tit.de decoctor.* vbi vide.

14 Reſpectu qualitatis perſonæ adſtipulari poteſt exemplum de pupillo, qui ſuper bonis emptis per tutorem de pecunia pupillari, erit præferendus omnibus creditoribus etiam habentibus priorem hypothecam, quatenus ex eius pecunia ſit ſolutum, & non vltra. *l.dabimus in princ.verſ.priuilegia.ff.de priuil.credit. l. idemque 7. cum gloſa 2.magna, & ibi Bart. ff. qui pot.in pign.hab. Rebuff. ad Gall. conſtit. tit.de conſtit.credit.art.1.gl.8. num.22. Meirer.d.lib. 2. de priuil. cred. Rip. in d.l.priuilegia num.34.ff.de priuil.cred. tit.7. num.2.& 3. Neguſ.d.4. memb.2. par.nu. 163.* Et aduerte, quòd in tan-

15 tùm hoc priuilegio prælationis potitur pupillus, in quantum res emitur à tutore, ſecus ab alio extraneo. *Pariſ.conſ.80 nu.19.lib.1.Rebuff.ad Gall. conſtit.2.tom.rubr.de conſt.redd. art. 1. gl.8.n.22.Neguſ.9.memb.2.par.n.118. & 168.* cũ alijs adductis per *Rodr. d. tract.de concur.cred.1.part.art.4.tit.de priuil.pupill. nu. 20.* in bonis verò tutoris habebit tacitam hypothecam à die, quo inceperit eſſe tutorem, vel curatorẽ geſtæ adminiſtrationis, non autem à tempore, quo aliquid vult geſtũ fuerit, per *tex.in l. cum oportet. §.fin.C.de bon.quæ lib.Rodriq.vbi ſupr. nu.19.*

Digitized by Google

*nu. 19. poſt Neguſant. in 4. memb. 2. par. nu. 17. cum ſeq. verſ. & prædicta tacita hypotheca*, & ideo ſi tutor alienauerit eius bona poſt ſuſceptam tutelam, tranſibunt in emptorem affecta viſio realis hypothecæ pro ſorte, & vſuris in rationibus liquidandis ex diſpoſitione. *l. vnic. C. de re. al. geren.* Sed intellige facta prius excuſſione in bonis tutoris. *Couar. var. reſol. cap. 8. n. 5. Rodriq. vbi ſupr. ſub num.* 8. & aduerte ſimiliter, quòd huiuſmodi priuilegiũ potioritatis, & antelationis eſt promptualiſſimum, & non tranſmittitur ad hæredes, ſeu ſucceſſores, tàm ſuos, quàm extraneos. *Roder. vbi ſupra nu.* 15. vbi de alijs huc pertinentibus.

16 Priuilegium prælationis reſpectu qualitatis perſonæ conſideratur in fiſco, quòd licet regulariter vtatur iure priuati. *l. non intelligitur ſi poſteriori. ff. de iure fiſci*, & contra fiſcum in dubijs quæſtionibus ſit reſpondendum. *l. non puto. ff. eod.* tamen ex ſpeciali Iure ſuper bonis illorum, qui cũ ipſo contraxerunt ex cauſis fiſcalib. alicuius adminiſtrationis, collectionis, tributi, & ſimilium, habet tacitam hypothecam cum prælatione; & ſic pro quantitate ſibi debita præfertur omnibus creditoribus in concurſu. *l. aufertur. §. fiſcus. ff. de iure fiſci. l. 1. & 2. ff. quib. in cauſ. pignus, &c.* cum alijs not. per *Boſſ. in tit. de fiſc. & eius priu. num. 31.*

Sed nota, quòd iſta prælatio competit in concurſu ſuper bonis acquiſitis per debitorem poſt contractam obligationem cum fiſco; nam in bonis antea quæſitis non erit præferendus creditori priori in tempore habenti illa ſpecialiter, vel generaliter hypothecata, quia iſte tunc erit præferendus fiſco, *l. ſi is, qui, & l. ſi fundũ. C. qui pot. in pign. hab. & latè Neguſ in 4. memb. 2. par. num. 113. Euerar. in eius cent. argum. arg. de fiſc. ad eccleſ. nu.* 14. Imo ſi iſte creditor vltra dictã prioritatem temporis, haberet aliud priuilegium, puta eſſet creditor ex cauſa tutelæ, & ſimilium, tunc ratione duplicis priuilegij etiam iſte creditor præferetur fiſco in bonis poſtea quæſitis, ita per *tex. in l. fin. in princ. ff. qui pot. in pign. hab.* intelligit ibi *Gloſ. in ver. præferẽda, & Bar. in d. l. ſi quis*, ſequitur *Rodriq. in d. tract. 1. par. art. 2. tit. de priu. fiſc. ſub nu. 8. verſ. quod quidem ius, &c.* & ibi vide, cui incumbat onus probandi iſtam qualitatem acquiſitionis bonorum ante, vel poſt

17 obligationem. Inſuper hypotheca cum iure prælationis, quæ competit fiſco pro pœnis applicandis ex cauſa delicti, & maleficij non competit ſuper bonis delinquentis regulariter, niſi lata ſit ſententia condemnatoria ad pœnam, vt docent communiter DD. præſertim *Iaſ. Paul. de Caſtr. Bal. & cæteri in l. reſcriptum. ff. de pact. per l. 1. C. de pœnis fiſcalibus, & latè Neguſ.* §. 4. *memb. 2. par. nu.* 115. *Meierar. de priuil. cred. lib. 2. tit. 3. num.* 23. & vide latè per *Euerar. vbi ſupra, & Couarr. var. reſol. d. cap.* 16. *à nu.* 1. vbi de iſta materia, ſed intellige hæc non procedere, quando pœna veniret imponẽda ipſo iure, puta in crimine hæreſis, vel ſodomię, quia tũc licet requiratur ſententia Iudicis (cũ ſint recipiendæ probationes circa factum) dicerentur declaratoria, & non condemnatoria; ex quo iam patrato tali crimine, reus intelligitur condemnatus cõſequenter à die commiſſi delicti cõpeteret fiſco dicta hypotheca, & ſic intelligenda eſt doctrina *Villadÿ in ſua praxi iudiciali cap. 16. §. 12. nu. 21. & Greg. Lop. in eius politica in l. 11. tit. 4. par. 5. glo. ver. non deue valer. Rodr. vbi ſupra, & propriè nu. 13.*

18 Et hic caſus pro limitatione *d. l. ſi prior*, reſpectu qualitatis perſonæ poteſt adaptari, quòd ſit in creditore cum aſſenſu ſuper pretio, & pecunia præuenta ex venditione bonorum feudaliũ, vel officiorũ debitoris decocti; nam licet illa nõ dicatur feudalis; quia pretium in particularibus nõ ſuccedit loco rei, per *tex. in l. qui reos. §. vlt.*

§.*vlt.ff.de furtis,cum concordant.* tamē ad remouendum circuitum inutile, & ne facta venditione, emptor moleſtetur iure hypothecæ; iſte creditor cum aſſenſu præfertur in dicta pecunia,& pretio omnibus creditoribus, etiam anterioribus in tempore, & ſic ſeruamus in Praxi ex antiquo ſtylo Sac. Conſ. de quo teſtatur *Praſ. de Franch.. deciſ.* 64. *Anna allegatione* 141.*& in ſingul.*204.Verùm ſi poſteriores eſſent creditores, habentes aſſenſum,præferentur ijs,qui priores ſunt in tempore, licet aſſenſum haberet impetratum poſt,qui aſſenſus da-
19 tæ non priuat ipſos prioritate contractus,quia ad illum diem retrotrahitur,etiā quòd eſſet impetratus pendente lite ſuper nullitate, & reſciſſione contractus,vt fundat *Praſ. de Franch.deciſ.* 372. & ideo dicta pecunia in hoc caſu liberabitur ſuis creditoribus,cum cautione etiam reſpectu nullitatis cōtractus fortè ſequendæ,& ſic ſeruamus,teſte *Regen.Capyc. Latr.dec.*43.vbi de prædictis.

Quintum exemplū, reſpectu qualitatis perſonæ rei poteſt adaptari in creditore pro laudemio debito ex cauſa vēditionis factæ de re emphyteotica poſſeſſa per debitorem decoctum,iuxta obſeruantiam S.Conſ. ex adductis per *Praſ.de Franch.dec.*277 ibi (quòd hoc caſu debeatur laudemium,& prælatio competit, &c.) &
20 ratio eſt,quia ex vēditione ſubhaſta facta ob concurſum creditorum de re emphytheotica, debetur laudemium.*Praſ.de Franch.vbi ſupra,& late Amed.de Ponte in tract. de laudem. quæſt.*27.& alij relati per *Theſ.quæſt. forenſ.*52.*tit.*7.*lib.*4.nam pro eo competit hypothecaria, quæ oritur ob onus,quod eſt affixum.d.rei, & cum eo alienatur,vt contra *Surd.deciſ.* 31. tenent cōmuniter DD,*Praſ.de Frāch. deciſ.*430.*Gratia.diſcep.forenſ.c.*184. *lib.*4.*Amic.de iure emphy.q.*57.*Theſau. d.quæſt.*52. *in primo dub.* cum alijs relatis per Addentes ad *Surd.deciſ.* 31. & eſt onus neceſſarium,quia ſine eius ſolutione non valet venditio,nam debetur in ſignum ſubiectionis, & oritur à radice dominij directi, ad
21 hoc, vt Dominus directus teneatur præſtare aſſenſum nouo emptori.*l.fin. C. ſine cons. vel rel. Frecc.de ſuff.auth. Baro.*3.*n.*4.*Aluar.in cap.imperialem.*§. *illud de proh.feud. alin.per Fed. Th. vbi ſupra* ,& hac ratione emptor, qui credit emptionem validam, tenetur illud ſoluere,& ſi plura laudemia deberentur forſitan ex pluribus venditionibus antea factis,omnia ipſe tanquam vltimus emptor tenetur ſoluere iuxta obſeruantiam S.Conſ. relatam à *Praſ.d.deciſ.*430.*in fin.*& ideo cauti emptores ſubhaſta in oblatione ponunt expreſsè pactum,quòd intendunt emere rem francam, & liberam à ſolutione laudemij,& tunc ſoluitur de pretio, & fit liberatio domino directo ante omnia,& quicquid dicunt alij, & ſic indies ſeruamus in S.Conſ.
22 & in alijs noſtris Tribunalibus, & à paritate rationis,omnia,quæ ſupra diximus procedunt etiam in ſolutione releuij,quod debetur Regio Fiſco ob mortem feudatarij; nam cum ſimiliter ſit onus,affixum rei feudali,& debeatur domino directo,& ſic Regi in ſignum dominicæ poteſtatis,& ob nouam acquiſitionem, & inueſtituram, meritò ante omnia debet ſolui,& cōparet prælatio,quia aliàs remanet inualida acquiſitio feudi,vt benè fundat *Dominus Capan. in tract. de Iure releuij nu.*3.*q.*5.*per tot.*& quæ ſumma debetur pro releuio,vide latè in *dict. tract.*& nos diximus aliqua in *methodo feudali lib.*3.*cap.*

23 Exemplum ſub hac theſi eſt in legatarijs,& fideicommiſſarijs, qui in concurſu cum creditoribus defuncti, hypothecarijs ſuper bonis hæreditarijs,& pecunia peruenta ex illorum venditione præferūtur omnibus creditoribus hæredis, *Praſ. de Franch. deciſ.*314.*n.*22.quia legalis hypothecaria, & ſaluianum interdictum cōpetit

petit, nedum perſonalis, & in rem ſcripta actio: *l.1.C.comm.delegat.* & ibi DD. *Gabr.conſ.46.in fin.Pacific.de ſaluian.interdict.inſpect.3.cap.4.num.58.* & intellige etiam ſi non eſſent propria bona teſtatoris, ſed tantum ab ipſo bona fide poſſeſſa. *Bald. in l.cum hæres,in fin.verſ.vltimo attende,Cod.ſi res alien.pign.dat.ſit,ſequitur Neguſ.de pign.primo memb.2.par.num.157.verſ. tertio amplia*, cum alijs congeſtis per *Chriſt.Mart.dec.Senenſ. examinat.23. n.7.cum ſeq.à ver.& quod plus eſt,&c.* & intellige etiam reſpectu bonorum in ſpecie legatorum, quia quouſque non ſit facta legatario conſignatio ſemper competeret iſta hypothecaria omnibus legatarijs,& à nullo poterit dici res propria,& hæc eſt vera opinio (quicquid alij per regulam *tex.in l.neque pignus.ff.de reg.iur.* conati ſint aſſerere) *Theſau.qq.forenſ.84.propè fi. lib.2.Surd.dec.24.d nu.4.Chriſt.Mart. d.exam.23.nu.11.cum ſeq.* immo ſi bona legata eſſent alienata, & de pecunia alia empta, tunc iſta hypotheca adhuc competeret ſuper bonis emptis,vt per *Capyc.deciſ.194. nu. 15. &*
24 *Surd.deciſ.76.nu.6.in fin.* Secus verò eſſet dicendum in legato annuo,quia pro illo non datur hypotheca. *Surd. deciſ.28.per tot.* ratio eſt,quia percipitur ex fructibus,& ſuper fructibus rei legatæ,vel ſuper fructibus legatis,puta,ſi teſtator dixerit,fructus dicti prædij lego,nõ datur hypotheca,vt probat benè idem *Surd.d.dec.28. & 271. Natt.conſ.323. Gratian.diſcept.forenſ. 294.num. 8. & 9.* quorum eſt relator *Chriſt.Mart.d.exam.23.n.48.cum ſeq.* hinc eſt, quòd pro iſto annuo legato non poteſt moleſtari fideicommiſſarius pro annatis præteritis,tam actione perſonali,quàm hypothecaria,ſed debet agi contra hæredem pro tempore,quo fructus percepit, *Corn.conſ. 183.vol.1. Symon à Petra de interpret. vltim.volu.lib.4.interpr.1.dub.9.nu.27. Surd.d.deciſ.28.num.3.* Inſuper huiuſmodi hypotheca competit legatarijs, nedum ſuper bonis defuncti legantis, ſed eiuſdem hæredis, dummodo ab ipſa ſint hypothecata, & hæres cõſentiat adeundo hæreditatem, *Bar. in d.l.1.c.omm.deleg. Neguſ. de pignor. 1.par.memb.2.limit.6.* vel quando hæres diſtuliſſet ſoluere legata elapſo ſemeſtre à lege ſtatuto,quia tunc etiã bona hæredis erunt miniſtri legis ob eius negligentiam in adimplendo defuncti voluntatem obligata legatarijs, *Neguſ.vbi ſupra nu.259.per tex.in l.certa.C.vt in poſſeſſ.legat.* & ibi *Bald. Salyc. Aret.* & alij quicquid dixerint, *gloſ.in l.1.in fin.C.comm.deleg.* Sic etiã
25 ſi hæres conſumpſerit bona hæreditaria; nam pro concurrenti valore, propria eius bona erunt obligata legatarijs. *Theſaur. qq.forenſ.lib.2.q.84. aliàs 85.in fine,* & ſi forte reperiretur non ſoluendo,tunc iſta actio daretur contra tertium,in quem bona reperiuntur alienata poſt aditionem; non quod dicta actio deſcenderet ex teſtamento,quia repugnaret *tex.in l.1. C.comm. delegat.* Sed quia tenetur ex mala adminiſtratione ipſius hæredis, qui dicitur quaſi contrahere cum legatarijs, & proptereà remanet obligatus perſonaliter,& realiter ad bene adminiſtrandum, & reliquum reſtituendum, inſtar adminiſtrationis pupilli,& ſimilium. *l.mulier.§.ſi hæres ad Trebell.Theſ.diſcept.84. per totum,* cum aliis adductis per *Chriſt. Mart. deciſ.Sen.exam.23.num. 44. verſ. alius eſt caſus, &c.* Sed hæc intelligenda ſunt pro portionibus hæreditarijs, ſi plures ſint hæredes, quia huiuſmodi actio non eſt indiuidua, prout ſunt reliquæ actiones hypothecariæ, ſed quædam anomolos retinens potius naturam ſaluiani interdicti. *d.l.1.Cod. commu.delegat.* vbi DD. *Theſau. deciſ. 115.Caroc.deciſ.114.num.6. Coſta de ratione ratæ quæſt.105.* & ſic etiam dicendum reſpectu fideicõmiſſarij vniuerſalis. *Coſta quæſt.31. num.7.* niſi ex caliditate cohæredum maior pars hæreditatis perueneri t ad vnum. *Coſt.d. quæſt.*

*quæſt.*105.*Lanar.conſ.*100.*nu.*4.*Alber.*
*conſ.*236.*n.*5.*vol.* 2. vel legatum eſſet
de vnico corpore integrali,& indiui-
duo.*Surd.conſ.*209.*nu.*9. *Gratian. di-*
*ſcept.forenſ.cap.*323. vel eſſet legatum
de actione ad conſequendam rem,
vel de dote. *Fab.in eod.lib.*6.*tit.de le-*
*gat.definit.*5.*in fin.Surd.d. conſ.*209.*n.*
10.*& dec.*90.*per tot.*vel de alimentis,
*Chriſt.Mart.deciſ.Sen.*38.& quæ dixi,
quòd poſſit agi contra tertios poſſi-
dentes bona hæredis in capitibus
prædictis intellige,multo fortius cō-
tra poſſidentes bona teſtatoris iam
ſpecialiter legata,quam alia quæcun-
que,*Mantica de tacit.& ambig.lib.*11.
*tit.*17.*num.*5.*&* 7.*Coſt. d.quæſtio.* 105.
quod quidem intelligunt DD. abſq;
vlla hæſitatione, quando per hæredē
eſſet facta reſtitutio legatario nedum
realis,ſed verbalis,vt per *Gabr. conſil.*
46.*num.*42.*&* 48.Cæterum à quo die
26 erit graduādus legatarius, his cogni-
tis ſucceſſiuè quæritur? & à die aditæ
hæreditatis, concluditur, quia tunc
quæritur actio.*Bar.in l.*1.*de leg.* 1.*Pe-*
*regr.de fideicommiſſ. art.* 45. *num.* 49.
*Surd.deciſ.*76.*per tot.Chriſt.Mart.dict.*
*examin.* 23. *nu.* 16. *verſ. certo certius*
*eſt,&c.*verū in caſibus,in quibus da-
tur actio pro legato,etiam ante aditā
hæreditatem, quos enumerant DD.
præſertim *Iaſ.in l.*1.*C.comm.de leg.* aut
annullato teſtamento ex cauſa præ-
teritionis,vel exhæreditationis,vt per
*Iaſ.ibidem*, tunc datur iſta hypotheca
cum potioritate à die quo quæritur,
actio ex prædictis.

27 Creditor pro impenſis itinerum,
an præferatur in concurſu, creditori-
bus habentibus nedum tacitam, ſed
hypothecam expreſſam anteriorem,
& licet apud DD.ſic controuerſum,
& negatiuè deciſum multorum aucto
ritate, vt refert *Praſ. de Franch. deciſ.*
51.attamen maturius perpenſo nego
tio,cum caſus accidiſſet, receſſerunt
ſcriptores ab opinione *Praſ.de Frāch.*
& contrarium teſtatur deciſum,vt eſt
videre apud *Surd.deciſ.* 112. vbi licet
dicat hoc procedere in hærede cum
beneficio inuentarij retinente aduer-
ſus creditores impēſas pro funeribus
erogatas ex clara diſpoſitione,*tex. in*
*l.fin.*§.*in computatione, de iure deliber.*
tamen in *deciſ.*255.*num.*28.poſt mul-
ta ait circa hoc non dari differentiam
inter hæredes, & alios creditores, ſic
etiam teſtatur deciſum *Maſtril.deciſ.*
*Sicil.*10. *lib.* 1. & obſeruari in Regno
Siciliæ *Anton.de Amat. varia. reſolut.*
*nu.*5.*verſ.Dominus, &c.* ſic etiam ob-
ſeruatum in illo Senatu,refert *Theſ.*
*lib.* 4. *quæſt.forenſ. q.*24. *Caualc.deciſ.*
*Finiz.*32.*de Caſtill.deciſ.*103.*Maynar.*
*dec.*50.*lib.*5.& iſta eſt vera, & recepta
opinio rerum iudicatarū approbata,
& fundata ſuper publica vtilitate, cū
28 interſit Reipublicæ mortuos ſepeli-
ri, vt dicit *Maſtr.d.dec.*10.*n.*8.*& Gra-*
*tian.diſcept.forenſ.cap.*94.*nu.*4. *tom.*1.
& concurrit humanitatis actus, quo
cogimur ſepelire cadauera;eſſet enim
nimia animi ſæuitia mortuis denega-
re gratiam.i.ſepulturam. *l.ne corpora.*
*ff.de religioſis, & ſumpt.* & hanc opi-
nionem fundat etiam *Rodriq. de pri-*
*uileg.creditor.tit.de priuileg.impēſ.fun.*
*ſub num.*4.*verſ. cæterum contrariam*
*ſentētiam,&c.* & adeo hanc affirmati-
uam poſitionem amplexi ſunt com-
muni calculo Moderniores, quòd il-
lam extendunt etiam reſpectu dotis,
vt præferatur mulieri petenti dotes,
vt probat *Franc.de Petr.feſtiu.lect.lib.*
1.*cap.*5.*num.*25.*Chriſt.Mart. dec. Sen.*
31.*nu.*2.*verſ. aut veram eſſe,&c.* cum
alijs plenè adductis per *Hodiern. in*
*addit.ad deciſ.Surd.*112.*verſ.* 2. *&* 3.
29 Item ampliando aſſerunt adeo pri-
uilegiatam eſſe hanc funerariā actio-
nem,quod datur etiam aduerſus ſuc-
ceſſorem in fideicommiſſario, & ma-
ioratu ob mortem dicti defuncti, &
conſequenter etiam illa bona erunt
obnoxia,vt per *Affl.in cap.*1.*an agna-*
*tus.num.*15.& latè *Garſ.de expenſ. &*
*melior.cap.*16.*num.*33.*& Marſilius in*
*comment. l. unum ex familia.* §.*ſi de.*
30 *falcidia.nu.*1.*de legat.*1. Sed quæſitum

huiuſ-

huiuſmodi funeris impenſæ, Maſtril. dicit, quòd comprehenduntur veſtes lugubres, etiam ſeruorum *nu.*11.*Coſta verò in tract.de port.rat.q.*13.*nu.*2. & 3.dicit expenſas pro veſtibus non potiri hoc priuilegio prælationis, ſed ſolùm illa, quæ fiunt cadauere præſente, veluti in pulſatione campanæ; ductione cadaueris ad ſepulturam, in Miſſis, & Sacris peragendis, in cera,& alijs pro anima;*Surd.vero in deciſ.*255.*in fin.* auctoritate multorum dicit hoc remitti Iudicis arbitrio, vt illas taxet, attenta quantitate patrimonij,& qualitate perſonæ;quæ qualitas præualet etiam voluntati ipſiuſmet defuncti, nam ſi illas minus taxaſſet in teſtamento, adhuc poterunt excedere,ne fiat iniuria viro benemerito, qui forſitan ad obſeruandum actum humilitatis ſic iuſſiſſet ſepeliri. *Alexan. in l.fin.ff.ad leg. falcid.*& late *Gamma dec.Luſit.*308.cum alijs, quos allegat *Hodiern.ad deciſ.Surd. nu.* 20. & ibi vide de alijs huc pertinẽtibus, & nouiſſimè *Rodriq. vbi ſupra nu.*11. *cum ſeq.verſ.præterea,&c.*Aduerte tamen, quòd hæc quæ diximus de impenſis funerum, intellige etiam de expenſis erogatis in vltima infirmitate defuncti,& ideo pro illis Aromatarij, vel alij impendentes remanet creditores hæreditatis cum prælatione prædicta,vt per *Maſtril. d. dec.*10. *prope fin.Surd.deciſ.*255.*num.*26.*Borgnin.Caual.dec.*32.*num.*7.& 11.*par.*1. quem ſequitur *Chriſt. Mart. dec.Sen.* 21.*num.* 7. *verſ. Aut iſta expenſa,&c. Gratian.diſcept.forenſ.cap.* 94.*nu.*14. *& ſeq.Rodriq.d.tit.de priu.imp. funer. num.*10.*verſ.ſed & hæc quæ de funeraria,&c.* Sed ſalarium Medici, qui curauit infirmum, per S. Conſ. fuit deciſum, quod non, in cauſa, Donati Ant.Altomaris,ex alleg.per *Anell.de Amato in alleg.*2.*poſt deciſ. Salernitani*

31 *impreſſas.* Tandem ſummoperè eſt aduertendum,quòd ſi aliquis fecerit has expẽſas,debet ſe proteſtari,quòd illas fecit animo repetendi; nam in dubio præſumitur feciſſe ob pietatem,& miſericordiam, ſeu religionem, per *tex.in l.ſi quis.§.Prætor ait, cum concord.ff.de relig.& ſumpt.funer.* maximè ſi eſſet diues,& religioſus ſolitus exercere operas miſericordiæ,& ſic intelligo adducta per DD. ad hunc propoſitum, vt per *Ioſeph. Ludou.dec.*78.*in princip.ſecundæ par.*& alios adductos per *Rod.vbi ſupr.n.*13.

32 Sub ſecunda ſpecie videlicet acquiſitionis,ſeu cõſeruationis rei nonnulli etiam poſſunt comprehendi caſus, in quibus fallit dicta regula, *qui prior*, & attenditur iuris potioritas, de quibus multos congerit *Ripa in l.*1.*ff.in quib.caſ.pign.vel hyp. Grat.diſcept.forenſ.*257.*lib.*2.*Chriſt.Mart. deciſ.Sen.*19.& *in exam.*11. *& Giurb. in Conſuetud.Meſſin.cap.*9.*glo.*2. *num.*47. inter quos præcipuè eſt in venditore, qui pro pretio rei venditæ ſuper re vendita, vel pretio ex ea perueniente erit omnibus potior, & ante omnes debet graduari,*l.reueri,* §.*in bonis, ff. de priui.cred.tum conc. Couarr.variar. reſol.lib.*1.*cap.*7.*nu.*2. *verſ.præter hæc, &c.*modo ſibi cauerit de ſpeciali hypotheca, vel pacto reſeruationis dominij,& ſic paſſim ſeruamus, *Præſ.de Franch.deciſ.*506. *Reg. de Ponte de poteſtat.Proreg.tit.de refutat.* §.3.*num.*8. *cum ſeq.* nouiſſimè *Reg. Rouit. deciſ.*7. quod ſecus eſt in re empta ex pecunia pupillari ex priuilegio ſpeciali,de quo teſtatur *Reg. de Ponte in deciſ.coll.*34.*nu.*83.& licet aliqui teneãt abſq; dicta cautela ſufficere pro prælatione generalem hypothecam cum iuramento,cum habeat vim ſpecialis obligationis ſingularum rerum, non eſt tuta opinio,nec in Praxi recepta, vt aduertit *Theſaur.quæſt.forenſ.q.*74. *lib.*2.*in fin.*& *Reg.Rouit.*vbi ſupra per *totum*, eſt namque vera iſta opinio

33 quoties ageretur de venditione mercium alicui mercatori, qui ante traditionem, animo fugam meditatus, ſtatim traditione facta, ſolùm vertit; tunc enim etſi perfecta dicatur venditio,

ditio, tamen dominium non videtur translatum cum pretium non fuerit ſolutum, *l. quod vendidi iunct. glo. C. de contrah. empt.* imò non dicitur legitimè tradita, ſed violenter oblata, & conſequenter in concurſu ſuper illa debet omnibus præferri vẽditor per *tex. notab. in l. ſi quaſi, ff. de pignor. act.*
34 maximè, quod ex ſola traditione in dubio non cenſetur habita fides de pretio, *gloſ. in d. l. quod vendidi*, etſi fuiſſet habita, non eſt in conſideratione, ſtante dolo emptoris, qui acceptis mercibus putabat fugam arripere, vt decernitur ex ſubſequenti actu fugæ immediatè patrato) iſte inquam dolus non debet opitulari, vt fides habita de pretio aliquid operetur in perniciem venditoris, *Alex.* poſt *Angel. in l. ſi cum dotem, §. fin. num. 5. ſolut. matrim. Ripa in l. cum ventri, §. in bonis, num. 7. ff. de priuil. credit. Cepol. caut. 124. num. 1. Neguſ. de pignor. 2. membr. 5. par. princ. num. 9. col. fin. Gail. obſeru. lib. 2. obſeru. 15. num. 10. Criuell. deciſ. Dol. 54. num. 89.* Cæterum quando venditor ſuper re vendita ſibi cauerit de ſpeciali hypotheca, vel reſeruatione dominij (quod idem importat ſecundum communẽ opinionem) tunc poterit propria auctoritate retinere rem pro pretio ſibi debito, & nõ erit aliter graduandus, quia ſuper illa re erit potior omnibus, *Bald. in rub. de contrah. emption. Gail. obſeruat. 15. num. 3. & 4. lib. 2. obſeruat. Gratian. deciſ. 13. num. 14. Surd. dec. 157. Marta voto 13.* cum alijs congeſtis per *Viſcont. concluſ. verſ. creditor infirmus in fine fol. 44. ater.*

35 Aliud exemplum eſt in creditore mutuante ad rem emendam, qui ex priuilegio, *l. licèt qui pot. in pign. hab.* eſt omnibus creditoribus anterior ſuper re empta, ſed optima erit cautela, vt tempore initi contractus mutui fiat pactum de ſpeciali hypothẽca, vt cæteris præferatur pro pretio mutuato ad remouendas ambages DD. contendentium an ſufficiat generalis hypotheca, vel appoſita ex interuallo, *Neguſant. de pign. 2. memb. 5. part. ſub num. 18. verſ. etiam, Gaſpar Theſaur. lib. 2. qq. forenſ. cap. 54. Gom. var. reſolut. tom. 2. tit. de empt. & vend. num. 23. verſ. quintus modus, Criuell deciſ. Dolan. 56. nu. 7. Praeſ. de Franch. dec. 506. num. 1. & 140. num. 5. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. 2. p. 9. num. 14.* cum alijs plenè adductis per *Anton. de Amato controu. reſolut. cap. 3. num. 32. cum ſeq.* & propriè *num. 42. verſ. cautius hic, &c. & 49. & 50.* tractat de hoc pacto in continenti appoſito, & *Ripa in l. priuilegia, de priu. cred.* dat pro cautela iſtam ſpecialem hypothecam in re empta, vt pro pretio ſuper ea detur iſta prælatio, poſt *Cepol. caut. 126.* vbi loquitur de mutuante agricolis pro emendis bobus, *Theſaur. q. 28. lib. 2. num. 7.*

36 Alius caſus eſt in creditore mutuante ad refectionem, nam ſuper re refacta, erit omnibus potior, iuxta diſpoſitionem, *l. interdum, ff. qui pot. in pign. hab.* & intellige, dummodo adhibita ſit eadem cautela de ſpeciali, & incontinẽti appoſita hypotheca cum pacto prælationis ad remouendas eas de iuris ambages, de quibus diximus in primo caſu de creditore ad rem emendam, vt communiter tradunt DD. in *d. l. interdum*, imò vltra eam ad hoc, vt creditor ad refectionem habeat hanc prælationem in concurſu ſuper re, vel pretio peruento ex venditione rei refactæ debent nonnulla concurrere, quæ à DD. paſſim traduntur, & enunciat *Neguſant. de pign. 2. memb. 5. par. nu. 13. verſ. & iſta prima fallentia, Pacif. de Saluia. inter. inſpict. 3. cap. 4. num. 220. cum ſeq.* & ſignanter quòd pecunia mutuata ſit expreſsè ad refectionem, & reparationem rei, alias ſi ſimpliciter credita ſit mutuans non erit potior etiam ſi deindè realiter dicta pecunia reperiatur in refectione impenſa, *l. procuratoris, §. ſi duas, verſ. planè, ff. de tributis.* Item debet conſtare de neceſſitate refe-

refectionis, nam quatenus neceſſitas vrgeat in reparando lex tribuit hanc prælationem, *l.fin.ff.de exerc.act. Neguſant.vbi ſup.num.*5.*Mant.de tacit.& ambig.lib.*2.*titul.*15.*num.*7. cum alijs adductis per *Chriſt.Mart. dec.Senenſ. exam.*11.*num.*5.*cum ſeq.Ant.de Amat. in d.reſol.*3.*num.*63. cum alijs cumulatis per *Reg.Merlin. var.reſol.cap.*29. *nu.*10.& per *Reg.Galiot.lib.*1. *controu. iur.contr.* 21.*num.*17.hinc practici inuenerunt cautelam pro mutuante, quod taxetur quantitas ad reficiendam rem per Iudicem præuia informatione de neceſſitate per relationẽ expertorum, & de ordine ipſius fiant etiam de impenſæ, vt in dies ſeruamus,& ratio eſt,quia priuilegium *d.l. interdum,* eſt reſtrictum ad neceſsitatem,adeoque in eo pluri, quod fuiſſet mutuatum vltra eam non extenditur,*l.fin.ff.de exercit.actione, Iaſ.in l.creditor,num.*3.*verſ.tertio limita, per l.ſi certum petatur. Neguſant.*2.*membr.* 5.*par.n.*18.*verſ.quarto reſtringe d.fallentiã,*verum quando non eſſet adhibita dicta diligentia,& tamẽ ex probabilibus coniecturis conſtaret cum effectu pecuniam mutuatam verſam eſſe in refectionem,tunc competeret dicta prælatio, & ſic practicatum in S.C. & deciſum iunctis aulis in creditore mutuãte ad refectionẽ nauis, refert *Reg.Sanfel.deciſ.*112. Item requiritur, quòd tempore concurſus refacta ſint in eſſe,aliàs ſi reperirentur deſtructæ, dictum priuilegium prælationis deſtruitur, & ſic non haberet locum reſpectu aliorum bonorum debitoris decocti.*l.ſicut.in princ. ff.quib.mod.pign.vel hypoth.ſolu.*& non entis nullæ ſunt obligationes.*l.eis qui in prouincia ſi cer.pet.Ripa in l.*1.*nu.*5. *ff.in quib.pign.&c.& DD.communiter in d.l.interdum.*ideo ſi res iterum reedificetur, ille qui reedificat diceretur denuo illam facere,& conſequenter gaudebit hoc iure potioritatis. *l. quod autem.*§.1.*ff.quemad.vſufr. amit. Chriſt.Mart.d.exam.*11. *num.*21. *cum ſeq.*Et quæ diximus de refectione domus intelligi in alijs refectionibus, data tamen proportione,& habilitate terminorum,vt in naui,eſt *tex.in l.huius.ff.de noxal.action.& ibi DD.& in loc.citatis.*

36 Ex prædictorum fonte; multi alij emanant caſus,videlicet in creditore pro expenſis neceſſarijs recolligendorum fructuum cauſa, ſine qnibus fructus non recolligẽtur. *l.fundus qui famil.erciſ.l.fructus ſol. matrim. cum concord.*& propterea ante omnia ſunt deducendi, & creditor erit omnibus potior in concurſu, *Garſias de expenſ. & meliorat.cap.*1.*num.*11. *Capyc.deciſ.* 93.*num.*23.*Franc.Mart.dec.*613.*par.* 1.*Surd.deciſ.*282.*bum.* 33. *Caroc. de loc.& conduct.tit.de expenſ.nu.* 31. Verum iſtam poſitionem amplia etiam ſi iſte creditor vellet retinere fructus pro expenſis factis,& eſſet malæ fidei poſſeſſor, & prædo, quia lex ei indulget,vt valeat expenſas deducere, *l.ſi à domino.*§.*fin.ff.de pet. hæred.* quæ lex loquitur de prædone,& *l.ait prætor.*§.*per hanc.ff.de his,quæ in fraud.cred.*loquitur de fraudatore; Item extende etiam ſi expenſæ abſorberent totum valorem fructuum;per *tex.in l.quod ſi ſumptus.ff.de pet.hæred.Specu. in titu.de expen.*§.1.*verſ.quid ſi excedunt.Mareſcot..var.reſol.lib.*2.*cap.*108. *nu.* 9. vbi de alijs ad hanc materiam poſt *Garſ.* & alios, quos allegat ; Sed non eſt omittendum, quòd quæ diximus in mala fide poſſeſſore retinente fructus pro litis expenſis, limita in fure, qui per vim,& iniuriam fructus alieno in fundo delinquendo rapuit,quia huic violentiæ lex reſiſtit, & ideo in pœnã expenſas amittat. *l.ſi fundus ſeruum.* §.*oliuam.ff.ad leg.aquil.* & probat *tex. in l.ex argento.ff.cond.furtiua*, & cum iſta diſtinctione conciliat *d.ll.Garſ.de expenſ.& melio.cap.*1.*num.*7.*per tot.* reprobata opinione *Tiraq.& aliorum*, *Maroſcot.var.reſol.d.lib.*2.*cap.*108.*nu.*
37 4.& 5.Similiter extende dictam poſitionem,nedum ſi expenſæ mediante



Digitized by Google

pecunia factæ ſint, ſed ſi ab aliquo colono eius manibus, & opera collecti, quia eius labores pecuniæ eius parantur, *Gar. vbi ſupra, cap.* 1. *num.* 14. niſi colonus eſſet partitarius, & ſic teneat fundum conductum ad partem fructuum domino redendam, quia pars debita intelligitur libera ab iſta obligatione, *Affl. dec.* 252. *num.* 8. *verſ. præterea dicit, &c.*

38 His adſtipulatur ſimilis caſus, in quibus datur huiuſmodi prælationis priuilegium in cõcurſu reſpectu creditorum anteriorum videlicet in mutuante frumentum, vel aliud ſemen colono, cum expreſſa, & ſpeciali hypotheca ſuper fructibus, qui ex illo naſcuntur, *Decian. conſ.* 50. *lib.* 3. *Peregrin. conſ.* 80. *lib.* 3. *Felician. de cenſ. c.* 5. *num.* 13. *lib.* 1. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 2. *tit.* 23. *num.* 11. *Paſcal. de virib. patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 6. *num.* 65. *Caſtil. dec.* 10. *Thor. vat. deciſiuo* 13. *&* 69. *num.* 3. & de obſeruantia in illo Senatu refert *Theſaur. qq. forenſ. lib.* 2. *q.* 28. *num.* 9. *&* 10. *verſ. ſed quæritur de pulchro caſu, &c.* & aduerte, quod ſi vendens, vel mutuans ſemen eſſet domi-
39 nus fundi, tunc abſque dicto ſpeciali pacto, & hypotheca erit omnibus creditoribus præferendus ſuper fructibus natis, quia concurrerent duo vincula, vt probat *Decian. in d. cõſ.* 50. *lib.* 3. & ſic cenſuit *Senat. Pedem. in praxi*, vt refert *Theſ.* vbi ſupra *nu.* 6. *&* 7. intelligendo de fructibus naturalibus, ſecus de induſtrialibus, vt ibi, & nota, quod huiuſmodi creditor cum ſpeciali pacto, vt ſupra, præfertur etiã domino ſoli, quod ſecus eſſet abſque illo, ſecundum *Decian. d. conſ.* 50. & alios ſupra relatos. Verũ præter hunc creditorem dominus fundi pro affictu ſuper fructibus ex eo peruentis vigore legalis hypothecæ, quæ ei cõpetit omnibus creditorum Coloni erit proferendus, ſecundum veram, & magis re ceptam opinionem, vt poſt *Peregrin. conſ.* 80. *vol.* 3. probat *Grat. in primo tom. diſcept. forenſ. cap.* 25. *n.* 9. *cum ſeq.*

40 Item ſic dicimus de ſalario debito Aduocato, & Procuratori, nam pro eo datur iſtud priuilegium prælationis in concurſu ſuper re defenſa, & recuperata, mediante eorum patrocinio, *Ripa in l. priuilegium, num.* 32. *cum ſeq. de priuileg. credit. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 257. *lib.* 2. *num.* 26. *cum ſeq.* vbi teſtatur ſic deciſum in *Rot. Roma-*
41 *na*, & ampliatur iſta poſitio, etiam ſi res illa eſſet prohibita alienari per Fideicommiſſum, *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 2. *Garſ. de expenſ. c.* 6. *num.* 19. *Peregrin. de fideicom. art.* 50. *num.* 8. *Giurba deciſ.* 108. & ſuper *Conſuet. Meſſ. cap.* 9. *gloſ.* 2. *par.* 1. *num.* 46.
42 *Seraphin. dec.* 925. *num.* 3. Sic etiam ſi eſſet feudalis, imò ſi eſſet impoſitus cenſus ſuper feudo, pro iſto ſalario pro illo erit præferendus creditor, vt probat *de Amato reſol.* 3. *num.* 72. *verſ.*
43 *ideo cenſum, lib.* 1. & quæ diximus de Aduocato, & Procuratore intelligas, etiam de Curatore hæreditatis iacẽtis, quia vigore tacitæ hypothecæ, quæ datur à iure cũ prælatione, erit omnibus creditoribus præferendus in cõcurſu pro eius ſalario, vt probat, & de obſeruãtia teſtatur *Chriſt. Mantius in deciſ. Senenſ.* 19. *num.* 4. *cum ſeq.*
44 *verſ. quæſitum fuit modo, &c.* Sic etiam de ſalario Iudicis, & de eo, quod debetur ſcholaribus pro ſtudio, vt latè per *Rodriq. d. tract. de priuileg. credit.* 1. *par. art.* 3. *tit. de priuileg. impenſ. fun. num.* 18. qui ex *Rebuff. in tract. de priuil. Schol. priuil.* 118. ſic obſeruatũ refert in Prax. & iſti tales non tenentur præſtare cautionem, & ſic ſeruamus *Paſcal. in d.* 4. *par. cap.* 6. *num.* 67. *verſ. Idem quoque, &c.*

45 Item per ſupradicta deciditur creditorem pro paſcuis, & alimẽtis præſtitis animalibus eſſe præferendum omnibus creditoribus etiam anterioribus ſuper pretio peruẽto ex illorum venditione, quia per alimenta conſeruantur indiuidua, *Caroc. de ſequ. q.* 2. *num.* 3. *& in tit. de diff. circa prælationem, conſ.* 5. *num.* 5. *Rebuff. ad*

Gall.

Digitized by Google

*Gall.conſt.tom.*1.*art.*4. *gloſ.*2.*num.*31. *Paſcal.de virib.patriæ pot.par.*4. *cap.*6. *num.*61.*Ant.de Amat. d.reſol.*3.*nu.*13. *verſ.amplia quoq; lib.*1. *Giurb. dec.*40. *num.*1.& 5.*Borg.Caualc.dec.Fiuiz.*44. *num.*46. & 47. *vol.*1. *Thor. d.vot.*13. *num.*15. & de obſeruantia in *Rot. Romana*, teſtatur *Seraſin.dec.*1415. *nu.*4. *Cuiac.obſeru.lib.*9. *cap.*8. Qui hoc ex-
46 tendunt etiam pro ſalario debito famulis, & cuſtodibus animalium. Sed aduerte, quod licet pro pretio herbarum venditarũ paſtoribus detur iſta prælatio, intelligitur quando eſt facta vẽditio, ſeu locatio expreſsè in illam cauſam, ſecus ſimpliciter, & generaliter, quia tunc præſumitur facta pro neceſſaria conſeruatione animaliũ, & non vltra, & ſic debere intelligi, *text. in l.huius, ff.qui pot.in pign. hab. Grat. diſcept.forenſ.q.*25.*lib.*1.*num.*22. cum alijs allegatis per *Paſcal. de virib. patriæ poteſt.p.*4.*cap.*6.*num.*69. At attendas, quod iſtud priuilegium prælationis reſpectu omnium creditorũ etiam anteriorum habentium expreſſam competit his famulis, ſed non illis, qui perſonæ, vel aliquo magiſterio inſeruiunt, quia in illis non conſideratur cauſa cuſtodiæ, & conſeruationis rei, vt ex multis, ita diſtinguit *Rodriq.de priuileg.cred.*1.*par.ar.*3.*de priuil. impenſ. funer. num.*26. dicens ſic debere intelligi doctrina *Felic. in tract.de cenſ.*2.*tom.lib.*3.*nu.*11. & *ſeq.* reſpondet cõtrarijs adductis per *Felician.* & *nu.*28. dicit eius opinionem ſe conformare cũ ſanctione promulgata in Hiſpanijs à Catholica Maieſtate reſpectu ſalariorum, debitorum iſtis famulis, vulgò dictis, pages, ò allegadas.
47 Item ſic dicimus in creditore, qui pro pẽſione domus locatæ ſuper bonis inuectis, & illatis, habita ratione dictæ conſeruationis, erit præferendus omnibus, *Bart.in d.l.interdum, ff. qui pot.in pign.hab.Neguſ.de pign. p.*2. *memb.*4.*num.*128. *Caroc.de loc.* & *conduct.tit.de inuect.* & *illat.q.*21. *Paſcal. de virib.patr.poteſt.par.*4.*q.*6. *num.*68. *Alex.Trentacinq.var.reſolut.lib.*3. *tit. de locat.reſolut.*5. *num.*3. *Gratian. diſcept.forenſ.lib.*4.*cap.*233.& 733.*nu.*1. *Mantic.de tacit.* & *ambig. lib.*2. *tit.*23.
48 *vol.*1. Vbi extendit hæc etiam in locatione vehiculi, & ſimil. per *d.l.interdum, &c.* Verum prædicta ſanè intellige de penſione, & mercede reſpectu
49 alicuius loci, in quo conſeruantur merces, vel bona, vt dixi, quia reſpectu habitationis perſonæ non datur iſta prælatio creditori locatori, & ſic intelligunt præcitati DD. quos refert *Anton.de Amato d.reſolut.*3.*nu.*5.& 6. *verſ.quod intelligunt, vol.*1. & ſic in dies ſeruamus in noſtris Tribunalibus, vbi licèt locator concurrat cum alijs creditoribus pro penſione domus pro rata datur prælatio quatenus bona fuerunt conſeruata intelligas etiam de bonis inuectis, & illatis, pro quibus de iure datur tacitè hypotheca, vel ſpeciali pacto de illa locator ſibi proſpexiſſet alias ſecus, quia non ſemper, & indiſtinctè pro illis datur hypotheca, vt in prædijs ruſticis, & alijs caſibus, probat latè *Menoch.de adip.poſſeſſ.remed.*2. & poſt eum latiſſimè *Mareſcott. var. reſolut. lib.*2.*cap.*118.*per tot.*
50 Sed an huiuſmodi creditor præferatur vxori habẽti anteriorẽ hypothecam ſuper dictis bonis, & concluditur, quod ſic arguendo, nedum à paritate rationis, ſed a fortiori, dum clarum ſit mulierem habentem generalem anteriorem hypothecam præferri habenti ſpecialem ad rem emendam, vel ad refectionem, vt diximus ſupra, ergo tanto fortius ſuper bonis inuectis, & illatis, ita arguit, & concludit *Chriſt.Mart.in dec.Sen.*20.*n.*1. *vſque ad* 10. & hoc intellige etiam ſi eadem mulier habitauerit cum viro in domo, & ſuper bonis ibi inuectis, &
51 illatis, ſiue earum pretio concurreret, quia ad ipſam non ſpectat ſolutio penſionis, quia habitatio includitur in alimentis, ad quæ tenetur vir, *l.alimenta,*

*menta, ff. de alim. & cib. leg. Surd. de aliment. tit. 1. q. 32. in princ.* cum alijs adductis per *Chriſt. Mart. in d. deciſ. 20. num. 38. & 39.* & hoc procedit etiam ſi eſſet mortuus vir, & continuauerit habitationem cũ eorum filijs, & hæredibus quia intelligitur continuare iure familiaritatis, & ad nihilum teneretur, & ſic obſeruatum in S.C. refert *Vrſill. ad Affl. dec. 184. num. 6.* Secus ſi ſola habitaſſet, quia tũc à morte viri tenetur pro rata, *Coſta de port. rat. q. 15.* vel eſſet obligata cum viro, vide *Vrſill. in deciſ prædicta* 184. & latè de materia huius prælationis tractat *Paſcal. in d. p. 4. cap. 6. num. 68. cum ſeq.*

52 His cognitis, remanent aliqua notanda pro totali intelligẽtia terminorum. Et primo, quod ſicut in omnibus prædictis caſibus datur creditoribus prælatio in agendo, ſic etiam datur retenſio in excipiendo, vt latè probat *Gratian. deciſ. 66. num. 8. & 9.* Et quod
53 pro fida herbarum poſſint retineri animalia, quæ paſcua ſumerunt, tradit *Nepit. ad Conſuet. Catan. in tit. de*
54 *iur. paſſ. conſid. 1. num. 49.* Et de hoſpite, vt valeat arreſtare uiatorem pro expenſis ei adminiſtratis, latè *Malegnat. de retenſ. q. 223.* ubi de alijs his ſimilibus.

53 Primo notandum eſt, quod ſi plures eſſent creditores pari, uel æquali iure prioritatis priuilegiati ſuper una re, cuius pretium non ſufficeret omnibus, puta ſi eſſent omnes creditores, quod mutuaſſent ad rem emendam, *l. idemque 7. verſ. quare, ff. qui potior. in pign. hab. Affl. deciſ. 306. Præſ. de Franch. dec. 369. de Georg. alleg. 22. num. 44. Regens de Ponte de feudis lectione 2. num. 57.* tunc debet fieri diuiſio inter eos per æs, & libram, ex adductis per *Rip. in d. l. priuilegia, col. 1. verſ. in 2. par. de priuileg. credit. de Pon-*
54 *te deciſ. coll. 34. num. 11.* Sed intellige ſi ſunt eodem die, alias inter eos attenderetur potioritas temporis, & ſic magis originaliter præferetur minus originaliter, ut dicit *Anton. de Amat. variar. reſolut. d. reſolut. 3. num. 4.*

55 Verum, quando non conſtat de prioritate ſaltem per horam tunc præfertur ille, cui ll. magis fauent in ambiguis, & ideò ſi concurrat in hoc caſu fiſcus, & mulier, tunc mulier præ-
56 fertur, ſic ex communi, & magis recepta opinione teſtatur *Neguſ. in 4. memb. 2. par. num. 109. Couarr. var. reſol. cap. 16. num. 6. lib. 1. Maiver. lib. 2. de priuileg. credit. tit. 5. num. 149. Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 86.* ſequitur *Rodriq. d. tract. de priuileg. cred. p. par. art. 2. nu. 3. & 4. verſ. nihilominus, &c.*

57 Verum ſi concurrat Fiſcus cum alio priuato, & priuilegiato, tũc diſtinguũt DD. quòd, aut Fiſcus concurrit ex cauſa onероſa, veluti iuris proprij, & tunc præfertur priuato, aut ex cauſa lucratiua, quia venit contra indignam, vel petat pœnam ex cauſa delicti, & tunc præfertur priuatus; & pro eo ſcriptura, & inſtrumentum cõfert ius anterius, *Neguſ. 4. memb. 2. par. num. 117.* & ſic receptum in *Prax.* refert *Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 16. in fine,* quem ſequitur *Rodriq. vbi ſupra, num. 15.*

58 Eſt ſciendum, quod omnia, quæ diximus in creditore anteriore, ſeu potiore habẽt locum in poſteriore ſuccedente in eius locũ, puta, ſi mediante eius pecunia fuerit primus dimiſſus. Sed debent concurre tria requiſita. Primo, quod pecunia ſoluatur primo creditori. Secundo, quod interueniat pactum, quod ſoluens ſuccedat in locum primi cum ceſſione iurium. Tertio, quòd res ſit obligata, de quibus in *l. 1. C. de his, qui in prior. cred.* & per *gloſ. in l. Ariſto, ff. quæ res pign. oblig. poſſ.* de quibus per *DD.* ibidem, & recenſet *Ant. de Amat. in reſolut. 7. lib. 1. &* Reg. *Rouit. conſ. 48. volum. 2. & Conſ. Theod. alleg. 68.*

59 Aduerte tamen, quòd ſi poſterior creditor emat rem à communi debitore, & pecuniam ſoluat anteriori, tunc abſque vlla ceſſione, & pacto adhuc

adhuc iſte ſoluens ſuccederet in locum dicti primi creditoris, ex *l. æquitate*, vt probat *Neguſ. de pign. 3. memb. tertiæ par. princ., ſub num. 3. verſ. eſt aduertendum, &c.* Capyc. *deciſ.* 94. *num.* 4. *Benint. deciſ.* 50. *Franc. dec.* 134. *de Pot. conſ.* 87. & de obſeruantia teſtatur *Theſau. q.* 30. *lib.* 2. & hoc caſu poterit iſte emptor retinere rem emptam, aduerſus creditores poſteriores inſtantes pro venditione, vt per *Gratia. deciſ.* 66. *num.* 8. & 9.

60 Sic etiam dicendum in ceſſionario iuris luendi, quod competit venditori annuorum introituum, cum pacto de retrouendendo, nam tunc ſoluens creditori, ſubingreditur in eius locum, & per actum retrouenditionis transfertur omne ius, quod erat penes primum emptorem in beneficiū ceſſionarij, & ſic erit graduādus à die primi contractus, nedum pro ſorte, ſed etiam pro tertiis, & ſic paſſim ſeruari in S. Conſ. & eſſe nouiſſime deciſum refert *Reg. Capyc. Latro deciſ.* 16. vbi affert alias deciſiones factas iunctis aulis.

---

## ARGVMENTVM.

Creditores Anteriores, vel Potiores pro ſorte; an tales iudicentur pro Tertijs, & intereſſe, ad intellectum. *l. Lutius. ff. qui potiores in pign. hab.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Regula*, tex. in l. Lutius ff. qui potior. in pign. hab. *declaratur nu.* 4. & 7.

2 *Vſura, ſeu intereſſe, licet ſint duæ voces, tamen confunduntur.*

3 *Vſura quid.*

5 *Intereſſe, quod debetur ex mora, dicitur deberi ex nouo contractu. Culpa dicitur mora. n.* 6.

8 *Priuilegiū Prælationis, quod Lex tribuit pro ſorte; an extendatur ad intereſſe. Tertiæ ſunt ſors, & producunt aliud intereſſe. n.* 9.

10 *Creditor ad refectionem eſt præferendus pro ſorte; ſecus pro intereſſe, ſeu tertijs. Et quomodo graduandus pro omnibus. n.* 14. *Vbi cautela creditoribus.*

11 *Priuilegium, ſeu prærogatiua, quæ concedit Lex ſorori, vt pro paragio habeat feudum obligatum, an extendatur ad intereſſe, ſeu tertias, ad quas forſitan frater ſe obligaſſet, pendente ſolutione portionis debitæ.*

12 *Dotis priuilegium potioritatis extenditur ad intereſſe.*

13 *Mora contracta per hæredem in ſoluendo legatum defuncti poſt alienationem rei hæreditariæ non officit tertio.*

14 *Creditores in intereſſe nō iure actionis, ſed Iudicis officio ex mora debitorum nō ſoluentium, quomodo graduandi. n.* 15.

16 *Quando debeatur intereſſe. Mora quomodo contrahatur.*

17 *Dies interpellat pro homine intellectus dictæ Regulæ. n.* 23. & 24.

18 *Promittens ſoluere centum pro dote, tempore contracti matrimonij, à quo die debeatur intereſſe.*

19 *Frater debitor pro Paragio, & Legitima alijs fratribus, vel de portione pretio feudi empti, à quo die teneatur ad intereſſe.*

20 *Caſus, in quibus Lex ſtatuit cōtrahi moram irregularem, ideſt ſine interpellatione.*

21 *Ex-*

21 *Explicatio regulæ*, tex. in l. 1. C. de vſur. & fructib. rei legat.
22 *Legatum annuum, à Teſtatore relicto; an debeatur à die mortis Teſtatoris; quamuis hæres dilatauerit per multum tempus aperire Teſtamentū, & adire hæreditatem. & n. 23. & 24. Vbi S.C. Deciſiones.*
25 *Mora; quid. Culpa deficiente, Mora non conſideratur.*
26 *Decoctus comparatur Pupillo. Decocto tollitur adminiſtratio, & datur Curator.*
27 *Mora irregularis, quæ contrahitur à debitore minoris, ceſſat effecto maiore.*
28 *Graduatione peracta; Creditores ex cauſa contractus cenſualis, non poſſunt graduari, niſi pro ſorte principali, & tertijs debitis, & intereſſe ipſarum. Per Graduationem mutatur ſtatus debitoris, efficitur alius. Omnes contractus cum ipſo initi, intelliguntur reſciſſi. Non pariunt amplius cenſus, ſeu tertias. Vbi Deciſiones Sac. Conſ. Neap.*
29 *Creditori, qui concurrit pro capitali, ob contractum reſciſſum, non debentur tertiæ, ſed tantum intereſſe ad eandem rationem, nu. 30. Vbi refertur ſtylus Sac. Cōſ.*
31 *Licet Tertiæ promittantur cum omnibus dānis, & intereſſe, & cum clauſula*, pro quibus omnibus, *non per hoc debentur iure actionis. Et cur.*
32 *Tale intereſſe dicitur remiſſum per receptionem tertiarum.*
33 *Quod locum non habet ſi deberetur iure actionis.*
34 *Quæ conſiderantur in liquidatione intereſſe, quod debetur ex mora.*
35 *Quādo dicitur fieri damnum emergens.*
36 *Reſciſſo contractu intereſſe currit ad eandem rationem tertiarum.*
37 *Lucrum ceſſans debetur mercatoribus, & ſolitis negotiari.*
38 *Remittitur Iudicis arbitrio talis taſſatio intereſſe ob lucrum ceſſans, qui conſiderabit expenſas, & labores.*
39 *Venditor non ſoluens pretium tenetur ad intereſſe pretij non ſoluti.*
40 *In Regno adhuc non probato tali intereſſe præſtatur cum patatæ ſint emptiones.*
41 *Aliquando datur lucrum vltra ſortem non conſiderato lucro ceſſante, & damno emergente.*
42 *In contractu cambij, adhuc debet præſtari intereſſe.*
43 *An poſſit fieri pactum, vt circa intereſſe ſtetur dicto mercatoris.*
44 *Dantur caſus, in quibus liquidatio intereſſe fit in nihilum.*
45 *Debitor non dicitur in mora, ſi liquidatio adhuc facta non fuerit.*
46 *Neque debetur intereſſe quando creditor petierit plus veri crediti.*
47 *Intereſſe rei iudicatæ debetur poſt quadrimeſtre, & quomodo.*
48 *Quod intelligitur ſi ſententia fuerit tranſitum in rem iudicatam, ſecus ſi ab ea furit appellatum.*
49 *Conſiderantur caſus, in quibus non debetur intereſſe prohibitum à lege.*
50 *Teſtator non poteſt condemnare heredem ad ſolutionem intereſſis ſin-*

*ſingulis annis pendente ſolutione legati.*

51 *Non datur intereſſe intereſſis, ſic nec fructus fructuum.*

52 *Debetur tamen ſi illud intereſſe calculatum; fuerit conuerſum in capitale, nam tunc datur intereſſe illius.*

53 *Neque debetur intereſſe intereſſis declarati per ſententiam.*

54 *Si verò intereſſe debetur tanquam ſors, tunc producit aliud intereſſe.*

55 *Sicut dicimus debere intereſſe alterius intereſſis, quando illud fuerit à tertio ſolutum.*

56 *Idem dicimus in intereſſe exacto ab aliquo tutore, aut alio adminiſtratore, vt ſi illud in ſui vtilitatem conuertat parit aliud intereſſe.*

57 *Idem dicitur in tertijs debitis, vigore contractus bullarij annuorum reddituum.*

58 *Intereſſe dicitur remiſſum quoties fuerit exacta ſors principalis, licet ſe proteſtauerit, & intereſſe debeatur Iudicis officio.*

59 *Quod locum habet etiam in intereſſe debito ex dote.*

60 *Quod locum non habet in intereſſe debito ex tertijs vigore contractus cenſitici.*

## CAP. IV.

1 Regula, *l. Lucius, ff. qui pot. in pign. hab.* (qua cauetur potiores pro ſorte, tales etiam eſſe pro vſuris, ſeu intereſſe) ſuas declarationes habet, quas infra breuiter, ſubnectam dixi pro vſuris, ſeu intereſſe; quia hæc duo vocabula confundũtur, & vnum
2 accipitur pro alio; ideò *gloſ. in l. ſaccum, ff. pro ſocio*, explicat vſuras, ideſt intereſſe ob æquiparationem, quæ eſt inter ſe, *gloſ. in l. 2. § graui, ff. de adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertinent. Ruin. conſil.* 55. *lib.* 2. nam vſura nil aliud eſt,
3 quàm penſio eius, quòd intereſt, dicit *Roder. de ann. reddit. lib.* 3. *quæſt.* 7. *in princ.* verum quia hoc nomen eſt à *ll. damnatum*, quando legitimè recipitur aliquid vltra ſortem, vocitatur intereſſe, *gl. in c. conqueſtus de vſuris*, cum alijs cumulatis per *Barb. in l. de diuiſ. n.* 50. *ſolut. matrim.* vbi de materia.

4 Primo declaratur, vt non procedat in prioritate temporis, & de intereſſe conuento deducto in ſtipulatione, nam tunc creditor attenta primæua obligatione pro vtroque præfertur in concurſu, ſecus verò in intereſſe debito ex mora officio Iudicis; de quo in *l. Mora, § in bonæ fidei, ff. de vſuris*; ita explicat *Soccin. in conſ.* 4. *colum.* 2. *vol.* 4. quem ſequitur *Cannet. in extrauag. volentes; cap. incip. & non erit*
5 *otioſa quæſtio. fol.* 93. *num.* 12. & ratio eſt ſecundum prædictos, quia intereſſe, quod debetur ex mora dicitur de-
6 beri ex nouo contractu, imò ex defectu, & culpa debitoris; culpa enim dicitur mora; *l. omne delictum, ff. de re milit.* ideò debet tenere ſuum auctorem, & ſic officere perſonæ debitoris tantùm, nõ eius creditoribus, qui antea contraxerunt, vt benè per *Regen. Galeot. controuer. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 30. cum ſeq.

7 Secundo declaratur *d. l. Lucius*, vt non procedat in Potioritate, & Prælatione; quæ alicui conceditur ex priuilegio legis; nam tunc potior pro ſorte, non erit talis pro intereſſe; ita explicat *d. l. Lucius, Gottifred. in annot. ad d. l. Soccin. d. conſ.* 41. *num.* 26. *verſ. poſſet quis, lib.* 4. *Zaſius in l. qui autem, § notabili, ff. de priuil. cred.* cum alijs plenè adductis per *Reg. Galeot. d. controu.* 21. *num.* 19. & facit notabilis *tex. in l. ideò, ff. de compenſat.* cum ibi notatis per *Paul. Caſtr.* vbi probatur, quod ſi ſors principalis habet aliquod priuile-

uilegium, illud non extenditur ad id, quod eius cauſa debetur ex mora non ſoluentis; imò hoc procedit, nedum in intereſſe debito ex mora, ſed etiam conuento, ſiue ad tertias ex cõtractu bullari debitas; ratio eſt, quia priuilegium prælationis; quod lex
8 tribuit pro ſorte, non extenditur ad intereſſe, quia non eſt neceſſarium acceſſorium; ſed quid conſequens ex accidenti, *l. quæro, ff. locati*; & conſequenter ſi ad illud extenderetur eſſe in poteſtate hominis priuilegium potioritatis protelare ad aliam ſortem, nam tertiæ ſine ſcrupulo ſunt ſors; cum capitale ſtet demortuum penès
9 debitorem, & proindè producunt aliud intereſſe, vt communi ore omnes fatentur poſt *Præſid. de Franch. deciſ.* 254. & dicemus ſuo loco. Hac ratione attenta facilè negotium eſt
10 concludere creditorem ad refectionem eſſe tantummodo præferẽdum pro ſorte; ſecus pro intereſſe, ſeù tertijs, vt per optima iura (vltra hæc cõſiderata) concludit *Regent. de Ponte dec.* 34. *num.* 30. *Caroc. de locat. & cond. vlt. p. concluſ.* 49. quos allegat *Paſcal. de patr. poteſt. par.* 2. *cap.* 7. *nu.* 38. & latè *Dom. Reg. Galeot. d. controu.* 21. *num.* 24. *cum ſeq. & per totum*, ex quibus puto, ſi caſus acciderit non amplius S. C. poſſe ſtare ſub ancipiti deliberatione, vt refert *Reg. Sanfel. dec.* 112. *num.* 8. *volum.* 1. nam dictis per *Reg. de Ponte deciſ.* 34. ſatisfacit *Dom. Galeot.* vbi ſupra. Et pro confirmatione huius poſitionis, adduco conſiderata
11 per *Cannet.* loco cit. Concludit enim ibi ex multis rationibus: priuilegiũ, ſeù prærogatiuam, quã lex concedit ſorori; vt pro paragio habeat feudum obligatum, & ſit ei onus annexum, non poſſe extendi ad intereſſe, ſeu ad tertias, ad quas forſitan frater ſe obligaſſet ex conuentione inhita cum ſorore pendente ſolutione portionis debitæ; quia hoc lex non conſiderauit tempore conceſſi priuilegij, cum ſe habeat, vt quid accidens, & non tanquam neceſſarium conſequens, & ſic obſeruatum, refutatis contrarijs refert, & ſequitur *Paſcal. de virib. patriæ poteſt. par.* 2. *cap.* 7. *num.* 37. & hac de cauſa aſſenſum non poſſe extendi ad illud; ſatis apertè concludunt omnes DD. vt cum *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *quæſt.* 20. teſtatur *Afflict. Loffred.* & cæteri in *c. imperialem de prohib. feud. alien. per Feder.* quorum doctrinam etiam pro argumento eius opinionis
12 adducit *Cannet.* Et tandem confirmatur dicta poſitio ex reſolutione inſtãtiæ, quæ in contrarium adducitur de dote, cuius priuilegium potioritatis extenditur ad intereſſe, nam ſi rectè perpendatur, ratio huius extenſionis eſt, quia eadem lex extendit ad intereſſe; ſtatuit enim lex hypothecam conceſſam pro dote extendi ad intereſſe cum eodem priuilegio, vt expreſsè decidit *tex. in d. l. Lucius, verſ. quæro an Titius, &c.* & ita tenet ibi *Bart. & Mynſing. obſeru.* 59. *centur.* 1. quos ſequitur *Rodericus de ann. redd. lib.* 3. *q.* 7. *nu.* 70. *verſ. ſupereſt modo*; & ſic poteſt retorqueri in contrarium hoc argumentum. Vel dicamus, quod licèt ex vi comprehenſiua ſemper intelligitur deberi intereſſe eodem iure, ac debetur ſors; & proindè opinio *Frecc.* & aliorum circa extenſionem aſſenſus ad intereſſe non ſit tuta, imò contraria verior ex adductis per *Reg. de Ponte in conſ.* 64. *& dec. coll.* 34. & ſecundum eam, pluries fuiſſe obſeruatum in S. C. vt poſt *Thor.* refert *Paſcal. de virib. patr. poteſt. cap.* 7. *par.* 2. *nu.* 57. *cum ſeq.* tamen non procedit in prçiudicium creditorum anteriorum, quia vt debeatur huiuſmodi intereſſe, concurrit mora debitoris, & ſic culpa, quæ non debet officere tertio, vt dixi ſupra, & conferunt adducta per *Neguſ.* quem ſequitur *Lanar. conſil.* 10. *nu.* 5. *&* 6. concludit. n. ibi mo-
13 ram contractam per hæredem in ſoluendo legatum defuncti poſt alienationem rei hæreditariæ non officere tertio, in quem reperitur ſine illa

qua-

Digitized by Google

qualitate tranſlata; ſic in mora debi-
toris poſt decoctionem contractam
erit dicendum. Ideò concludimus
14 creditorem ad refectionem, vel alio
ſimili potioritatis priuilegio niten-
tem poſſe graduari pro ſorte,ſed non
eodem loco pro tertijs, ſeu intereſſe,
niſi attento tempore obligationis, &
proindè ſint diligentes creditores ad
exigendum tertias.

Supereſt nunc, vt aliqua diſſeramus cir-
ca intereſſe,quòd creditoribus debe-
tur non iure actionis, ſed officio Iu-
dicis ex mora debitoris non ſoluen-
15 tis,& pro hoc dico eſſe graduandos
cum creditoribus in actione perſo-
nali, ſed debet priùs fieri liquidatio,
auditis omnibus mediante decreto
Iudicis, in cuius prolatione multa
16 ſunt conſideranda. Et primo requiri-
tur interpellatio, ex qua contrahitur
mora,ſine qua non debetur intereſſe,
*l.lecta,verſ.non enim in mora,ff.ſi cer-
tum pet.l.2.§.ſi nauis,ff.ad l.Rhodiam,*
cum alijs adductis per *Roder. de ann.
redd.lib.3.q.5.num.30.* quæ quidem
regulariter contrahitur per interpel-
lationem,vt làtè per *Roder.* ibidem,&
in *cap.7.8.& ſeq.* Sed pro intelligen-
17 tia terminorum ſolum noto, quòd ſi
in promiſſione eſſet appoſita dies, il-
la interpellat pro homine, *l.magnam,
C.de contrahenda, & committ. ſtipulat.*
dummodo ſit certa,*Dec.conſ.333.n.3.
Gabriel in eius concl. tit.de ſolut. concl.
9.num.30.* vel veniat certificanda ex
facto, quod promittitur, puta ſi pro-
18 mitto ſoluere centum pro dote,tem-
pore contracti matrimonij,tunc à die,
quo ſunt contractæ nuptiæ, ſciente
debitore,debetur huiuſmodi intereſ-
ſe,latè *Fabr. in eius Cod.tit.de vſur.&
19 fruct.rei leg.deciſ.8.* Sic dicimus in
fratre debitore pro paragio, & legi-
tima,alijs fratribus, vel de portione
pretij de feudo empto,vt teneatur ad
intereſſe à die mortis patris; quia ex
tunc dicitur in mora ſoluendi portio-
nem penès ſe retẽtam, & applicatam
ad proprios vſus;*Reg.Rouit.de feudis,
pragm.14.num.50.* Et ſic tandem ge-
20 neraliter dicimus in omnibus caſi-
bus,in quibus lex ſtatuit cõtrahi mo-
ram irregularem, ideſt ſine interpel-
latione;puta in legatis prò dote,legi-
tima deſcendentium, ad pias cauſas,
vel minorum, de quibus debetur in-
tereſſe ab hærede ſtatim ſecuta mor-
te teſtatoris,& moderatur regula,*tex.
21 in l.1.C.de vſuris,& fruct.rei leg.* vbi
ſtatuitur deberi à die petitionis, vt
explicant ibi DD.& benè per *Præſid.
de Franch.deciſ.558.Surd.deciſ.25.Fa-
ber in eius Cod.deciſ.1.3.8.& 12.tit.eo-
22 dem de vſuris,& fruct.rei leg.* Sic etiã
dicimus in legato annuo à teſtatore
alicui relicto,vt debeatur à die mor-
tis teſtatoris, quamuis hæres dilata-
ret per multum tempus aperire te-
ſtamentum, & adire hæreditatem ex
diſpoſitione, *text.in l.nec ſemel,verſ.
item celſus,ff.quando dies legati ced.* &
ſic obſeruatum in S.C. refert *Præſid.
de Franch. deciſ.634.* quem ſequitur
*Reg. Rouit. deciſ.90.* Sed de his benè
*Donat.Ant.de Marinis lib.1.reſol.quo-
tidianar.cap.200.* vbi ſingula exami-
nat.

23 Item regulam de interpellatione
ſane intelligas; quando poteſt fieri,
& non adeſt reuerentialis timor ob
potentiam debitoris; tunc enim Lex
ſuccurrit Creditorem, vt ſine inter-
pellatione intelligatur debitor mo-
roſus,vt explicat *Caſtil.deciſ.112. Pe-
guer.deciſ.33.* quem ſequitur *Reg.Ca-
pyc.Latro deciſ.106.num.24.& 25.* In-
24 ſuper quod diximus de interpella-
tione,& mora; intellige, vt ſemel ſit
contracta,& tempore,quo debitor ſit
ſoluendo,ad hoc, vt pariat intereſſe,
& non poſſit impediri curſus ipſius,
quia ſufficit initium,& extremum, à
quo fuiſſet habile,vt ex *tex. in l.diuor
tio.§.ſed ita,verſ.ſed hic.ff.de neg.geſtis
& alijs per Hodiern.in addit. ad Surd.
deciſ.262.num.6.* Sed aduerte, quod
hoc initium non attenditur in deco-
cto,vt pro intereſſe cauſato,ex illa va
25 leat creditor concurrere, nam mora

in ſe nil aliud eſt, quod quidam de-
25 fectus, & culpa. *l. omne delictum. ff. de re militari*, vnde deficiẽte culpa, mora nõ conſideratur, vt bene explicat *Conſil. Theod. alleg.* 40. *nu.* 40. *vſq: ad* 45. ideo debet tenere ſuos auctores, & non efficere Creditoribus in nihilo, vt probatur ex deductis per *Reg. Galeot. in d. conſ.* 21. *num.* 30. *cum ſequ. lib.* 1. Sed dato, quòd creditor in actione perſonali poſſit concurrere pro iſto intereſſe debito à die moræ, debet omnino reſtringi vſque ad diẽ decoctionis, & ſic formatæ Graduationis, vt ex illo die in antea non debeatur; nam tunc eſt mutata perſona debitoris: & ſic per hanc mutationem perſonæ, extremum, ad quod eſt
26 inhabile, vt diximus de pupillo (cui poſſumus comparare decoctum, cum non habeat velle, neque nolle, & per decoctionem ſit abdicata adminiſtratio, & datur ei Curator, vt diximus ſupra) qui ſi eſſet hæres debitoris deberet denuò interpellari, non obſtante, quòd mora ſit cum defuncto contracta, quia iſte defectus, & culpa
27 non tranſit in perſonam priuilegiatam. *Theſau. deciſ.* 247. & è contrario mora irregularis, quæ contrahitur à debitore minoris ceſſat effecto maiore. *l. Titia Seia. §. vſuras. ff. de leg.* 2. cũ alijs allegatis per *Marin. d. reſol.* 200. *nu.* 11. Ex his abſque hæſitatione, demonſtratiuè deducitur poſt formatã
28 graduationem Creditores ex cauſa contractus cenſualis non poſſe graduari niſi pro ſorte principali, & tertijs debitis, ac intereſſe ipſorum (vt dicemus inferius) vſque ad illum diẽ, deinde vero in antea nil aliud; ratio eſt, quia per graduationem, vt diximus ſupra, inuenitur mutatus ſtatus debitoris, & quodammodo efficitur; altera perſona, adeò quod omnes contractus cũ ipſo initi, ipſo tunc intelliguntur reſciſſi; & proinde non amplius pariunt cenſus, quos vocamus tertias, quia eſſet quid incompatibile; adeo quod ſi aliquid creditor reciperet nomine tertiarum eſſet recedere à reſciſſione contractus ſecuta, etiam mediante ſententia declaratoria, vt per *tex. in l.* 2. *C. de nou. iur. domin. implet.* paſſim ſeruamus in Sac. Conſ. & nouiſſimè fuit bis deciſum in anno 1642. in beneficium Illuſt. Ducis Groſiæ, cum Barone Franciſco Antonio de Laurentio, referente Conſiliar. D. Flaminio de Conſtantio, penes Actuar. Carbonũ, non obſtante, quòd prætenderetur ſolutionem nõ fuiſſe factam integra-
29 liter de vno anno; cum igitur Creditori, qui concurrit pro capitali, ob contractum reſciſſum non competat tertiæ, ſed tantum intereſſe ad eamdem rationem, iuxta ſtylum S. Conſ. hoc eſt fundatum in mora debitoris
30 retinentis penes ſe capitale; nam reſoluta venditione annuorum introituum adhuc debetur intereſſe pretij, vt ex multis Iuribus deducit *Lanar. conſ.* 63. *num.* 2. *verſ. inſuper eſt aduertẽdum, &c.* quem allegat ad hoc *Viſc. in eius comm. concl. verſ. intereſſe debetur creditori. col.* 3. *circa finem*, & debetur ad eamdem rationem tertiarum, vt mox dicemus, ſed hæc mora in debitore decocto non contrahitur ob paupertatem, & impotentiam ſoluendi. *l. cum quidam. §. de pupillis, vbi gloſ. ff. de vſuris*, & ſic in Praxi obſeruatum refert *Minad. deciſ.* 17. *in fine*, & eſt indubitatum apud DD. vt per *Regiũ Conſiliar. Theodor. alleg.* 40. *num.* 56. *cum ſeq.* & alios allegatos per *Hodier. in addit. ad dictam deciſ. Surd.* 262. *nu.* 3. *& ſeq.* ergo huiuſmodi intereſſe nõ debetur in concurſu.

31 Confirmantur prædicta; nam licet tertiæ promittantur cum omnibus damnis, & intereſſe, & cum clauſula, *pro quibus omnibus obſeruandis, &c.* non per hoc poteſt inferri, deberi iure actionis, quia eſſet promiſſio vſuraria, ex eo, quod deberetur quotannis ſicut ipſæ tertiæ, *Bald. in l. fin.* 4. *colum. ff. de eo, quod certo loco*, cum alijs infra allegatis, & in tantum hoc eſt

verum

verum; quòd non obſtantibus iſtis
32 clauſulis, Sac.Conſ.habuit pro vero deberi officio Iudicis huiuſmodi intereſſe, & propterea decreuit iunctis Aulis in Cauſa D.Franciſci de Tufo, per receptionem tertiarum, intelligi illud remiſsū, dequo teſtatur *Donat. Anto. de Marinis lib.1.quotid.reſolut.c.198.num.7.* quod ſecus eſſet ſi debe-
33 retur iure actionis, quia tunc non induceretur iſta tacita remiſſio, vt diſtinguit *Carth.deciſ.38.nu.*

34 Secundo in liquidatione intereſſe, quod debetur ex mora, habetur ratio principaliter de duobus, de damno emergenti, & lucro ceſſante; & licet largo ſumpto vocabulo hæc duo ſint idem; nam ceſſatio lucri damnum quodam eſt, & vetatio damni lucrum per ſe tamen differunt, vt docet *Molin.2.de iuſt.diſput.314. Bart. in l.omnes populi, poſt numerum 55.ff.de iuſt.& iur.& Alex.conſ.101.num.15.& 17. lib.3.*& communiter *DD. in l.proſpe-*
35 *xit.ff.qui,& à quibus*, & dicitur propriè damnum emergens, quando iactura fit in bonis iam quæſitis, vel alia via acquirendis: dicitur lucrū ceſſans; quando iactura fit in eo, quod ex pecunia, ſi non mutuaretur, proueniret. vt poſt *Nauar. in comment. de vſuris num.40.& 41.& ſequ.* explicat benè *Salas de contract.tit.de vſuris dubit.18. in princ.* cum alijs cumulatis per *Viſcont.comm.concluſ.verſ. incip. intereſſe debetur.fol. mihi 128.* & cum hæc ſint quid facti debent probari à Creditore, niſi eſſet deductum, & taxatum per pactum, quod poteſt fieri etiam in mutuo obſeruatis conditionibus, de quibus dixerit *Salas d.dubit.16. 19.& 20.*& quid in alijs contractibus benè de materia, vt latè per *Roder.de ann.redditib.lib.3.cap.5.num.36.verſ. hic occurrit, &c. cum plurib. ſequentibus,& lib.3.cap.8.per totum.* vbi vide quod non eſt noſtrum tractare serioſiùs materiam de vſuris; illud tamen in praxi circa hoc damnum emergés ſeruamus, videlicet, quòd illo probato, ex eo, quod Creditor ſoluit ad decem, nouem, vel ſeptem pro centenario alijs eius creditoribus; à quibus forſitan recepiſſet ſub vſuris ad eamdem rationem, debet ei ſolui intereſſe.*l.Lutius Titius.ff.de act.empt.cap.dilecti.de foro compet.* cum alijs allegatis per *Ioan.Lopez in repet.cap.per veſtras.not.6.§.3.de donatio.inter virum, & vxorem*, & hac de cauſa poſt rè-
36 ſciſſum contractum ſolet Sac.Conſi. taxare intereſſe ad eamdem rationẽ tertiarum, quia pro illa quantitate annuatim erat facta emptio omnibus competit, etiam non ſolitis negotiari, vt per *Plot.in l.ſi quando.§.10.num.30.C.vnde vi.Morot.conſ.65. Conſta de portione rata quæſt.142.* & patet ex relatis per *Præſid.de Franch. dec.254. et Annam ſing.261.*& debetur procuratori, ſeu negotiorum geſtori, tradit auctoritate *Caſtrenſ.& Baldi, Io.Lopez in repet.c.per veſtras, de donatio.inter virum,& vxor.d.not.6.§.2.circa finẽ, mihi fol.246.* ſic etiam fideiuſſori, per *tex.in cap.peruenit de fideiuſſ.tradit in §.4.& 5.* de alijs ad hanc materiam & licet creditor probauerit ſe maius damnū paſſum eſſe in eius bonis, ob retardatam ſolutionem eius crediti; & cognoſcit S.C.eſſe exceſſiuā ſummam, eligit, quoddam mediū, & proinde circa hanc taxationem diuerſi-
37 modè reperitur deciſum. Cæterum circa lucrum ceſſans regulariter debetur mercatoribus.i. *ſolitis negotiari l. 3.* ibi, *quòd ſi merces ſolebat comparare, puto,& lucri habendam rationem.ff.de eo,quòd certo loco.* Sed multa alia requirūtur probanda, vt docet *Paul.Caſtr.in d.l.3.Afflict.deciſ.20.* quę ſigillatim enumerat *Conſta de portione rat.q.142.nu.2.* quæ etiam poſſunt deduci ex præsūptionib.& coniecturis, vt docent *Menoch. de arbitr.iud. caſu 119.& Surd.de alim.tit.1.q.45.n.45.Rodriq.de ann.reddit.lib.3.q.5.nu.24.*& quid in vſuris pupillaribus, quę debentur ob moram irregularem, docet *Gratian.diſcept.forenſ.lib.2.c.240.*

& quid

Digitized by Google

& quid in vſuris dotis docet *Roder. de ann. reddit. lib. 3. q. 8.* & propter iſta requiſita, quam etiam ex quo nunquã poteſt eſſe adeo efficax probatio, vt moueat animum Iudicis ad taxandũ iuſta petita, cum in huiuſmodi inte-
38 reſſe ſint deducendæ expenſæ, pericula, & etiam labor, qui in negotiatione occurrit, ideo remittitur taxatio arbitrio Iudicis, vt per *Afflict. in conſtit. eorum fraudibus, dixit Menoch. de arbitrar. iudic. caſu* 119. *num.* 5. *& add. n.* 17. *& Maſcard. de probat. concl.* 933. & hac de cauſa ſolet S.Conſ. eligere quid medium, vt teſtatur *Dom. Conſiliar. Teodor. d. alleg.* 40. *nu.* 34. *per tex. in c. ſi Canonici. §. ſi autem iuncta gloſ. in verbo occaſionem de officio ordinarij in 6. &c.* verum in non ſolitis negotiari, habito reſpectu ad fructus poteſt peti intereſſe lucri ceſſantis a venditore rei pendente ſolutione pretij, ſic ēt ab emptore poteſt peti
39 huiuſmodi intereſſe, ſi venditor eſt in mora tradendi rem venditam, & ille tenet ſub vſuris pretium ſoluendum: vt latè explicat *Ioan. Lopez dicto notab.* 9. §. 6. vbi latè de iſta materia & vt *Rodriq. de aun. reddit. lib.* 3. *q.* 10. 60. *&* 61. vbi vide quando ex fraude nulli fructus percipiuntur, qñ udro
40 nihil eſſet probatum, adhuc ſeruamus deberi aliquid ex cauſa huius intereſſe ad rationem quinque pro centenario ad minus, ut poſt *Afflict. deciſ.* 291. *& ibi add.* docet *Conſil. Teodorus vbi ſupra nu.* 36. *&* 37. & ratio eſt, quia in Regno habemus paratas emptiones vſq; ad ſummã annuorũ ducator. decem, ſeruata forma bullæ & ideo ſe habet vt quid notorium, & conſeqnenter ſine alia probatioue debetnr, *Lanar. conſ.* 79. *nu.* 8. *&* 9. & licet videat hæc praxis periculoſa *Bolognet. in d. l. vnic. num.* 127. *C. de ſentẽtia quæ pro eo quod intereſt profer. vt refert Roder. de annuis reddit. lib.* 3. *q.* 8. *nu.* 20. non tamen receditur ab ea nec *Bolognet.* impugnat ratione more, *Viſcont. d. concluſ. incip. intereſſe deberi* *col.* 2. *verſ. teneturque*, vbi etiam aduertit, huiuſmodi intereſſe non ſolũ deberi pro primo anno, ſed ſucceſſiue continuandum quotannis debitor ſtaret in mora ſoluendi, & ſic ſeruari teſtatur *Burſat. conſ.* 63. *& Peregrin. conſ.* 85. *vol.* 5. quos ſequitur additio *Monaci ad Minad. deciſ.* 17. & de tutore, qui fuit negligens ad implicãdam pecuniam pupillarum in emptionem, latè *Rodriq. de annuis reddit. c.* 10. *lib.* 3.

41 His adſtipulatur, vltra lucrum ceſſans, & damnum emergens, interdum legitimo iure alicui deberi aliquod lucrum vltra ſortem, ob periculum, cui ſe ſubijcit, puta ſi promittit ſecuritatẽ de mercibus, vel aliquid aliud tranſportandum, & ſimilium, de quo in *l. periculi, ff. de nautico fœn.* & per *Bald. in d. l. cunctos populos, col.* 6. *verſic. Item do quandam regulam, C. de ſumma trinit. & fide cathol.* de qua re vide per *Io. Lopez d. not.* 6. §. 9. *num.* 5. *cum ſeq.* & de alijs ad materiam tractat §. *ſeq.*

42 Sed quid dicendum de intereſſe cambiorum? regulariter debetur, vt poſt *gloſ. in l.* 1. *C. de exercit. act.* probãt ibi *DD.* & *Bal.* in *l.* 2. *C. de vſur. rei iud.* cum alijs congeſtis per *Io. Lopez d.* §. 9. *à num.* 13. vſque ad finem, vbi de materia, & diſtinctione cambiorum, & an valeat pactũ, quod ſtetur Iura-
43 mento mercatoris dantis pecuniam ad cambium, circa intereſſe paſſum, nonnulli DD. dicunt, quod adhuc debent recipi probationes de lucro ceſſante, *Scacc. de commercijs, & camb.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 8. *num.* 261. cum alijs plenè adductis per *Antonin. de Amat. reſolut.* 27. *n.* 17. *lib.* 1. alij, quod ſufficiat iuramentum, vt latè hinc indè adductis refert deciſum *Anton. de Amat. d. reſol.* 27. verum S.C. diuerſimode obſeruat, nam attenta qualitate perſone concurrentibus nonnullis circumſtantijs admittit hoc pactum, alias ſecus, vt eſſet videre in relatis per *Reg. Capyc. Latro deciſ.* 106. vbi latè de hac materia poſt *Scacc.* & alios

Digitized by Google

alios quos longa ſerie ibi allegat.

44 Tandem pro complemento huius materiæ tertio eſt aduertendũ, quòd interdum liquidatio intereſſe ſit in nihilo, quòd eſſe contigit altero ex tribus modis. Primò, quia mora non contrahitur. Secundò, quia lex prohibet expreſsè deberi. Tertiò, quia iuris miniſterio intelligitur remiſsũ reſpectu primi modi, exẽplũ eſt in credito illiquido, & incerto; nam quouſ-
45 que ſequatur liquidatio, mediante decreto Iudicis, ſeu declaratione tertij, cui forſan contrahentes ſe ſubmiſerunt, nulla mora poteſt contrahi cũ debitore, *l.* 1. vbi DD. de ſententiæ, quæ pro eo, quod intereſt proferuntur *Veronenſ. cautela* 37. cum alijs allegatis per *Conſ. Theod. alleg.* 40. *n.* 45. *&* 49. & ſic obſeruatum in S.C. retulimus in *Praxi S.C. par.* 3. *cap.*

quæ quidem poſitio multo fortius procederet in quantitate litigioſa, aduerſus quam debitor haberet iuſtam cauſam litigãdi; puta, ſi eſſet petitum plus debito, & ſimilium, nam
46 tunc nullum deberetur intereſſe, niſi à die condemnationis, & ſic ſeruatum in S.C. refert *Medic. conſ.* 155. *num.* 6.
47 imò poſt quatrimeſtre, nã tũc debetur intereſſe rei iudicatæ, *l.* 1. 2. *& fin. ff. de vſuris rei iudicatæ*, & licèt huiuſmodi intereſſe de iure communi habebat certam metam; hodie, quia omni iure vſuræ ſunt prohibitæ debetur, habita ratione damni emergẽtis, vel lucri ceſſantis, vt per *Scacc. in tract. de mercat. tit. de iudicijs, lib.* 2. *c.* 9. *nu.* 554. *Molin. de contract. diſput.* 304. & ſic obſeruatum in S.C. eſt videre
48 apud *Præſid. deciſ.* 21. *num.* 6. Sed intellige modo ſententia cõdemnationis ſit tranſacta in rem iudicatam, quia pendente appellatione non debentur, vt diſponitur in *d. l.* 2. imò nec pendente reclamatione ſi ſentẽtia eſset S.C. licet habeat paratam exequutionem, vt ex multis obſeruatum in S. C. refert *Reg. Capyc. Latro dec.* 100. vbi etiam de prædictis.

49 Reſpectu ſecundi modi, videlicet, quando lex prohibet deberi intereſſe multi ſunt caſus, quos recenſent DD. in *l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. profer.* & ſignanter, quando eſt debita aliqua quantitas, & pendente ſolutione pro intereſse eſt conuentum deberi aliquid annuatim, quia dicitur contractus vſurarius, vt per *Bald.* & alij *DD. in d. l.* quos congerit *Ioan. Lopez in repet. cap. per veſtras, vocat.* 6. *ſub num.* 6. *verſ. prædicta tamen, &c. de donat. inter vir. & vxor.* & ampliant
50 hanc poſitionem, etiam ſi teſtator legauerit certam ſummam, & pendente ſolutione in ſe erit ſolui quid certum pro intereſse ſingulis annis, vt per *Io. Lopez*, vbi ſup. *num.* 8. *verſ. & faciunt iſta ad vnum, &c.* & latè *Cagnol. in l. curabit, num.* 9. *cum ſeq. ff. de action. empti. & Iaſ. in l. cunctos populos, num.* 59. *cum ſeq. C. de ſumma trinit. & fide cathol.* & latè de hac concluſione *Rodr. de ann. reddit. lib.* 3. *cap.* 6. *per to-*
51 *tum.* Item alius caſus frequens eſt de intereſse alterius intereſse, quod penitùs non debetur, *l. improbum, C. ex quib. cauſ. inf. irrog.* ſicut nec vſuræ vſurarum, acceſſio acceſſionis, fructus fructuum, quia daretur proceſsus in infinitum, *l. fin. C. de vſur.* & ſic obſeruari in *Praxi* teſtatur *Minad. dec.* 17. & ibi bona additio *Monaci n.* 1. *&* 7. & declarat hanc concluſiones *Io. Bap. Coſta de port. rata, q.* 142. *nu.* 5. *cum ſeq.*
52 *verſ. verumenimuero*, ſed late de hac materia tractat *Roder. de ann. reddit. lib.* 3. *q.* 7. *num.* 27. *cum ſeq. verſ. hic occurit obiter, &c.* vbi vide; ſolũ aduerto in Praxi dictam poſitionẽ eſſe vſu receptã ampliatiue etiamſi intereſse alterius intereſse ſit calculatum, & redactum in capitale, *Coſta*, ibi ſupra,
53 *num.* 13. & ſic obſeruatum in Praxi, teſtatur *Thor. in compend. deciſ. verſ. intereſſe intereſſurij lib.* 2. *Reg. Rou. dec.* 9. & ſic pari ratione concludũt practici obſeruari in intereſse declarato, mediante decreto Iudicis, vt ex illo nullum aliud debeatur intereſse, ex deciſio-

Digitized by Google

ciſione relata per *Medic. conſ.* 155. *num.6.cum ſeq.* quem ſequitur *de Marinis in reſol.* 199.*num.9.lib.*1.*quat.reſolut.* & quia diximus ſupra intereſse deberi ex pœna, ideò ſi quid nomine pœnæ eſt à *l. ſtatutum deberi*, pro eo non debetur aliud intereſse, vt per dicta iura concludit *Reg. Conſtant.in commenc.ad* 3.*lib.Cod.tit.de fiſcal.vſur.* quem refert additio ad *Minad. deciſ.*
54 17.cæterum temperanda ſunt prædicta, quoties intereſse conſideratur de per ſe, tanquam ſors, vt quid ſeparatum; tunc enim legitimo iure de hoc intereſse deberetur aliud, *l.centum Capuæ*, §.*neque enim*, *ff.de eo,quod certo loco*, *l.qui prior*, §.1. & ibi *gloſa*, *ff.qui*
55 *pot, in pign.* habeantur exemplum eſt in tertio ſoluente ſortem cum intereſse debito alicui creditori, nam poterit illud recuperare cum alio intereſse, & ſic obſeruatum in S.C. refert *Præſ.de Franch.deciſ.*254.*num.*14. ſequitur *Reg. Galeot. in addu. ad conſil.*
56 *Medic.*86.*num.*12. ſic etiam dicimus in tutore, alioque adminiſtratore, exigente aliquam notabilem quantitatem ex cauſa intereſse, quia ſi applicaſset ad proprios vſus, tunc tenetur ad reſtitutionem hujus quantitatis cũ intereſse, vt deciditur in *l. qui negotiationem*, §.1.*in fin.ff.de adminiſtrat. tut.* cum plenè adducit per *Ann. conſil.* 48. & alios quos refert *Monac. in addit.ad dec.Minad.*17. *num.*2. *&* *Roder.de annuis reddit.q.*10.*lib.*3.*nu.*53.
57 ex his clarè deducitur de tertijs debitis ex cauſa contractus bullaris annuorum introituum deberi intereſse, quia ſe habent tanquam ſors; cum capitale ſtet demortuum penès debitorem, modo aſcenderent ad sũmam ducatorum centum, & ita ſeruatur indifferenter in noſtris Curijs *Præſ.de Franch.deciſ.*254.*num.*11.*Lanar.conſ.*79. *num.*7. *Anna d. conſ.*48. *num.*27.*Reg.Rouit.deciſ.*43.*in princip. Reg.Galeot.in addit.ad conſ.Medic.*86. *num.*15.auctoritate *Baldi in l.eos*, *C.de vſuris*, & aliorum rerum attenditur exactio tertiarum licet maiores eſsēt deductę in ſtipulatione, per *tex.in l.aduerſus*, *C.de vſur.* quia videtur tacito pacto eſse receſsũ ab exactione iuxta ſtipulationẽ, cõcordat *l.qui ſemiſſes*, vbi *gloſ. in ver.exceptionem*, *ff. eod.* & hoc ſpatio trium annorum, vt ſummat *tex. Salic. d.l.aduerſus*, quod quidem in fiſco ſuccedenti creditori limitatur per *text.in l.cum quidam*, §. *fiſcus*, *ff.eod.*

Reſpectu tertij modi, vt quando intereſse iuris minatur, intelligitur
58 remiſsũ, nonnulla etiã poſsunt adaptari exempla, & ſignanter quoties debetur officio iudicis ex mora, vt diximus ſupra, & tamen recipitur ſors ante liquidationem, nam intellitur remiſſum, quamuis in receptione ſerui creditor fuit proteſtatus ad intereſſe, quia eſſet proteſtatio nulla, tanquam fundata ſuper actione extincta, *Bart.in l.fin.ff.de eo, qui cum loco*, cum alijs allegatis per *Lacthar.*
59 vbi ſic obſeruatum refert in *Senat. Ianuenſ.deciſ.*38.quam obſeruantiam
60 etiam procedere in receptione tertiarum debitarum ex cauſa annuorum introituum ſeruat forma contractus bullarij, quæ ſe habent tanquã ſors, vt diximus ſupra, & refert deciſum in S. C. *Donat. Anton. de Marin.quotid.reſolut. lib.*1.*reſol.*198. *num.* 7. ſic etiam in dote cum de hoc nõ reperiatur priuilegiatũ ex *Magon. deciſ.* 83. *Fontanell. de pactis nuptial. clauſ.6.gloſ.*2.*par.*6.*a num.*36.deducit *de Marin.d.reſolut.*198.*num.*3.& de his latè *Reg. Capyc. Latr. deciſ.*106. *n.*62. *vſque ad* 67.

---

## ARGVMENTVM.

**Datur intelligentia ad text. in l. creditoris arbitrium, ff. de diſtractione pignorum, & enumerantur caſus, in quibus poteſtas**

teſtas

teſtas eligendi data creditori refrenetur.

## SVMMARIVM.

1 *Creditor habet electionem agendi ſuper bonis ſui debitoris vigore actionis hypothecariæ.*

2 *Limitatur in terminis l. 2. C. de pignoribus, dũmodo non adſit clauſula, quod generalitas non deroget ſpecialitati, & neque adſit clauſula, quod vna via electa.*

3 *Quæ æquitas l. ſe locum non habet in contractibus annuorum redditum.*

4 *Creditor non poteſt exequi ſuper omnia bona debitoris, ſed tantum ſuper vnum corpus.*

5 *Et ſi res illa fuerit magni valoris, & debitum paruæ ſummæ denegatur executio in illa re.*

6 *Sicut etiam ſi fructus ſufficerent etiã cum aliquo incommodo creditoris.*

7 *Idem dicimus in creditore, qui obtinuit decretum aſſiſtentiæ ſuper vnam rem debet expectari exitus ipſius rei.*

8 *Referuntur deciſiones S. C. ad hoc propoſitum.*

9 *Prout dicimus ſi iudex aſſignauerit aliquam rem creditori, tunc denegatur creditori executio ſuper aliã rem, dummodo illa non fuerit euicta.*

10 *Etſi imminereɫ euictio, tunc daretur variatio creditori, & poterit vti primæuis iuribus.*

11 *Sicut etiam non impeditur variatio quoties adfuerit proteſtatio in contrarium facta.*

12 *Idem dicimus in feudis, ſuper quæ poterit agere creditor in ſubſidium.*

## CAPVT V.

1 Creditoris arbitrium, & ſi vigore obligationis ſibi factæ per debitoré libere poſſit vagare ſuper bonis obnoxijs ex diſpoſitione *tex. in l. creditoris arbitrium. ff. de diſtract. pign. & l. qui pignori. ff. de pigno.* adeo quòd per alienationem nunquam intelligatur præcluſa via variandi, quouſq; non ſequatur effectiua ſatisfactio. *Coſta de re integra diſt. 4. num. 13.* cum alijs cumulatis per *Graff. de except. in pral. numer. 63. & 64.* quem ſequitur *Thor. voto 68. à num. 11. vſque ad 19.* Nihilominus cõditor dictę Legis non excludit æquitatem, & rationabile temperamentum, vt aduertit *Gloſ. per illum tex. in l. 2. de pignor. & notatur in*
2 *l. quamdiu. ff. de diſtract. pign. ſequitur Staiban. conſ. 100. num. 20. Marta voto 26. num. 17.* Cuius æquitatis exempla nõnulla poſſunt adaptari, de quibus per *Neguſant. de pignor. n. 8. par. princip. memb. 1. num. 48.* remittens ſe ad ſextam partem *memb. 5. num. 28.* vbi limitat *d. tex.* decem modis, & ſiquidem in creditorę habente ſpecialem hypothecam, ſine clauſula, vt generalitas deroget ſpecialitati, & è conuerſo, nam tunc tenetur prius diſcutere ſpecialem, *d. l. 2. de pignor.* cum notatis per *Præſid. de Franch. deciſ. 5.* vel ſine clauſula, ne vna via electa, alia non tollatur, quia huiuſmodi idę operatur, ac dicta clauſula, quòd ſpecialitas non deroget, &c. *Mareſcot. var. reſolut. lib. 1. cap. 38. Graff. de except. in praelud. num. 68. Thor. d. vot. 68.*
3 *num. 37.* Sic etiam dicimus nõn procedere hanc poſitionem in inſtrumẽto bullari annuorum introituum, vigore clauſulæ, quæ ibi de ſtylo ſolet apponi de cõſtituto, & præcario, quia ex ea tollitur iſta excuſſio. *Mauſon. de cauſis executiuis lib. 1. ampl. 6. n. 56.*



Digitized by Google

4 Secundum exemplum eſt in exequendo, vt nequeat creditor exequi ſuper omnibus bonis debitoris, ſed tantum ſuper vno corpore, ſi probabiliter ſufficiat ad extinctionem crediti, vt dicunt *DD. d. l. 2. de diſtr. pign.*
5 *Ann. alleg. 66. nu. 15.* imò ſi res ſit magni valoris, & creditum paruæ ſummæ, tunc refrenatur arbitrium creditoris, vt nequeat ſatisfieri ſuper corpore. *Bart. in l. alio. nu. 13. verſ. ſed ſi poneris, ff. de alim. & cibar. legat.* ideo tunc ei conſulitur ſuper fructibus, ex *glo. in dict. l. quamdiu*, quam ſequitur *Staiban. conſ. 73. num. 14. Marta voto 130. Manint. deciſ. 37. num. 18.* de qua re latè per *Gamm. deciſ. 40. & 77.* imò
6 indifferenter ſeruamus, quod nullo modo poteſt exequi ſuper corpore, ſi probabiliter fructus ſufficiunt, etiã cum aliquo creditoris incommodo. *Minad. deciſ. 13. de Ponte de poteſtat. Proregait. de aſſenſu Regis ſuper dote num. 38.*

7 Tertium exemplum eſt in creditore, qui obtinuit decretum aſſiſtentiæ ſuper vno corpore, & illud exequi fecit, quia tunc ne authoritas Pretoris ſit eluſoria, debet procedi ad vēditionē, & expectari exitus ipſius, & interim ſtat refrenatum eius arbitrium, ex doctrina *Barto. in l. eum qui. §. qui certarum. ff. de verbor. oblig. Capic. deciſ. 33. & 46.* & ſic obſeruari in Senatu Pedemontano refert *Theſau. qq. forenſ. lib. 1. q. 7. num. 6.* prout in noſtris Tribunalibus teſtatur *Thor. in d. voto 68. num. 25. cum ſequen.* videtur enim inita tranſactio de non exequēdo aliam rem, quouſque pendet venditio pignoris in vim executionis captæ, ad *tex. in l. à Diuo Pio. §. pignora, ff. de re iudicata.* & ſic ſeruamus indifferenter in S.C. ſuadente etiam ipſius æquitate, vt deciſum fuit in
8 fauorem Coſmi Buſdrachi Lucenſis contra Guglielmum Melluſium, referente Conſiliario Carauita anno 1625. penes act. de Martino, patrocinante Ioan. Dominico Taſſone: prout de ea meminit in eius *obſeruat. iuriſdict. verſ. 12. obſeruat. 2.*

9 Quartum exemplum eſt in creditore cui à Iudice ſit facta aſſignatio rei executæ pro credito, tunc enim quia habet vim dationis in ſolutum, quæ ſit ab eodemmet debitore, iuxta latè tradita per *Regentem Ronit. conſil. 75. volum. 1.* eſt refrenatum arbitrium petendi aliam aſſignationem ſuper alia re hypothecata, niſi ſequatur euictio. *Manent. in dec. Mantuan. 45. num. 14. & 15. & deciſ. 37.*
10 verum ſi nondum eſſet ſequuta euictio, ſed immineat, tunc eſſet permiſſa variatio, ex traditis per *Coſtam in tract. de re integr. diſt. 56. nu. 13. Thor. voto 69. num. 43.* & tunc reſpectu anterioritatis poterit vti primeuis iuribus. *Theſaur. qq. forenſ. q. 88. lib. 2.* vbi
11 latè; in praxi tamen in his caſibus creditores recipiunt dictam aſſignationem, cum proteſtatione variandi & non præiudicandi in eorum iuribus, quo caſu remanet arbitrium variandi, & ſic pluries practicaui, & ſignanter in cauſa D. Viti Antonij de Martino contra Martialem Nincolellum; penes Act. M.C. Io. Gregoriũ Canalem; vbi adſunt decreta M. Cur. per S.C. confirmata.

12 Quintum exemplum eſt in feudis, ſuper quibus non eſt integrum exequi creditoribus niſi in ſubſidium. *Anna alleg. 18. num. 4. And. in Conſt. R. poſt litem, & in cap. 1. §. quid ergo. de inueſt. de re alien. act. Reg. de Ponte vbi ſup. tit. de aſſen. Reg. ſuper dote n. 6. Anell. de Amat. conſ. 91. nu. 10. Thor. d. voto 69. n. 5. & 53.*

## ARGVMENTVM.

**In hoc Capite agitur de materia auocationis pecuniæ liberata creditori poſteriori, & fit à creditore anteriore**

Digitized by Google

riore, an & in quibus caſibus detur.

## SVMMARIVM.

1 *Auocatio pecuniæ non datur creditori anteriori de æquitate, ne mundus litibus inuoluatur.*

2 *Quod procedit, licet creditor anterior eſſet perſona priuilegiata, puta fiſcus, ſeu mulier.*

3 *Et non hoc procedit in pecunia ſoluta, verum etiam in mercibus conſignatis, vt illis conſumptis nulla detur auocatio.*

4 *Idem dicitur de pecunia redacta ex ipſis mercibus.*

5 *Quando vero, agitur de creditore in actione perſonali; tunc nulla datur auocatio, ſiue pecunia fuerit conſumpta, ſiue ſit extans.*

6 *Idem ſeruatur inter creditores bancarios, & depoſitarios; dummodo depoſitum non fuerit in ſacculo obſignatum.*

7 *Per præſentiam creditoris inducitur tacitus conſenſus, ita vt nulla detur auocatio.*

8 *Sicut dicitur, quando ille fuerit citatus de ordine Iudicis.*

9 *Verum hoc non intelligimus de citatione per proclama.*

10 *Datur tamen auocatio, quoties creditores erunt in iudicio, quæ auocatio in tali caſu non ſolum datur pro ſorte printipali, verum etiam pro tertijs, & affertur nouiſſima deciſio S. C.*

11 *Quæritur ſi detur auocatio, quoties ſolutio non fuerit facta à debitore, ſed à tertio nomine illius.*

12 *Aſſignantur aliqui caſus, in quibus ſit auocatio pecuniæ etiam conſumptæ.*

13 *Primus caſus eſt, ſi adſit mala fides, puta creditor anterior fecerit mãdatum debitori, ne ſolueret creditori poſteriori.*

14 *Fiſcus, vel alia perſona priuilegiata, puta mulier auocant pecuniã ſolutam, etſi conſumptam.*

45 *Datur etiam auocatio, quoties hæres cum beneficio legis, & inuentarij ſoluerit creditoribus poſterioribus.*

16 *Quod intelligitur data ignorãtia hæredis, aliàs teneretur de nouo ſoluere.*

17 *Datur auocatio quoties pecunia extat, puta, ſi pecunia fuerit deducta in concurſu.*

18 *Idem dicitur in mercibus conſignatis.*

19 *Idem dicitur ſi fuerit liberata pecunia cum cautione de reſtituendo, cui, quibus, & quando.*

20 *Datur intelligentia ad dicta in numero 18.*

## CAP. VI.

1 AVocationem pecuniæ ſolutę creditori poſteriori, tam à debitore, quam mediante decreto Iudicis, ſe offert examinanda materia, de qua poſt *Barto.* tractant copioſè *DD. in l. pupillus. ff. quę in fraudem creditorum, & in l. ſi non expedient. §. 1. ff. de bonis auth. Iud. poſſ.* & paſſim DD. infra citandi. Ego autem aliqua breuiter notandum duxi, quæ magis in praxi verſantur, & ſignanter hanc regulam eſſe à DD. communiter affirmatiuæ, traditam in locis citatis, adhibitis tamen nonnullis declarationibus. Et primò dicunt procedere (ſuppoſita



Digitized by Google

hypotheca in pecunia) de iuris rigo-
1 re,non autem de æquitate,quæ atten ta regulariter pro pecunia conſumpta,nõ datur iſta auocatio,quia commercium publicum impediretur, ita reſpondit quicquid dicũt alij, *Chart. Ian.deciſ.19.num.3.Theſau. qq.forenſ. quæſt.16. nu. 8. verſ. contrarium lib.2.* & de obſeruantia in noſtris Tribunalibus,tradunt Regnicolæ *Afflic. deciſ. 19.* vbi dicit ſic fuiſſe deciſum ſub nomine Regis, *Capic.deciſ.78. Gram. conſ.1.*quam ſequuti ſunt alij,*Senatus v3.Ianuenſ.apud Bart.d.deciſ.19.n.6.* Verum ſi conſideremus æquitatem, & Pedemontanus apud *Theſau. d.q. 16.num.11.& 12.lib.2.* & ſic in iudi-
2 cando non eſſe recedendum,etiam ſi anterior eſſet creditor priuilegiatus, puta Fiſcus,vel mulier. *Ceph. conſ.86. & 155.num.7.& 8.Eugen.conſ.89.nu. 5.6.& 7.*& hoc idem procedere non
3 ſolum in pecunia, ſed etiam in mercibus conſignatis, vel datis in ſolutum creditori poſteriori à debitore, vt ipſis extractis,vel conſumptis,non detur amplius auocatio, docuerunt DD. *in l.cũ tabernã.ff.de pignorib.Ripa in l.1.num.8.ff.de pignoribus. Paris. conſ.69. num.3.lib.4. Strac. de mercat. tit, , de mandat.in fin.*ſic etiam in frumento,aliiſque victualijs,vt ex *Rebuff.in l.mercis appellatione 66.verſic. merces autem.ff.de verb.ſignif.* reſpondit *Roder. Suar. conſ. 2. num.4.* poſito poſt tractat.*Strac.de mercat. Mariſcot. varia.reſolut.lib.1.cap.24.num.7. verſ.*
4 *præterea*, & quod diximus in mercibus,& victualijs,intellige de pecunia redacta ex eis.*Theſau.d.quæſt.16. nu. 24.& 25.*

5 Inſuper hanc auocationem eſſe prohibitam ſine vlla diſtinctione de pecunia extanti, vel non inter creditores in actione perſonali,vt pecunia ſoluta vni, non poſſit ab altero auocari,tradunt *Afflict.d.deciſ.190.Capic. deciſ.78.Eugen.conſ.89.Aſin.de exequt. §.7.cap.3. Molin. de facti ſcientia, & ignorantia.cent.1.diſt.8.num.5 .Seſſa Arag.deciſ.206.num.49. Pereira deciſ. Portugal.16.num.1.Peregrin.de iure fiſci.tit.6.num.8.*ratio,quæ potiſſima conſideratur inter creditores, qui actione perſonali nituntur,eſt diligentia,adeo quod ex occupatione requiritur prælatio, & hac de cauſa alteri deficiẽti denegatur auocatio,ita probant *Gail.obſer.25.num.14. & 15.lib. 2.Coſta de tacito rata.quæſt.74.& 121. Couar.pract.quæſt.q.129. Surdus deciſ. 60.num.9.Alexand.Trentacinq. reſolu. lib.3.tit.de ſolut.reſolut.23.num.5.Fontanel.de pactis nuptial.clauſ.5.gloſ.8.p. 6.num.28.& vol.2.* & ſic ſeruamus in
6 dies inter creditores bancales,ſeù ex cauſa depoſiti,qui æqualiter concurrunt in pecunia (non tñ in ſaculo obſignata) nam ſic obtinent ſolutiones à Bancherio. vel Depoſitario decocto,vel de proximo foroceſſiuò; alijs creditoribus,eſt præcluſa via auocandi,*Fontanel.vbi ſupra num.12. & 31. Peguera d.deciſ.38.Trentacinq.vbi ſupra num.15.& 16.Strac.de decoct.p.vltima.qui potior.in boni: decoc. hab.Caroc.de depoſito p.2.quæſt.27.per totum. Cancer.varia.reſolu.lib.3.cap.8.de Depoſito.*

7 Itẽ huiuſmodi auocatoria eſt prohibita,quoties in ſolutione facta poſteriori interueniat tacitus conſenſus creditoris anterioris per eius præſentiam,ad *tex.in l.ſi eo tempore. C.de remiſſ.pignor.l.qui autem.§.ad labeonem. ff.quæ in fraudem creditorum. Dyn. in regula qui prior, de regulis iuris in 6.* & de obſeruantia in illo Senatu refert *Theſau. d.q.16.num.30.*& quod dicimus de præſentia, intellige idem
8 operari dilationem, quæ fit de ordine Iudicis;ad dicendum quicquid voluerit aduerſus petitam liberationẽ, vt probat *Anton.de Amato reſolut. 11. num.1.cum ſequent.lib. 1.* ſed non erit
9 ſufficiẽs citatio per proclama, *Roder. de annuis reddit. lib.2. q. 17. num. 19. Parlador.lib.2.rerum quotidianarum cap.fin.5.par.nu.6.* cum alijs cumulatis per *Amat.vbi ſupra nu.5.*

Cæte-

Digitized by Google

Cęterum omnia, quæ diximus recipiant moderabitur in multis caſibus, & præcipuè in terminis noſtris,
10 vt quando adeſt concurſus creditorũ ſuper bonis, vel pecunia debitoris decocti, tunc enim iſta diligentia in obtinenda liberatione, reſpectu creditoris poſterioris erit potius quedam Calliditas, & reſpectu debitoris dolus, vt in ſpecie aduertit *Cęphal. conſ.86.nu.8.& 12.Surd.conſ.4.nu.15. lib.1.Theſaur.d.quæſt.forenſ.16.nu.14.* ver. prædicti caſus, *Thor.in voto deciſiuo 6.nu.29.* hinc eſt quod in iſtis terminis nedum datur auocatio pro ſorte principali liberata, ſed pro tertijs decurſis, ac intereſſe ipſarum, vt fuit ſolemniter deciſũ in S.C. anno 1613. in fauorem hæredum Io. Senarega creditoris anterioris Marchione Iezani contra hæredes Marij criſtiani qui fuerũt condemnati ad reſtitutionem ſortis principalis tertiarũ, & intereſſe, decretum eſt pænès magni Secretarium, & in proceſſu f.235. pænes Act. Carbonum, & hæc tanto magis procedendum quando creditor anterior erat graduatus tempore liberationis, quia non eſt integrum ſub quouis colore Iudici liberare pecuniam poſteriori, cum adſit anterior in iudicio, quia gratificationi tunc non eſt locus *Iacob.de Arena in d.l.ſi pupillus, quæ in fraudem, &c. Afflict.d.deciſ.190.* & de obſeruantia in Rota Romana, teſtatur *Mareſcot.variar.reſol.q.36.n.4.lib.ſecundo,* & nouiſſimè eſt diſpoſitum per Regiam Pragmaticam. Sed cadit hic
11 dubium an dicta auocatio datur creditori anteriori, ſi pecunia numquam fuit pænes debitorem ſed fuit ſoluta à tertio, puta ſi creditor poſterior pręſentiens fallimentum debitoris procurauit illum capi facere, & conduceretur ad carceres reperijt amicum, qui ſoluit pro eo, an tunc erit locus dictæ reuocatoriæ, teneo quod non cum *Theſ.loco citato conſ.15.verſ.ſextus eſt caſus,* licet aliter dicat audiuiſſe deciſum.

12 Immò præſcindendo debitoris decoctionem, ſemper datur auocatio pecunię conſumptę in tribus caſibus.

Primo, ſi fuerit exacta à creditore poſteriore mala fide.

Secundo, ex priuilegio legis.

Tertio, ſi extaret etiam iuris præſumptione.

13 Reſpectu primi caſus, mala fides arguitur ſi prouidus creditor procurauerit fieri mãdatum debitori, quod nõ ſoluat poſteriori, nam tunc ſi ſpreto mandato ſoluerit, hac reuocatoria cõpeteret *Suar.receptar.ſent.verſ. creditor lib.7. Syntag. com.opin.tit.33. Chart.deciſ.Ianuen.19. nu.4.in fi.Theſ. vbi ſupra nu.13.*

14 Reſpectu ſecundi caſus legale priuilegium auocandi pecuniam, etiam comſumptam bona fide habet Fiſcus *l.differre, §.fin.cum trib.ſequent.ff.de iure Fiſci, l.pecunia, C.de priuilegio Fiſci,* hac de re pro auocanda competeret conditio ex lege, *Conſil.de Giorgio in alleg.39.num.9. Peregr.de iure fiſci lib.6. tit.6.* huiuſmodi priuilegium habet etiam Eccleſia, teſte *Marta voto 42.& Theſ.d.q.foren.16.nu.4.& ſub nu.29. verſ.ſecundus,* caſus extendit etiã in muliere repetẽte dotẽ ob mortẽ viri ab eius hæredibus, quæ ſi reperit illos nõ ſoluendo poterit auocare pecuniã ſolutam poſteriori, & ſic in praxi in Granatenſi Senatu fuiſſe obſeruatum, refert *Couar. practic. quęſt.*
15 *quęſt.29.* His adſtipulatur priuilegiũ, quod dat lex creditoribus anterioribus auocandi pecuniam ſolutam poſterioribus ab hęrede cum beneficio legis, & Inuentarij, vt primo venientibus, tunc enim etſi conſumpta ſit ex conditione legis datur iſta auocatoria, *l.fin.§.etſi prefatam, C. de iure deliberãdi Bald.in l.1.ff.de diſtract.pignor.*
16 *Aſin.de execut.cap.3.§.7.* Sed hoc intelligitur, ſi concurrat bona fides hæredis, quod ignorans adeſſe anteriores ſoluit primo venientibus, aliàs auocatio iſta non competeret aduerſus creditores, ſed ipſum, qui iterum tene-

Digitized by Google

teneretur ſoluere, *Bart. & cæteri in d.§.etſi præfatam*, *Minad.dec.9.* & ſic cenſuiſſe Senatum *Pedemont.* refert, *Teſaur.d.q.16.nu.17.lib.2.*

17 Reſpectu tertij caſus abſoluti iuris eſt dari auocationem pro pecunia exiſtenti, immò ſi iuris præſumptione pro tali habeatur *Afflict. d.deciſ.190. Anna Sing.128.Thor.d.voto deciſiuo 6. nu.23.& 24.* in qua DD. multos aducunt caſus, & ſignanter quando eſt deducta pecunia in concurſu, & de facto poſteriori creditori liberata, tūc enim reſpectu intereſſe anterioris dicitur extare, *Bald.in l.vbi adhuc nu. 19.C.de iure deliberandi, Neguſ. de Pignor. ſecundo membro ſecundæ partis nu.23.* & ſic etiam procedere in mer-
18 cibus, & fuiſſe vſu receptum in rota romana teſtatur *Mareſcot. variar. reſolut.c.24.in fi.verſ.cum prædicta lib.1.*
19 & multo fortius ſi eſſet liberata cum cautione, quæ de ſui natura facit extare pecuniam Præſes de Franchis *dec.75.*& 200.vel ſaltim cū obligatio- creditoris recipientis de illa reſtituēdo, cui, quibus, & quando ad omnem ordinem Iudicis, vt in dies practicatur, quia dicta promiſſio idem operatur ac cautio quo ad exiſtentiā pecuniæ *Antonin.reſo.51.per totum lib.ſecūdo ſequitur Theſaur. vbi ſupra ſub n.7.*
20 & quod dixi de mercibus, intellige ipſas ſemper extare, quando adeſt Apotheca, etiā ſi ſint venditę verum loco ipſarum aliæ empte, tunc enim, quia reperitur vniuerſum corpus hipothecatum, ſubrogatæ veniunt affectæ iure hipothecæ *Bald. vbi ſupra* quem ſequntur omnes DD. quos refert *Mareſcot. vbi ſupra nu.5.* vbi teſtatur ſic in facti contingentia obſeruaſſe.

## ARGVMENTVM.

In hoc capite agitur materia diſſolutionis hypotecæ, & enumerantur caſus.

## SVMMARIVM.

1 *Primo loco ſoluitur hypoteca per ſolutionem factam à debitore.*
2 *Debitor, ex pluribus cauſis ſimpliciter ſoluēs, præſumitur ſoluiſſe in cauſam duriorem, ſeu antiquiorem.*
3 *Et dicitur cauſa durior, quando pro illa fuit cōtracta hypoteca aut dati ſunt fideiuſſores.*
4 *Confeſſio qualificata reſcinditur, quādo adeſt præſumptio incōtrarium, tam in ciuilibus quam in criminalibus.*
5 *Solutio facta à debitore præſumitur facta potius in cauſam intereſſe, ſiue vſurarum, quam ſortis.*
6 *Quod intelligitur quando intereſſe eſt liquidum ſecus ſi illiquidum.*
7 *Depoſitum debet eſſe integrum etiam reſpectu tertiarum, alias creditor non cogitur recipere, & ſtat riſico deponentis.*
8 *Extinguitur hypoteca quoties creditor conſentit diſtractioni pignoris.*
9 *Et licet poſtea res reddat de nouo ad debitorem, nō comprehenditur ſub hypotheca.*
10 *Et ſufficit tacitus conſenſus, puta ſi ſciente creditore fuerit per ſententiam res pignorata auocata.*
11 *Et ſufficit licet vnicus actus proceſſus fuerit notificatus creditori.*
12 *Extinguitur etiam hypoteca per dationem inſolutum.*
13 *Et ſecuta euictione non poteſt creditor redire ad primeua iura.*
14 *Quod ſecus eſt, quando adfuerit proteſtatio in contrarium, ſcilicet*

quod

*quod remaneant primeua iura.*

15 *Idem dicitur fauore dotis, licet nulla ad fuerit proteſtatio.*

16 *Idē dicitur: ſi detur ſpecies pro ſpecie.*

17 *Sicut dicitur, quando dominium acquiritur renocabiliter.*

18 *Sicut ſi creditor condiderit pignus in caſibus permiſſis, & fuerit ſecuta euictio, poterit vti primis iuribus.*

19 *Extinguitur etiam hypoteca quoties fit nouatio contractus primi.*

20 *Nouatio non dicitur facta niſi expreſſe dicatur.*

21 *Indubio obligatio noua cenſetur appoſita cumulatiue antiquæ obligationis non priuatiue.*

22 *Per delegationem dicitur facta nouatio, licet non dicatur.*

23 *Enumerantur requiſita pro facienda delegatione.*

24 *Extinguitur debitum, quoties debitor immittitur in poſſeſ. rei hypotecatæ, nullis ſolemnitatibus ſeruatis, quia tunc fructus percepti extinguunt ſortem.*

25 *Extinguitur hypoteca, quoties creditor cōfitetur ſibi fuiſſe ſatisfactum verum contra hanc confesſionem poteſt ſe tueri except. non num. pecuniæ.*

26 *Quod locum non habet in pupillo creditore, cum confeſsio tutoris non noceat.*

27 *Intelliguntur plura iura incontrarium ſupradictæ doctrinæ.*

28 *Extinguitur hypoteca per oblationem ſeu depoſitum ſortis vna cum intereſſe.*

29 *Requiſita neceſſaria ad faciendum depoſitum recto modo.*

30 *Locus tutus dicitur banchum, & inde ſi ſequatur decoctio, periculum non eſt debitoris deponentis.*

31 *Creditor dicitur diuidere debitum, quoties recipit partem ab vno ex correis inſolidum obligatis.*

32 *Examinatur* text. in l. procula, ff. de ſolutionibus.

33 *Quando ex coniunctione ſanguinis poteſt induci factam fuiſſe donationem.*

34 *Impugnatur doctrina* Vrſilli in additionibus ad Afflictum.

## CAP. VII.

1 HYpotheca extinguitur multis modis iuris miniſterio, & ſignāter ſolutione eius Quod debetur ad *text. in §. 1. inſtit. quib. mod. tollitur obligatio*, & cum ſit quid facti ab allegante probari debet *l. quincenta ff. de probat.* & quomodo, & q̄bus modis probetur, latè differit *Maſcard. concl. 1324. in verbo ſolutio, & conclnſ. 933. in verbo liberatio debiti*, & aduerte, quod iſta ſolutio quādo creditor, eſt decoctus non poteſt fieri eidem etſi interuenerit Iudicis iuſſus de tenetur bitor denuntiare creditoribus alias non liberabitur *Ruin. conſ. 247. nu. 6. lib. 1. Menoch. de arb. Iud. caſu 137. n. 21. ſeq. Farin. dec. Rot. Rom. 398. tom. 1.* nos vero aliqua frequentiora tangemus quatenus ad inſtitutam materiā pertinent, & primo, quando ſolutio non eſt integralis totius debiti cadit

2 dubitandum primo in quam cauſam cedat ſi ex pluribus quis reperitur debitor, & in duriorem, grauiorē, ſeu antiquiorem reſoluit *Ireconſ. in l. 1. cum ſequent. de ſolut.* & talis dicitur quando concurrit hypotheca, vel fi-

3 deiuſſor reſpectu alterius debiti qui aliquo iſtorum careat *Bart. & cæteri DD. in d. l. 1.* & iſta præſūptio eſt tātæ efficaciæ, quod reſcindit confeſſionem qualificatam ei reſiſtentem; puta, ſi quis confiteatur recepiſſe cenſum,

ſed illa accomodaſſe in extinctionẽ debiti, quod minus graue eſſet, niſi aliunde probauerit de iſta qualitate. *Alex.conſ.2.num.22. verſ. & non obſtat ſi dicatur.lib.4.Gratian.diſcept.forenſ. cap.224.num.86.lib.2.*cum alijs cumulatis per *Christoph. Mart. deciſ. Senenſ. 26.num. 5. & per totum*, & eſt doctrina communiter recepta, quod
4 quando qualitati, cum qua ſit confeſſio obſtat aliqua præſumptio; reſcinditur confeſſio,& procedere nedum in ciuilibus,ſed etiam in criminalibus,vt per *Surd,deciſ.258.num.6. verſ.quando autem,&c.*& per totum de iſta materia.

